*Ἀχὰρ* ἐπὶ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ, ἐπὶ τοῖς ἀναθήμασι τῆς Ἱεριχῶ. *Ὀφνὶ* καὶ *Φινεὲς* οἱ τοῦ Ἠλεὶ, ἐπὶ τὸ ἑαυτοῖς ἀπάρχεσθαι τὰ ἱερεῖα. *Ἀνανίας* καὶ *Σαπφεῖρα* ἡ τούτου γυνὴ, ἐπὶ τῷ μέρη τινὰ τιμῆς ἀγροῦ C προσάγειν, ἐθέλειν δὲ τὴν ἀποστολικὴν πολιτείαν ἀπατᾷν, ὡς ὅλην τοῦ ἀγροῦ τὴν τιμὴν μὴ προσενέγκαντας.

**ΚΕΦΑΛ. ΡΞΒ'.** — *Τίνες εἰς λάκκους εἰς τὸ ἀναιρεθῆναι ἐβλήθησαν.*

*Ἰωσὴφ* ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν. *Ἱερεμίας* ὑπὸ τῶν ἀρχόντων τοῦ λαοῦ. *Δανιὴλ* ὑπὸ Περσῶν.

**ΚΕΦΑΛ. ΡΞΓ'.** — *Τίνες δίκας ἔδοσαν πλημμελήσαντες.*

*Κάϊν* ἀποκτείνας τὸν ἀδελφὸν, εἰς ἕβδομον γενεὰν παραλυθείς· *Σοδόμων* αἱ πόλεις καταφλεχθεῖσαι διὰ τὴν τῆς φύσεως παραχάραξιν. Χαναναῖοι καὶ Ἀμοῤῥαῖοι τῶν οἰκείων ἐκβληθέντες διὰ τὴν εἰδωλολατρείαν· *Φαραὼ* καὶ οἱ Αἰγύπτιοι θείοις ἐναντιούμενοι D σημείοις, εἰς τὸν βυθὸν συσχεθέντες. *Σαοὺλ* ἐν πολέμῳ πεσὼν ἅμα τοῖς οἰκείοις, καὶ τοῖς Γαβαωνίταις ἐκδεδομένων τῶν υἱῶν αὐτῶν εἰς ἐξιλέωσιν. *Ἡ τοῦ Βενιαμὶν* φυλὴ, ἐπὶ τῇ ἀσελγείᾳ τῆς γυναικὸς τοῦ Βηθλεεμίτου. *Ἡ Βαβυλὼν* ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ ἐγερθεῖσα, εἰς ἐρημίαν ἐκδοθεῖσα. *Ἄχαρ* ἱεροσυλήσας· Ὁ ἐν τῇ ἐρήμῳ τὸ *Σάββατον* βεβηλώσας ἐπὶ τῇ τῶν ξύλων συλλογῇ· ὁ Θεὸν ἐν τῇ μάχῃ *βλασφημήσας* κατὰ τὴν ἔρημον. *Οἱ τοῦ Ἠλεὶ παῖδες*, τῆς ἱερωσύνης μετὰ τιμωρίας καταλυθέντες. *Σεδεκίας* ἐκτυφλωθεὶς ὑπὸ τοῦ Βαβυλωνίου. *Ὁ λαὸς ὁ Ἰουδαίων*, ἐπὶ τῇ κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἐπαναστάσει, τὴν ἔτι κατέχουσαν αὐτὸν ὑπομένων μετὰ ἀναισθησίας αἰχμαλωσίαν.

**CAP. CLVII.** — *Quinam mali cum essent, probi evaserunt.*

*Matthæus* ex publicano apostolus factus et evangelista. *Zachæus*, qui reliquit telonium, seipsumque damnavit in quadruplam restitutionem eorum, quæ injuste fraudaverat, atque deinceps Dominum suscepit. *Paulus* ex persecutore effectus præco fidei.

**CAP. CLVIII.** — *Quis longævissimus post Moysen fuit.*

Jodae pontifex, qui Godoliam interfecit, vixitque annos centum et triginta.

**CAP. CLIX.** — *Qui sunt, qui leones manibus occiderunt.*

*Samson* Nazіræus. David, quando pascebat oves patris sui. *Banajas* filius Joab, idemque dux Davidis.

**CAP. CLX.** — *Quinam a leonibus interfecti fuerunt.*

*Jaod* propheta, qui signum in Bethel edidit, altaris nempe destructionem. *Vir ille*, qui jussus est percutere prophetam, qui volebat ostendere se vulneratum Achabo, nec obtemperavit. *Babylonii* qui colonia deducti sunt in Samariam, postquam Israel captivus abductus fuit.

**CAP. CLXI.** — *Quinam propter sacrilegia interfecti sunt.*

*Achar* tempore Jesu Nave, propter anathemata Jerichuntis. *Ophni* et *Phinees*, filii Heli, propterea quod partes victimarum sibi primo usurpabant. *Ananias* et *Sapphira* ejus uxor, qui partes quasdam pretii agri attulerunt, sed volebant decipere apostolicam politiam; quippe qui non integrum agri pretium attulerunt.

**CAP. CLXII.** — *Quinam in foveas ad certam mortem projecti sunt.*

*Joseph* a fratribus. *Jeremias* a principibus populi. *Daniel* a Persis.

**CAP. CLXIII.** — *Quinam pœnas luerunt suorum criminum.*

*Cain* qui fratrem suum interfecit, in septima generatione e medio sublatus. *Sodomitarum* civitates subversæ ob præposterum naturæ usum. *Chananæi* et Amorrhæi de sedibus suis ejecti propter idololatriam. *Pharao* et *Ægyptii* renitentes prodigiis divinis, et in profundum submersi. *Saul*, qui in bello cecidit cum suis, traditis liberis ejus Gabaonitis in placationem. *Benjamitica* tribus propter enormem libidinem cum uxore viri Bethlehemitæ. *Babylon*, quæ ob regnum elata, in desertum redacta fuit. *Achar* sacrilegus. Qui *Sabbatum* profanavit in deserto per collectionem lignorum. *Qui blasphemavit* Deum in rixa quam iniit in deserto. *Filii Heli*, qui in pœnam privati sunt sacerdotio. *Sedecias* cæcatus a rege Babylonis. *Judaicus populus* propterea quod Salvatorem inique persecutus sit, sustinet adhuc insensibiliter captivitatem, quæ illum premit.

Digitized by Google

**CAP. CLXIV.** *Quinam peccatores misericordiam sunt consecuti.* A

*Fratres Joseph*, qui cum vendiderunt, attamen ab eo sunt enutriti. *David* qui seipsum humiliavit propter patrata scelera, atque prolixe reatum suum confessus est. *Salomon*, qui templa idolis gentium ædificavit, attamen propter patrem David non est punitus. *Manasses* ductus in captivitatem, et ad Deum conversus, atque idcirco in patriam revocatus. *Joacim* a vinculis solutus, honestatusque regio honore a principe Babylonis. *Latro*, qui in cruce Christum confessus est, et viam ad paradisum invenit. *Paulus* apostolus, qui persequebatur Ecclesiam, et in præconium missus est fidei Christi, cui bellum moverat. *Ecclesia* quæ est ex gentibus, quæ tot sceleribus nihil obstantibus misericordiam B est consecuta, et per fidem Christi perfectæ justificationis munere donata.

**CAP. CLXV.** — *Quinam cum sibi eximium quid facere viderentur, eo ipso a scopo aberrarunt.*

*Is qui* apud David jactabatur se Saulum occidisse, atque ad illum attulit regni insignia, tanquam regno ad illum pertinente; hic interfici jussus est ab ipsomet Davide. *Rachaab* et *Banajas*, filii Remmon, qui Memphibosthe filii Saul caput ad David afferentes, atque rati magnum apud eum contulisse beneficium, propter quod et commendandos sese sperabant, eo ipso interfecti sunt. *Oza*, qui inclinatam Arcam ad se attraxerat, ut ne effunderetur de curru, et repente mortuus est. *Qui* jussus C est a propheta Michæa illum cædere, neque ob verecundiam cecidit, interfectus est a leone. *Pharisæus*, qui propter suam justitiam adversus publicanum gloriabatur.

**CAP. CLXVI.** — *Quæ et quot gentes subinde contra sacra loca insurrexerunt, atque divinitus immissas pœnas sustinuerunt.*

*Gog* et *Magog*, nempe Scythæ : *Mosoch*, seu Illyrii : *Thobel*, vel Thessali : *Gomer*, seu Galatæ : *Thogorma* aut Armenii : ex *Sabæis*, Arabes, qui sunt primi Indorum : *Tharsis*, seu Afri : *Chus* aut Æthiopes : *Phud*, seu Libyes : *Phares*, sive Persæ.

**CAP. CLXVII.** — *Virtutes lapidum in zona pontificis positorum.*

*Jaspis*, adulterium avertebat. *Sapphirus*, oculis D fulgentissima lampas. *Chalcedonius*, sobrietatis conciliator. *Smaragdus*, dæmonum averruncus : *Sardonix*, ignibus micans. *Sardius*, *Chrysolithus*, dolores oculorum sanant. *Beryllus*, tristitiæ medetur. *Topazius*, *Chrysoprasus*, *Hyacinthus*. *Amethystus*, ebrietatem arcens. *Anthrax*, *Achates*, *Ligurius*, *Onychinus*.

*Finis hic est librorum Joseppi,*
*Argumenta quinque libellorum habens.*
*Finem dedi ultimo versui.*
*Auctori bonorum Deo sit gratia,*
*Qui terminum dedit mihi verba scribendi,*
*In laudem et gratiarum actiones Verbi ejus.*

(5) Confer Epiphan. *De gemmis*.
(6) Forte λαμπάς.

**ΚΕΦΑΛ. ΡΞΔ'.** — *Τίνες πλημμελήσαντες ἐλέους τετυχήκασιν.*

*Οἱ τοῦ Ἰωσὴφ ἀδελφοὶ* πεπρακότες αὐτὸν, καὶ διατραφέντες ὑπ' αὐτοῦ. *Δαβὶδ* ταπεινώσας ἑαυτὸν ἐπὶ τῇ πλημμελείᾳ, καὶ ἐκτενῶς ἐξομολογούμενος. *Σαλομὼν* ναοὺς τοῖς τῶν ἐθνῶν εἰδώλοις δειμάμενος, καὶ διὰ τὸν πατέρα μὴ τιμωρηθείς. *Μανασσῆς* ἐν αἰχμαλωσίᾳ ἀπαχθεὶς, καὶ ἐπὶ Θεὸν ἐπιστραφεὶς, καὶ διὰ τοῦτο ἐπαναχθείς. *Ἰωακεὶμ* λυθεὶς ἀπὸ τῶν δεσμῶν, καὶ τιμώμενος βασιλικῇ τιμῇ ὑπὸ τὸν Βαβυλωνίου. *Ὁ Λῃστὴς* ἐπὶ τοῦ σταυροῦ Χριστὸν ὁμολογήσας, καὶ τὴν εἰς παράδεισον ὁδὸν εὑράμενος. Ὁ ἀπόστολος *Παῦλος* διώκων τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ κήρυξ ἧς ἐπολέμει Χριστοῦ πίστεως ἀποστελλόμενος. *Ἡ Ἐκκλησία* ἡ ἐξ ἐθνῶν, ἐπὶ ταῖς τοσαύταις πλημμελείαις ἐλεουμένη, καὶ διὰ πίστεως Χριστοῦ τῆς τελείας δικαιώσεως ἀξιουμένη.

**ΚΕΦΑΛ. ΡΞΕ'.** — *Τίνες εἰσὶν οἱ κατορθοῦν τι δόξαντες, καὶ ἐπὶ τούτῳ διαμαρτόντες.*

Ὁ τὸν Σαοὺλ ἐπισφάξαι καυχησάμενος τῷ Δαβὶδ, καὶ κομίσας αὐτῷ τὸ τῆς βασιλείας σημεῖον, ὡς αὐτῷ προσηκούσης τῆς βασιλείας, ἀναιρεθῆναι προσταχθεὶς ὑπὸ τοῦ Δαβίδ. *Ῥαχαὰβ* καὶ *Βαναίας*, οἱ υἱοὶ Ῥεμμὼν, οἱ Μεμφιβοσθὲ τοῦ υἱοῦ Σαοὺλ τὴν κεφαλὴν κομίσαντες τῷ Δαβὶδ, καὶ μεγάλην αὐτῷ δόξαντες κατατίθεσθαι χάριν, δι' ἧς καὶ ἤλπιζον εὐδοκιμεῖν, ἀναιρούμενοι διὰ τοῦτο. *Ὀζᾷ* ὁ τὴν Κιβωτὸν ἐπικλιθεῖσαν ἐπισπασάμενος πρὸς ἑαυτὸν, πρὸς τὸ μὴ περιτραπῆναι ἀπὸ τῆς ἁμάξης, ἀποθανὼν παραυτίκα. Ὁ κελευσθεὶς ὑπὸ τοῦ προφήτου Μιχαίου πατάσσειν αὐτὸν, καὶ δι' εὐλάβειαν οὐ πατάξας, ἀναιρεθεὶς ὑπὸ λέοντος. *Ὁ Φαρισαῖος* ἐπὶ τῇ οἰκείᾳ δικαιοσύνῃ τοῦ τελώνου καταυχώμενος.

**ΚΕΦΑΛ. ΡΞϚ'.** — *Τίνα ἐστὶ τὰ ἔθνη καὶ πόσα τὰ τοῖς ἱεροῖς τόποις ὕστερον ἐπανιστάμενα, καὶ θεήλατον ὑπομείναντα τιμωρίαν.*

*Γὼγ* καὶ *Μαγὼγ*, οἵ εἰσι Σκύθαι· *Μοσὼχ*, Ἰλλυριοί· *Θωβὲλ*, Θετταλοί· *Γομὲρ*, Γαλάται· *Θεργαμὰ*, Ἀρμένιοι· *Σαβαιῶν*, Ἄραβες, οἱ πρῶτοι Ἰνδῶν· *Θαρσεῖς*, Ἄφροι· *Χοῦς*, Αἰθίοπες· *Φοὺδ*, Λίβυες· *Φρὲς*, Πέρσαι.

**ΚΕΦΑΛ. ΡΞΖ'.** — *Αἱ δυνάμεις τῶν λίθων τῶν ἐν τῇ τοῦ ἀρχιερέως ζώνῃ ἐντιθεμένων* (5).

*Ἴασπις*, μοιχείας ἀποτρεπτική. *Σάπφειρος*, ὀφθαλμοῖς στιλπνωτικὴ λαμπρά (6). *Χαλκηδόνιος*, σωφροσύνης πρόσφορος. *Σμάραγδος*, δαιμόνων ἀπελαστική. Σαρδόνυξ, διαπυρσαίνουσα. *Σάρδιος*, *Χρυσόλιθος*, ὀδύνας ὀφθαλμῶν ἰῶνται. *Βήρυλλος*, λύπης ἰατική. *Τοπάζιος*, *Χρυσόπρασος*, *Ὑάκινθος*, *Ἀμέθυστος*, μέθης ἀλεξητήριον. *Ἄνθραξ*, Ἀχάτης, Λιγύριος, Ὀνύχειος.

*Τέρμα πυκτίδων ἐνταῦθα Ἰωσήππου,*
*Τὰς ὑποθέσεις τῶν πέντε βίβλων ἔχων* (7).
*Πέρας δέδωκα τῷ τελευταίῳ στίχῳ.*
*Τῷ συντελεστῇ τῶν καλῶν Θεῷ χάρις.*
*Τῷ συμπέρασμα δόντι μοι λόγους γράφειν,*
*Εἰς αἶνον εὐχάριστον αὐτοῦ τοῦ Λόγου.*

(7) Forte ἔχον.

Digitized by Google
Распознавание текста ABK/FR

ANNO DOMINI CMI

# NICEPHORUS PHILOSOPHUS

## NOTITIA

(OUDIN. *De Script. eccles.* tom. II, pag. 402.)

---

Nicephorus philosophus et orator patriarchæ Constantinopolitani, sub Antonio Caulea ejusdem sedis archiepiscopo et patriarcha vivens, his iisdem temporibus aliquanto post an. 890 floruit, scripsitque *Orationem funebrem* seu *Narrationem encomiasticam Vitæ sancti Antonii cognomento Cauleæ, patriarchæ Constantinopolitani*, qui anno Christi 891, *sub imperatore Leone Philosopho seu Sapiente*, die 12 Februarii mortuus est. Exstat hæc *Oratio* seu *Vita* apud Laurentium Surium, ut et apud Joannem Bollandum atque Henschenium, in *Actis Sanctorum* ad diem 12 Februarii, sed utrobique Latine tantum. Eadem autem *Oratio* seu *Vita* exstat Græce manuscripta, in bibliotheca Cæsarea Vindobonensi, inter manuscriptos codices historicos Græcos, cod. XI, num. 20, et quidem a folio 95, pag. 2, col. 2, usque ad fol. 109, pag. 2, colum. I, ut habet Petrus Lambecius libro VIII Commentariorum hujus bibliothecæ, p. 83, cujus titulus et principium : Νικηφόρου τοῦ μακαριωτάτου φιλοσόφου καὶ ῥήτορος, Ἐπιτάφιον ἤτοι βίος ἐγκωμίῳ συμπεπλεγμένος εἰς τὸν μέγαν ἐν ἀρχιερεῦσιν Θεοῦ, καὶ θαυμαστὸν ἐν πατριάρχαις Ἀντώνιον. Οὐκ ἦν ἄρα τῶν προλαβόντων καλῶν εἰς πίστιν, etc. Id est : *Nicephori beatissimi philosophi et oratoris Oratio funebris sive Vita cum encomio conjuncta, in magnum Dei archiepiscopum et admirabilem in patriarchis Antonium*, etc. Minime autem confundendus est hic Nicephorus philosophus et rhetor cum Nicephoro Gregora, integris aliquot sæculis recentiore, qui Historiam suam Byzantinam, usque ad obitum imp. Andronici Junioris, sive ad annum Christi 1341 perduxit. Nam et de eo vir doctissimus Leo Allatius in *Diatriba de Symeonum scriptis*, pag. 87, refert, quod *Vitam ejusdem S. Antonii patriarchæ* scripserit, cujus titulum et principium ibi hoc modo exhibet : Nicephori Gregoræ Βίος τοῦ ἐν ἁγίοις πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, Ἀντωνίου τοῦ τὴν μονὴν τοῦ Καλέως συστησαμένου. Εἰ δὲ καὶ θνητὴν ψυχὴν ὁ χρόνος, καὶ πάντων ἐστὶ πατὴρ ὁπόσα φθορὰ καὶ γένεσις βόσκει, etc. Quod porro ad Nicephorum Orationis seu Vitæ istius scriptorem attinet, ille sub Leone Sapiente imperatore vixit, ut ipse clare satis indicat, dum diserte ait : *Plerarumque rerum de S. Antonio patriarcha narrandarum magistram sibi non multo ante tempore fuisse ipsam inspectionem et experientiam.* Verba ejus Græca hæc sunt, καὶ τῶν μὲν ἀνελίττειν τὴν μνήμην, ὧν ὄψις μοι καὶ πεῖρα χρόνοις οὐ συχνοῖς διδάσκαλος ἦν, etc. De Nicephoro isto philosopho et oratore, Gerardus Joannes Vossius libro II *De historicis Græcis*, cap. 26, ubi perperam legitur S. Antonium Cauleam obiisse an. Christi 901, pro 891. Guillelmus Cavus in *Historia scriptorum Ecclesiæ*, ad annum 895, pag. 569. Petrus Lambecius, quem hic exscripsimus, lib. VIII Commentariorum bibliothecæ Cæsareæ Vindobonensis, p. 83, et in indicibus, p. 562 et 578.

# NICEPHORI PHILOSOPHI

## VITA S. ANTONII COGNOMENTO CAULEÆ.

### PATRIARCHÆ CP.

(*Acta SS. Bolland.*, Februarii tom. II, die 12, p. 621.)

---

## COMMENTARIUS PRÆVIUS.

---

1. Relatus in cœlitum tabulas est apud Latinos atque ac Græcos Antonius, cognomento Cauleas, qui sub exitum noni a Christi incarnatione sæculi Ecclesiæ Constantinopolitanæ præsedit. De eo Martyrol. Romanum : « Constantinopoli S. Antonii ep. tempore Leonis VI imp., » ejus nempe, qui

Digitized by Google

Basilio Macedone genitus, *Sapiens*, seu *Philosophus*, est appellatus. Antonii ejusdem memoriam ita in Addit. ad Usuardum annotavit Molanus : « Item Constantinopoli S. Antonii, magni inter Dei pontifices, et admirabilis inter patriarchas. » Præterea Menæa his verbis : « Eodem die (12 Februarii) memoria S. P. N. Antonii archiepiscopi Constantinopoleos, » adnectunt elogium, de quo infra.

2. Philippus Ferrarius in generali Catalogo sanctorum, qui desunt Martyrologio Romano, ad 11 Februarii S. Antonium inscripsit, ex Menologio Græcorum, ut in Notationibus profitetur. Sed quo? Non eo certe quod Henr. Canisius edidit : non Græco quod Venetiis excusum : non quod Basilii Macedonis jussu concinnatum asservari Romæ ferunt, cum ad plures annos superstes Macedoni Antonius fuerit. Alia peccat in iisdem Notationibus Ferrarius, dum eum ait « Plotio schismatico et hæretico subrogatum sub Leone IV imp. » Copronymi filius fuit Leo IV atque annis centum prior Antonio, qui Leone VI imperante, non Photio (quem mendose *Plotium* vocat) sed S. Stephano, Leonis imperatoris fratri suffectus.

3. Anno Leonis tertio, qui erat æræ, quam nunc Latina Ecclesia usurpat, 1388, ad patriarchatum evectus Antonius est. Ita Cedrenus in Compendio historiarum : « Anno insequenti (antea retulerat res gestas τῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς βασιλείας Λέοντος, anno secundo imperii Leonis) insequenti igitur, sive tertio imperii ejus anno, Stephanus imperatoris frater ac patriarcha excessit e vita. In ejus locum ordinatus est patriarcha Antonius, cognomento Cauleas. » Mendose ista in Curopalate vertit Gabius his verbis : « Insequenti anno Stephanus imperatoris frater, et patriarcha excesserunt e vita : in cujus locum suffectus est Antonius cognomento Cauleas. « Græce et hic Καυλέας appellatur a Cedreno ac Zonara et in Serie episcoporum Byzantii lib. IV. Juris Græcorum ; et Stephanus frater imperatoris, idem et patriarcha erat, uti ipse quoque Curopalates paulo ante retulerat ; et apud Cedrenum est ἀπέλιπε τὴν ζωήν, *excessit e vita* ; non autem *excesserunt*. Mortuus videtur Stephanus die 17 Maii, quo a Græcis coli scribit Baronius t. X. Annal. ad an. 888, n. 8.

4. Non satis perspicue traditur quo anno decesserit S. Antonius, aut quanto tempore Ecclesiam illam administrarit. Baronius in Annot. ad Martyrol. et Vossius, lib. II, *De Historicis Græcis*, cap. 26, scribunt anno 1401 obiisse. Videntur eam opinionem hausisse ex Curopalate, qui postquam scripsit « vita functo patriarcha Antonio, declaratum Nicolaum Mysticum ; » in eadem pagina (uti et Cedrenus, quem perpetuo sequitur) narrat, imperatorem Leonem, die Pentecostes in templo S. Mocii, fuste ab homine nefario fuisse vulneratum ; atque ei a Mario monacho prædictum, decem adhuc annos victurum. Ita enim videtur quis ratiocinari posse. Obiit Leo an. 1411, decem post illud acceptum vulnus annis : ergo id illi inflictum erat an. 1401, 31 Maii ; in eum enim diem Pentecoste illo anno incidit : non multo igitur ante Antonio, pridie Id. Februarii exstincto, successerat Nicolaus. Verum etsi paucis verbis perstricta sunt, quæ illi scriptores interjiciunt, pluribus tamen gesta sunt annis ; quo nimirum pacto post S. Theophanonis primæ uxoris obitum, secundam dein et tertiam duxerit Leo, atque imperatorio diademate insigni erit.

5. Retractavit quod ad Martyrologium annotarat Baronius t. X. Annal. ubi ad ann. 890, n. 13, ita scripsit : « Hoc anno moritur Antonius patriarcha Constantinopolitanus, ubi tantum annos duos sedisset. Ita in Serie patriarcharum Constantinopolitanorum in Corpore Juris intexta. » At quæ in ea Serie traduntur de annis patriarcharum, qui tempore Leonis eam rexerint Ecclesiam, haud satis apte invicem congruunt. Dicitur enim Stephanus sedisse annos 3. « Antonius 2, Nicolaus Mysticus 11, eo ejecto Euthymius annos 5, menses 6, tandemque mortuo Leone, pulso Euthymio, restitutus Nicolaus. Anno 1 Leonis, Christi 1386, in solium patriarchale evectus est Stephanus, exturbato, qui nunquam id legitime obtinuerat, Photio : decessit Stephanus tertio post anno, 1388. Antonius, si duos duntaxat sedit annos, obiisse dicendus est 1390, uti Baronius statuit : ergo 1401 ejectus Nicolaus, cum sedisset annos 11. Sequetur, Euthymium cui 5 sedis anni, menses 6, tribuuntur, anno 906 pulsum esse, quod demum 911 accidit, cum Leone mortuo, imperium capessivit Alexander. Desunt igitur numero annorum Antonii anni quinque et menses aliquot : neque enim uspiam interregni mentio fit, quin semper uno mortuo aut pulso alter creatus sit patriarcha.

6. Aliter patescit error, si ita argumenteris : Pulsus est Euthymius anno 911, mense Junio, mortuo Leone. Sed erat autem annos 5, menses 6, ab initio nempe anni 906. Ergo tunc primum ejectus erat Nicolaus, postquam annos 11 Ecclesiæ præfuisset, ab anni 895 Februario, cujus die 12 obierat decessor ejus Antonius. Denique cum an. 912, exstinctus est Alexander, Constantinus Leonis filius septimum jam annum ætatis explebat, uti Zonaras et Cedrenus scribunt : quem proinde æstate anni 905 natum fuisse oportet. Atqui eum, teste Cedreno, baptizavit in Sanctæ Sophiæ templo Nicolaus. Dein idem imperatori, quia Zoen, quæ ei nec necdum thoro juncta filium illum pepererat, sibi quartam jam conjugem copulasset, atque Augustam coronasset, sacris interdixit Nicolaus ; cumque exorari se, ut eum in Ecclesiam admitteret, nullis precibus pateretur, ipse e cathedra submotus initio anni 906, cum sedisset annos 11, ab anno nempe 895, quo obiisse Antonium oportet, postquam Ecclesiam gubernasset annos 7, qui anno, ut diximus, 888 Stephano fuerat suffectus.

7. Cedrenus et Curopalates solum narrant, Antonio mortuo designatum patriarcham Nicolaum

Digitized by Google

Mysticum, quot ille sederit annis non exprimunt. A Expressisse id Zonaras videtur, sed incuria librarii, vel codicis antiqui vitio, id in editis exemplaribus omissum. Græce ita habetur. Τοῦ γὰρ Ἀντωνίου θρόνῳ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐπιζήσαντος ἔτη.... καὶ μεταθεμένου τὴν ζωὴν, ὁ Μυστικὸς Νικόλαος πατριάρχης ἐκεχειροτόνητο. Wolfius vertit : « Nam cum Antonius Sede Constantinopolitana annis... gubernata decessisset, Mysticus Nicolaus patriarcha est designatus. » Quod autem in citata Serie patriarcharum contendimus inesse mendum, ita contigisse videtur quod pro ζ' sit β' positum ; vel pro IIII, solum, 11. Cum alioquin auctor forsitan recte scripserit : Ἀντώνιος ὁ Καυλέας, ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ Λέοντος ἔτι ζ' vel ἔτη IIιι. Antonius Cauleas, eodem Leone imperante, annos 6.

8. Edita est a Lipomano tom. V, *De Vitis SS.*, ac dein a Surio, « Nicephori, beatissimi philosophi et oratoris, Oratio funebris, seu Vita encomio contexta, magni inter Dei pontifices et admirabilis inter patriarchas Antonii. Quam et nos inde hic damus. Quis ille Nicephorus fuerit, et num alia ediderit opera, nusquam legimus. Vixisse sub Leone Sapiente imp., sub quo et Antonius, ex ipsa constat oratione.

9. Vitæ S. Antonii compendium, ex eadem concinnatum oratione, exstat in Menæis, in quo fuisse ejus nomine monasterium aliquod indicatur, ab eo fortassis conditum, aut in quo ipse monachicum habitum olim susceperat. Ita habent Menæa : Τελεῖται δὲ ἡ αὐτοῦ σύναξις ἐν τῇ αὐτοῦ μονῇ. « Agi- B tur ejus commemoratio in ipsius monasterio. »

# ORATIO IN S. ANTONIUM CAULEAM

# NICEPHORI PHILOSOPHI.

## EXORDIUM AC PROPOSITIO.

1. Fieri ergo non poterat, ut eorum qui in fide prius præclari exstiterunt, non rursus tempus, etiamsi videretur consenuisse, fœtus similes afferret, et per extremum partum, rebus ipsis et factis, præcedentium fructuum comprobaret admirabilitatem. Cum enim fictor ab initio humanam fabricatus esset naturam, et bonorum seminum ei indidisset materiam, non sivit ut ea cum tempore consenesceret, sed ut in dies repubesceret, et ferret fœtus germanos præcedentibus, supernæ cognationis minime adulteratam nobilitatem in se ferentes. Virtus enim non accipit dimensionem ex eo, quod est tempore posterius aut prius, sed ex pura et incorrupta mente eorum, qui se recte gerunt : quomodo is, qui nunc oratione laudandus est propositus, qui quotidianis accessionibus ascendit totas scalas virtutum, et pervenit ad summum.

2. Sed oportet, huic, qui per totam vitam in virtute se exercuit, eos qui per totam vitam in dicendi facultate studium posuerunt, contexere coronam, qui quidem sunt lingua boni et potentes ; et admirari res præclare et recte ab eo gestas ; me autem silentio longo os meum comprimere, et linguam vinculo continere : et dum alii oratoris officio fungerentur, me in numerum referri auditorum ; et eorum quidem revolvere memoriam, quorum inspectio et experientia (1), non longo abhinc tempore poterat esse magistra, ut veritati possem verum et firmum ferre testimonium ; eorum vero quæ ignorantur narratione per orationem percipere cognitionem : non autem lingua inerudita, et ægritudinis animi nube confusa mente, aggredi tantæ C rei magnitudinem, timentem periculum, quod imminet iis, qui suscipiunt ea quæ sunt supra vires. Natura enim ita est comparatum, ut verba res non possint assequi. Hic autem nunc, ubi et longissimum tempus dimensum est virtutem, et floridissimum pratum imitantur recte facta, cum omnia tractare nulla possint ratione, merito refugiunt. Neque enim suum ingenium, nec rerum ignorantes magnitudinem, sperantes tamen se potius aliquid accepturos, quam daturos, existimant se virtutum magnitudine esse suam celaturos imbecillitatem : neminem enim judicare orationes, stupefactum rerum admiratione. Quamobrem sperant fore, ut simul et lateant, et prædicentur, dum propter horum connexionem habentur in admiratione. Sed quo- D niam mentis, quæ inter omnes principatum obtinet, vincit sententia, quæ post exsequias censet justa Patri esse tribuenda, jus in dicendo gratiæ universum permittentes, (quæ, etsi necesse sit ad non assequi, omnino quod deficit adjiciet, vel potius orationi integram præbebit correctionem) accedimus ad narrationem, veluti quoddam fundamentum patriam primo loco ponentes.

## CAPUT I.

*Sancti Antonii ortus, institutio, vita monachica.*

3. Sed patriæ et majorum nollem facere mentionem : quoniam nec aliquid eorum, quæ ad carnem

(1) Hinc patet, quo tempore scripserit hanc orationem Nicephorus ; cum nempe haud pridem vivere Antonius desiisset.

Digitized by Google

pertineat, cœlesti illi et carnis propemodum experti, et qui solam noverat patriam supernam civitatem, in quam cives adsciscuntur, qui sunt virtutis operatores, scimus fuisse proprium. Sed quoniam eum, qui propter nos massæ nostræ assumptione factus est sicut nos, universi opificem videmus et Dominum, admisisse patriam et majores, et humilis Bethlehem magnitudinem omni lingua prædicari; nec in sancto quoque Pontifice fas esse statui prætermittere : sed in eo potius jucunde immorari, reddendo quodammodo gratiam alimentorum. Sed in aliis quidem fortasse patria et genus proposita, laudem ex arte afferunt; in eo autem, de quo in præsentia agimus, partus potius iis, ex quibus ortus est, donat gloriam immortalem, inferne remittens splendorem, similiter solarium radiorum reverberationibus. Patria ergo, quæ sit una, non potest inveniri. Nam Asia quidem et Europa gloriam inter se partitur : hæc quidem propter Thraciam, illa vero propter Phrygiam, ejus ortum sibi vindicantes. Cum res autem sit inter eos controversa, apparet alia tertia patria, nempe regina urbium, quæ etiam eum aluit, ulnis suis amplectens, ex quo fere a puerilibus fasciis eum evolvi contigit, ut qui ei postea futurus esset decus et ornamentum. Et hæc quidem, utpote caput, ei facile et prompto animo cedit, sperans fore ut fruatur gloria. Asia vero ægre fert quidem, sed non usque ad immoderatam fertur contentionem : se reginæ autem submittens, et majorum ejus contenta gloria, a quibus sunt huic fontes generationis : quos genus ducentes ex Phrygia, propter munera imperatoria, quæ obierunt in exercitu imperatoris, habuit regina urbium habitatores, animo quidem fortes, fortes autem corpore, et ejus, qui ex ipsis erat gignendus, prius in se describentes fortitudinem contra vitia et constantiam.

4. A quibus ortus hujus pater ab ipsis parentibus ab ineunte ætate, tanquam Samuel, et habitu Dei sorti dedicatur et re ipsa : et ad generis successionem lege matrimonii conjungitur mulieri, honestæ quidem animo, honestæ vero omnibus moribus, et corporis specie non afferente dedecus nobilitati animæ : et quæ, ut semel dicam, animi et corporis dotibus, marito, qui erat in utrisque insignis, nulla in re erat inferior : sed erat biga insignis, biga veneranda, biga quæ beata censebatur : conjugium, quod multorum oculos convertebat ad admirationem; parum quidem carni, plurimum autem Deo vivens, et iis quæ vere ad Deum ferunt, factis et rectis actionibus : pro quibus et per quæ, tanquam aliquod præmium virtutis, dignati sunt sacrum fructum producere. Qui in materna quadam possessione, quæ non multum aberat a civitate, in qua habitabant, urbanos tumultus, et (2) Iconomachorum, quæ tunc vigebat,, rabiem declinantes, in lucem editus, magis pietate alebatur, quam lacte. Cum autem jam incepisset balbutire, parentibus jucundam exhibuit admirationem. Balbutienti enim linguæ nihil fere aliud præbebat loquendum, nisi quæcunque erant mystici nostri cultus, quantum a molli et tenera pueri natura potest exprimi et e labris progredi : et hoc paulatim crescens cum augmento corporis, simul etiam crescentem habebat admirationem : et quicunque id videbat, erat propheta futuri.

5. Cum ad quintum autem annum pervenisset, Litterarum figuras doctus a sancto Spiritu (neque enim venire ad ludi magistrum, puerorum irrisiones et alias pueriles ineptias declinans, in animum induxit) omnes sacras orationes, maxime quæ non mysticæ ac secreto prolatæ, sacrifici voce perveniunt ad aures eorum, qui initiantur, ingeniose memoriter pronuntians; de cætero etiam res ipsas imitabatur ac repræsentabat, panem proponens, et manu tenens thuribulum : perinde ac si non sustineret sacra anima, quo minus etiam in imperfecta ætate operaretur res divinas, et ante tempus perfectionis ea quæ ad perfectionem pertinent inchoaret : et sacrosancto puero pro quovis ludo erat opus et studium, parum quidem matrem comitanti, magna autem ex parte in his seorsum occupato. Postquam vero illa ad beatam, et quæ numquam senescit, migravit hæreditatem, cum patre versabatur tunc, se exercens in sacris discendis psalmis. Ingenii autem felicitate, intelligentiam quidem quam pro ætate majorem, maturiorem autem quam pro tempore ætatis dabat spectandam staturam corporis, mentem vero ejus, quod est bonum et honestum, capaciorem quam quantum consentaneum esset utrumque admittere dimensionem temporis.

6. Hinc cum ad annum pervenisset duodecimum, ad res diligentius considerandas se applicans, (o mentem stabilem ! o bonum propositum !) genus vitæ discrevit et elegit : aliisque rejectis, ad monasticam intuens, flagrabat cupiditate. Rerum enim principia a fine dijudicata præbent tutam electionem ejus quod est melius. Non enim quod proportione ætati responderet, procedens habuit judicium : sed in juvenili corpore canam ostendebat intelligentiam, per ea quæ operabatur, suam cum eo, quod est bonum et honestum, indicans conjunctionem : et iis, ad quæ se extendebat, significabat incorruptæ mentis stabilitatem : et gloriam quidem despiciens, respuens autem quidquid non fert ad

(2) Iconomachorum rabies primum a Leone Isaurico imp. an. Chr. 726, imperii sui 9, suscitata; an. 784, sub Constantino et Irene, adnitente S. Tarasio patriarcha, repressa : demum an. 813, imperante Leone Armeno recruduit, sæviitque sub Michaele Balbo, et hujus filio Theophilo; penitus restincta Michaele III, et S. Theodora matre imperantibus, qui Remp. an. 841, capessiverunt, uti 11 Febr. ad S. Theodoræ Vitam diximus. Cum autem factus fit patriarcha Antonius an. 888, senili jam (ut Menæa habent) ætate, sexagenarius fortassis, sequitur circa initia Theophili imp. natum fuisse anno 828, aut sequenti.

Deum, elegit eam, quæ fert ad ipsum, asperam quidem, sed quæstuosam viam, et quæ sola potest bonos mercatores transmittere ad illam vere pretiosam margaritam. Sciebat enim divino amore prius capta anima, ad id solum, quod desideratur, omnino contendere, et omnia nihil ducere, quæ nihil faciunt ad id quod quæritur. Quod enim toto animo electum est ad acquisitionem, est firmum ac stabile : quod autem est firmiter acquisitum, promptum est ad conservandum. Qui enim semel fuerat incitatus ad id quod est honestum, tanquam ab aliquo carcere a virtute parentum, perpetuo ferebatur impetu, Deum quærens, et ad ipsum contendens.

7. Dehinc deducitur ad virum sanctum, qui præerat sacro monasterio, et erat insignis virtute : cui magnam acquirebat gloriam actio et contemplatio, quæ corporis et animæ motus dispertiebant. Qui cum eum statim sibi conjunxisset, et, ut quæ esse potest in juvene, virtutem prævideret, eum traduxit ad suum habitum et amictum : tanquam quadam tabula ei suis propositis virtutibus, eumque suo exemplo informans, facto potius quam sermone fuit ei doctor bonarum disciplinarum. A quo exercitatus in orbe disciplinarum, attraxit dulce fluentum divinarum Scripturarum, externæ ebrietatis crapulam repellens illo institutore : et de cætero nunquam conversus, admovet manum aratro exercitationis, profundos proscindens sulcos virtutis, et ad fructus ferendos recte præparans. Et noctes quidem habebant linguam precibus et hymnis vacantem, et divinarum rerum meditationi; dies autem manus vehementer inservientes iis qui simul cum eo exercebantur. Aperte enim sciebat, quod alii labores magnum quidem, (quidni enim?) sed non tantum lucrum præbent; qui autem conferuntur ad proximo deserviendum, multiplicem fructum ferentes, quod a Deo datum est unicuique talentum, multiplicant, cujus summa est charitas, quæ est fons bonorum : a quo qui sordes abstergit rivus profluens, splendidos splendide Deo sistit, id quod est ad ejus imaginem, divina imitatione per commiserationem describens indelebile. Optime enim apud se et sapientissime dividens, hanc charitatem per totam vitam adhibuit sociam, per quam anima a sensibilibus evolans, revertitur ad primam dignitatem.

8. Hanc firmam posuit basim. Super eam domus virtutis stabile et firmum jecit fundamentum. Per eam neque vanæ gloriæ admisit vestigium. Sui enim ipsius amorem solet hoc vitium consequi. Nam quod tenetur sui ipsius amore, omnino etiam tenetur gloriæ cupiditate : sui autem amore non tenetur, qui fratres diligit. Est ergo vitio superius, quod servit per charitatem, et in servitutem redigit feras, quæ intus sunt, bestias, animi, inquam, perturbationum furiosos impetus : neque ulli iræ

A dedit aditum, ut qui tanquam freno aliquo eam repelleret, et pulchre veheretur et ferretur ad virtutem. Neque omnino aliquid indulsit cupiditati, a proximi et rei creatæ charitate traducens ad effectorem, quod quidem est ultimum expetendorum, et primum desiderandorum. Per hanc minime adulteratam conservabat liberalitatem, ab ineunte ætate repellens contrariam ejus affectionem : et cum ab ea conciliatam secum habitantem acquisiisset commiserationem, Dei omnino factus est. Sic ergo se recte gerens ab ineunte ætate, erat in ore omnium, et convertebat ad se omnium oculos.

9. Jam autem in genis florente lanugine et coronante vultum plenum gratia, quæ in agendo versatur, philosophiæ pratum in eo simul pulchre
B florebat, et in corde disponens ascensiones, perfectiore consilio perfectiora aggrediebatur opera. Consultabat vero, non divina musa, non Demosthenis utens vehementia; sed divina quadam prudentia et hominem superabat, et ubique inveniebat magnam possessionem, rem, inquam, divinam, nempe quæ deos facit charitatem, vel potius quam habebat proferens, ad scopum ferebatur, negotiali (3) Hermogenis arte nihil indigens. Per hanc ei aderat morum lenitas et moderatio, gravitas, mansuetudo, simplicitas, suavitas, serpentis prudentia contemperata columbæ sinceritate. Hinc etiam fiebat, ut sciret mensuram sermonis et silentii, et motum manus, et gressum pedis, et gustus
C camum, et terminum visus, et amussim odoratus, et cautionem auditus : ut in pura et secundum naturam specula maneret anima, et non mors, nempe is qui suo utitur arbitrio, per fenestras ad ipsam latenter ascenderet, ut est in proverbio. Et de cætero unum erat ei studium, ut carnem efficeret servire spiritui, et venari feras cogitationum, et antra repurgare investigantibus mentis notionibus, sobriis et vigilantibus, veluti canibus, mentis celeribus ad meliora motionibus.

10. Quamobrem nihil magnum existimabat eorum, quæ annuunt ad interitum, et quibus innatum est, ut tempore diffluant, non gloriam, non divitias, non ipsam, quæ est in dicendo, sapientiam; sed unicas habebat divitias, nempe virtutem et veram
D cognitionem, quam re ipsa conciliare solum scit philosophia. Sciebat enim, quod etiamsi philosophia sit eorum quæ sunt cognitio, actio tamen est ascensus veræ contemplationis. Ex contemplatione autem eorum quæ sunt, exquisita consideratio. Actione ergo videtur veram acquirere philosophiam. Talis erat quidem novus Joseph regula temperantiæ : qui adversus vitia et dæmones clara erexit tropæa : et fuit quidem ipse præclarus, multos autem præclariores reddidit suo exemplo. Quid mihi Socraticæ ad hæc admonitiones, aut leges Platonicæ, aut universa virtus gentilium, quæ ficta

(3) Hermogenes Tarsensis clari nominis rhetor fuit, cujus variæ exstant Oratoriæ institutiones, de petitione, de inventione, formis dicendi, gravitate, etc.

Digitized by Google

specie exerceter? Quis Solon legum decretis, ut hinc monitis activæ philosophiæ, quæ re ipsa et factis loquuntur, deduxit homines ad meliora studia? Quis Epimenides in rebus divinis adeo sapiens, vitæ divinæ multis fuit occasio? Per quem fuerunt quidem morte affecta vitia, purgata autem fuit anima et corpus, resplenduitque vita quieta et remota a negotiis : in quo et iræ fabricabatur camus, et frenum linguæ, et partium animæ exercebatur concentus. Ex quibus, et per quæ, pulchre efficiebatur unum genus; quod antiquæ pulchritudinis divinos emittebat splendores.

## CAPUT II.

*Sancti Antonii sacerdotium : præfectura monasterii : præclaræ in hoc munere virtutes : patris monachismus.*

11. Cum autem procedente tempore ad virilem pervenisset ætatem, et virilius activam exerceret philosophiam, lætus ejus præceptor propter incorpoream vitam in viri corpore, et tanquam propria glorians eum ducit ad illum, qui tunc tenebat clavum (4) pontificalem civitatis regiæ, ut initiaretur chrismate presbyterii. Qui non solum per gradus intermedios eum deduxit ad indumentum sacerdotii, sed illius testimonio eum etiam ordinavit, ut præesset monasterio : et de cætero novo Mosi traditur populi rectio, ut qui parva philosophia collegerit multam pulchre pascendi peritiam. Virtutis enim statuebat perfectionem non solum in eo esse sitam, ut ipse se recte gereret; sed ut etiam ex quadam redundantia esset omnibus regula. Non sunt enim tam sonoræ tubæ eo tempore quo stat instructa acies, ad milites ad pugnam excitandos, ut virtutis sudores eos qui sunt subjecti excitant ad acie decernendum adversus inimicos, qui percipiuntur intelligentia. Et quomodo dux exercitus adversus hostes omnem movet aciem, quando ipse pugnam inceperit, factis suos excitans ad virtutem; ita etiam qui sunt exercitus duces adversus vitia, cum fuerint redimiti præclaris coronis victoriæ, efficiuntur omnibus efficax admonitio.

12. Hinc erat ei perpetua propemodum inedia, et vigilia, et quæ nunquam intermittebatur precatio : ex quibus et per quæ erat corporis maceratio, et in carne vita carnis expers, et tranquillitas cogitationum. Hinc eorum, quæ oportebat, erat sincera disceptatio et judicium, et omnium simul voluptatum contemptio, et hyemis ac æstatis tempore corpus suum una amicire tunica, humique cubatio, et mensa nullo apparatu instructa, ut quæ pane et oleribus exciperet exercitatorem : non, ut multis, ad aliquot annos, sed a teneris unguiculis, a prima ineunte ætate perducta usque ad ultimam et senilem. Hinc erat austeritas temperata suavitate, et lenitate asperitas; ut neque reprehensio esset inutilis propter austeritatem, neque disciplinæ

A non pateret aditus propter asperitatem : adeo ut esset quidam per omnia bonorum concentus admirabilis. Licebatque videre (illic enim mea versatur cogitatio) tempore divini mysterii stantem sacerdotem ante ordinem monasticum, non secus atque Samuelem illum scribit oratio, totumque Deo affixum et tribunali, et cum Deo versantem immaculatis mentis applicationibus, et divinis contemplationibus effectum totum divinum, et pulchra mutatum alteratione. Mihi vero videntur divinæ quoque virtutes eum circumsistere, et ei ministrare. O divinum sacrificium! o perfectum efficiens mysterium! o vita, quæ ab eo degebatur, qui in corpore erat tanquam incorporeus.

13. Hæc videns ejus pater secundum carnem, B desideravit mutare vitæ habitum, et indumentum induere monasticum. Nam quod ad virtutis rationem attinet, ei fere nihil deerat, ut cujus a meliori institutione tota vita penderet. Idque non per aliam manum, sed per illam sacram manum, cujus ipse fuerat agricola, hanc quoque gratiam cupiebat accipere. Pro omnibus alimentis postulabat, ut filii manu initiaretur, et suam vivendi formam mutaret. Regenerat ergo eum, qui genuerat : et ei, qui ortus corporis fontem præbuerat, animæ filius puram efficit regenerationem. Et cum aliquot annos fortiter jugum traxisset monasticum, plenum dierum, plenum virtutum, plenum gratiarum, tanquam maturum aliquem fructum, in cœlestia horrea, cum advenisset tempus, cum bona spe transmittit, laborum C dignas coronas accepturum. Atque sic quidem admirabiliter res ejus se habebant. Neque enim fieri potest, ut omnia describat oratio.

14. Oblatum autem tempus tanquam lucrum accipiens, misericordis animi, quod jam diu ante conceperat, fontes aperuit, et rivos emisit misericordiæ, solventes squalorem pauperum, expromens quidem, si quid redundabat, ad illorum usum, expromens autem multa quoque ex necessariis. Non enim in iis, quæ redundant, impertiendis, sed in iis etiam quæ desunt, ille veram statuebat misericordiam. Et communis simul proposita erat utilitas divitibus et pauperibus : his siquidem solvens inopiam, illos autem eripiens ab invidia, quæ est reposita iis, qui nulla moventur misericordia : D communis benefactor, communis curator, magistratibus et privatis, omnium mentes suo exemplo transformans et componens ad meliora, parum quidem verbis, factis vero plurimum provocans ad virtutem. Unde etiam erat reverendus magistratibus, reverendus iis qui erant in dignitatibus, atque ipsis adeo imperatoribus : recteque ei procedebat universum opus administrationis, nemine repugnante. Ex his autem non erat incredibile, quod Deus ad communem utilitatem multa quoque per ipsum fecit admirabilia, etiamsi quantum per virtutem erat potens facere miracula, tantum ut ea celaret et temus fuit Antonius. Traduat autem Menæa invitum fuisse sacerdotio initiatum.

(4) Is videtur S. Ignatius fuisse, aut ejus fortassis decessor S. Methodius, si senior quam conjeci-

Digitized by Google

geret, nonnunquam cum fecisset, ænigmatibus et umbris assequeretur. Sed quod ad multorum venit cognitionem, et factum esse creditur, persequi tentabit oratio.

15. Nolebat una civitate, etsi sit tam magna, suam circumscribi commiserationem : sed ad quantam sol aspicit, eam contendebat extendere. Hinc manus scatentis misericordia participes erant Scythæ et Thraces, et cum aliis Mysi quoque qui sunt in Asia. Quin etiam cum ad eos, qui exercebantur in Olympo, quibus studium erat se fortiter gerere adversus vitia et dæmones, aliquando transiisset, et quidquid auri habebat in manibus, in usus eorum consumpsisset, reversus est ad civitatem, apud se agitans et undique considerans, undenam rursus vectigal compararet pauperibus. Sed non sivit eum Deus diu esse anxio animo. Rem autem facit, ut solet, admirabilem, et eum liberat a sollicitudine. Quidam enim ignotus, simul atque ingressus est civitatem, sive homo, sive angelus qui formam hominis susceperat, transeunti per porticum ex quodam angiportu accedens, ei tradit auri manipulum; et cum dixisset : Accipe, quod insumas in usus eorum, quorum curam geris, dicto citius evolavit et recessit. Et manus quidem habebat aurum, oculi autem non poterant assequi eum qui præbuerat. Hoc non est leve signum illius cum Deo conjunctionis : hoc est non leve indicium illius magni et excelsi animi : hoc Abrahæ benedictionis habuit multiplicationem, quod fuit hospitali dexteræ velut quædam sementis. Propter hæc bona magnus recte se gessit Antonius. Hæc manui pauperum amanti, ne suppeditans egeret, fuit occasio. Cum qua re Crœsi quidem illius Lydi felicitas, et aurei lateres, neque fabula Midæ potest conferri.

## CAPUT III.

***Sancti Antonii patriarchatus, in eo labores. Leo imperator laudatus.***

16. Eum autem, cum in his esset, aspiciebat civitas, et virtutum non celabat magnitudinem; neque egregia facta terræ mandabat; fama vero excipiebat : et licet non adesset, eum omnibus ipsis factis ostendebat, et propemodum responsa ab ore omnium excidentia, futurum tanquam præsens prædicabant. Hæc canebantur in multis civitatibus, canebantur in agris, dicebantur in montibus, in antris, in gentibus. Per omnes enim pervadebat miraculum, et erat communis orbis terræ narratio. Hæc Ecclesiæ Christi sponsæ movebant amorem, ardebatque sitiens eum, quem diligebat, et quærebat tempus conjunctionis, et prævidens tempus desponsionis, spe dulci jucunde ducebatur. Sciebat enim fore ut præcedentis sponsi dignitate minime viduetur : sed A cum transmiserit sacrosanctum virum, qui ab infantia ad Deum vocabatur, eum, inquam, qui ex corona nominatus fuit (5) Stephanus, ei qui ex fasciis est sacrosanctus, sacrosancte conjungatur, qui ex illius privatione ab ea acceptum mœrorem solvet. Cum itaque advenisset tempus, quo hæc fieri oportebat, suffragia universi cœtus pontificum et sacerdotum, et eorum qui vitam agebant monasticam, et ipsius quoque Senatus, ad dignum sponsæ Christi Ecclesiæ sponsum ferebantur. Hoc quoque magnus videns imperator, in omnem partem circumferens oculos cogitationis, semper curam gerens ejus quod urgebat, ut qui pulchre sciret metiri præteritum, et id quod adest, considerare, et per utrumque de futuro certam facere conjecturam, B confirmavit electionem; vel potius Deus per ipsum obsignavit universum : et tanquam quempiam victoriam consecutum athletam transmittens ad Olympiam, evehit ad sedem pontificalem, majora habiturum certamina, et coronas præclariores.

17. Et deinceps habebat sponsa Christi eum, qui recte tenebat leges sacerdotii, et vivebat spei indigentium, et abunde effundebat misericordiam, et erat manibus pauperum propositus : qui in rebus divinis, initiabat, et iis, qui initiabantur, exemplar virtutis, imaginem fortitudinis, simulacrum temperantiæ et justitiæ ostendebat regulam : qui vitam magis, quam linguam, proferebat magistram. Sed non fuit contentus iis, quæ præcesserunt : non ad C relaxationes aspexit, ut aliquis alius; neque pepercit senectuti : sed sudores succedebant sudoribus, et labores laboribus, et sanctis curis curæ magis sanctæ : et perinde ac alatus quispiam, virtute sancti Spiritus, in (6) senili corpore assumit vigentem animi alacritatem, et omnes Christi Ecclesias, tum precibus Deum placans, tum eas, quæ tempore laboraverant, et male erant affectæ, pro viribus recreans (7) : iisque qui e suggestu in inopiam deciderant copiosis succurrens suppeditationibus, et quotidianis proventibus distribuens eleemosynam innumerabilibus pauperibus. Quamobrem et qui laborabat inopia, lætum diem agebat, et hospes obliviscebatur patriæ, et orphanus lacrymabatur, et viduitatis ferream fornacem exstinguebat D vidua. Quis tantam curam gessit justitiæ? Quis injuria affectis magis fuit salutaris? Quis eorum, qui injuriam faciebant, sic propulsavit impetus? Quis lites composuit? Quis nimis erectum detraxit supercilium? Quis superbum et arrogantem animum traduxit ad moderationem? Omnia et per omnia ipse suo exemplo complanabat, salutare medicamentum affectus morbis animæ. Sed quis ex pauperibus cum aspersisset lacrymis forum judiciale, ut jus suum obtineret, cum paupertate

(5) Hic est, de quo ante dictum, S. Stephanus patriarcha, Basilii Macedonis imp. filius, Leonis frater, qui colitur 17 Maii, quo mortuus, tertio anno Leonis, Chr. 888.

(6) Hinc patet, quod antea diximus, sexagenarium, aut non multo minorem fuisse.

(7) Menæa ita habent : Καὶ τοῖς ἀπορίᾳ συνεχομένοις τῶν κληρικῶν, καὶ τῶν ἀναγκαίων ἐνδεῶς ἔχουσιν, ἀφθόνῳ τῶν χρημάτων χορηγίᾳ, τὴν παροῦσαν ἀπορίαν διέλυε· *Inopiam quoque clericorum, qui necessariis quoque rebus destituebantur, liberali pecuniarum erogatione sublevabat.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

abiit, deflens quod jus suum non posset assequi? Quænam autem vidua, quis orphanus, si venissent in ipsius conspectum, aut ipsam postea deflevit orbitatem, aut non levatus fuit calamitate? Omnibus aderat sua providentia, malum, quod unicuique afferebat molestiam, suis auferens beneficiis, verbis consolans, auro opem ferens, tegens vestibus. Videbant etiam quædam supra rationem in ipso convenire, quæ secundum naturam non conveniunt; austeritatem et suavitatem, humilitatem et gravitatem, severitatem et lenitatem. Quorum alia quidem applicabat iis, quibus vis afferebatur; alia autem iis, qui vim afferebant : et alia quidem erant medicamenta, quæ superbiam et fastum detrahebant eorum, qui adversus proximum attollebant supercilium; alia autem recreabant id, quod erat afflictum.

18. His Ecclesiæ cœtus traducebatur ad meliora, Deusque propitius, et magnus imperator gaudens delectabatur. Incorrupti vero animi videns in suffragio judicium, quod in rebus ipsis falli non posset, cum per ipsum statuisset vetus Ecclesiæ ulcus, seu (8) schisma, ad cicatricem deducere, in unum cogit orientalia et (9) occidentalia : et cum philosophiæ florem arte dicendi temperasset, linguam profert salutarem, et justa persuasione, læto vultu et ridentibus oculis solvit offensiones, et re ipsa ostendit, quantum intersit inter regem in doctrina educatum, et potestatem quæ ejus non est particeps; tunc maxime temperans viventem Ecclesiæ craterem in pontifice, qui mensam proposuit activæ philosophiæ bonis lautam et refertam, decebatque et imperatoris philosophi, et pontificis in agendo industrii illud magnum et admirabile opus esse et studium, per quæ est incorruptum judicium, et tribunal muneribus impollutum, et continuorum judiciorum sapiens excogitatio : per quæ et libere loquitur et sic gerit justitia, et locum non invenit adversaria : per quæ et reprimi poterant orphanorum lacrymæ, gemitusque viduarum, omnisque malignæ et dolosæ machinationis nodi dissolvi, et dux exercitus imperium accipere præmium virtutis, et e turpi lucro manum præbere mundam communia et publica; et dives non sustinere bonorum publicationem, et pauper nulla affici contumelia; et agricola sulcos jucunde proscindere, non timens vectigalium exsolutionem agri, cujus fructus non percepit. Horum manus in cœlum extensæ, et rivi lacrymarum emissi ex oculis, Deum jam olim placaverant, et quam, qui eis erant subjecti, justam iram in se suis peccatis provocaverant, eam lacrymarum fluentis (O benignam et clementem mentem!) sedatam immutarunt, et lacrymas omnium represserunt, fusis misericordiæ lacrymis, et sua in eos, qui erant ejusdem generis, misericordia, e superis divinam attraxerunt misericordiam, et terræ faciem, quæ squalore et siccitate interibat, divinas miserationes coegerunt renovare.

19. Hæc sunt philosophicæ mentis facta præclara, quæ sunt germana factis Mosis et Aaronis, conferenda cum factis Eliæ et Elisæi, similia factis Davidis et Samuelis. Magnum illius virtutis indicium, quod tunc curam sustineret pontificalem, quando imperator a pueris laute nutritus justitiæ, non se dans voluptatibus, non recusans labores, quorum fructus sinceram afferunt voluptatem; sed se doctrinæ dedicans et eloquentiæ, philosophiam magis, quam alia bona, ut quæ propter ipsam conferantur, eligendam esse ducens, concionantem movebat linguam, quæ profundebat verba melle suaviora, similia verbis Salomonis, conferenda cum Davidis. Quo tempore magis apponebat mensam verborum quam ciborum, et dogmatum tanquam ex fonte aliquo fluentum copiose emittebat, et Scripturæ profunditatis citra offensionem latens sensus ab eo investigabatur, et universus bonorum chorus poterat loqui libere.

20. Cum in his esset homo Dei, et florentem doctrinam videret cum virtutibus in imperatoris anima, quæ juvenili utebatur corpore, et vestigia antiquæ felicitatis, et universum alium consequentem statum tam civilem, quam œconomicum, et quæcunque de judicio rerum habita oratio, morum tribuit disciplinæ, gaudio totus diffundebatur, et Deum laudabat, rem eam ducens occasionem gratiarum actionis, et dicens se ab imperatore lubenter superari; qui etsi mundanis obruatur sollicitudinibus, accuratius tamen res assequitur, quam ii qui in spiritualibus rebus consenuerunt, tum ingenii felicitate, tum dicendi facultate : et cum aliis ea quoque apprime sciat quæ pertinent ad animam, tanquam qui non solum corporibus, sed etiam animis imperet solertia ingenii et mentis acumine.

21. Unde etiam tanquam sui pudore affectus vir ille admirabilis, omnem sui curam despiciebat in ætate illa senili, corpus omnino negligens, et ea quibus sciebat id recreari, et quæ ad opem ferendam animæ in certaminibus virtutis, corpus minime læderent. Quamobrem in longa inedia, et vincendo dolores corporis, suscipiebat labores, qui vires corporis superabant; quod quidem est naturæ inimicum, et quod aversatur ars medicinæ. Etsi esset ejus corpus calidius temperatione, et significaret, non esse ei aptum quod deficit, ne videretur tamen

(8) Schisma a Photio invectum intelligit. Nil mirum desiderari hujus conc. Acta, a Græcis, recrudescente post longum tempus schismate, penitus erasa. Minime dubium est, in hoc concil. damnata, vel emendata, quæ in Constantinopol. pseudo-concil. post mortem S. Ignatii habito, gesta ac statuta erant.

(9) Non arbitror Latinos episc. eo evocatos, nisi si qui Constantinopol. imperat. subjecti erant. Adfuerunt tamen fortassis aliqui a pontifice legati, quandoquidem antea ab eo petiisset Leo, ut qui a Photio pseudo-patriarcha sacris initiati ordinibus erant, interque eos Stephanus frater suus, munere fungi suo possent. Qui hic occidentales dicuntur, sunt qui Europam incolebant.

Digitized by Google

esse remotus a natura hominum, quid fit? Anima nonnunquam veluti in se contracta, et ad Deum excedens, vi naturæ, veluti consulto procurans corpori relaxationem, parum remittebat laborum tenorem perpetuum. Hoc autem iis quidem, qui recte nolebant intueri, esse visum est ostentatio; iis vero, qui erant recti corde, et non tardi ad adspiciendum vetera Patrum exempla, virtus et summum virtutum, et re vera ad Deum excessus et emigratio. Talis cursus, talis vita, talia ejus recte facta. In necessitatibus tolerantia, in fortunæ casibus magnus et excelsus animus, in laboribus perpetua constantia, in ærumnis fortitudo, in laboribus pro virtute, animi alacritas, in imbecillitatibus robur, in morbis, minime omnino cedere et consumi.

## CAPUT IV.

*Sancti Antonii obitus, sepultura, miracula.*

22. Sed venit morbus ultimus, et aderat excessus, et quæ ad excessum pertinent: et humana arguebatur imbecillitas, intima penetrante febre, et depascente humorem naturalem, et dissolvente vires illas adamantinas. Ille autem benigno aspectu, omnes prosequens benedictionibus, ultimam dedit salutem: et cum lingua esset impotens, sacra manus obsignavit eas, quæ dici non poterant, benedictiones, Deusque eum vocabat ad supernum tabernaculum, et chorus Angelorum eum quærebat, qui ipsum in terra recte est imitatus: a venerandoque et sacro corpore divina separata anima vespere, cum accenduntur lucernæ, cum lampade virginitatis plena oleo sublatus fuit ad magnam lucem.

23. Nox deinde est consecuta, et fit miraculum, quod potest conferri cum iis, quæ unquam fuerunt, miraculis, quod publicabat illius germanam ad Deum fiduciam, et aperte describens magnitudinem virtutis. Nam cum consuetum signum ex alto patriarchæ decessum, circa magnum templum civitati significasset, mulier paupercula, quæ per manum beneficio afficientem sibi quotidianum parabat alimentum, cum ex vehementi lapsu crus haberet fractum, in tugurio facto ex fœno et palea jacens immobilis, audita causa ejus, quod significabatur, tristi nuntio repente voce privata, ad apoplexiam tendebat et paralysim. Cum autem parum respirasset, et ad se rediisset, flevit et ejulavit miserabiliter, et lamentari incipiens, tragice deplorabat calamitatem, appellans benefactorem, servatorem, nutrimentum esurientium, nudorum tegumentum, opes indigentium, dicens: O duram et immanem hanc noctem, in qua exstincta fuit benigna lux pauperum! O tristem noctem, quæ obscura effudit tenebras oculis pauperum! O Eva prima parens, et inobedientia, et invidia, et serpens, et mors, humanæ naturæ pœnæ inevitabiles! O simul mecum nutrita paupertas, quæ perpetuo assides, et acerbe invadis, non habes ergo amplius veneran-

A dam et sacram manum, quæ tuam a nobis expellat deformem feritatem! Secure deinceps invade, insulta jacentibus: cum corporis confractione spes quoque est confracta vitæ, periit pauperum viaticum. O quænam Erinnys meas pedum plantas mutilavit, ut nec funus quidem, quod effertur, possim consequi ejus, qui multos extraxit a sepulcro molestiarum? Cum hæc et plura alia, ut est verisimile, deflendo diceret muliercula, et acerbis perfunderetur lacrymis, molestiaque et doloribus ei vires defecissent, somno opprimitur, et dulci somnio videt accedentem patriarcham, manu signum crucis in ejus fractura effingentem, et dicentem: Jam es curata, et citra impedimentum tibi licet ingredi; et evanuisse protinus ab oculis. Somnium autem

B fuit res ipsa, et quæ fuit in somnis visio, est veritas. Nam cum a somno esset experrecta, etsi dolores ei amplius nullam afferrent molestiam, rei tam admirabili, et tam præter opinionem non poterat credere mulier, sed putabat se adhuc in somnio. Sed cum perfectius excitata sustulit dubitationem, læta exsiluit, gratias agentibus vocibus narrans miraculum, et salutem sibi datam publice celebrans.

24. Alia quoque mulier, quæ laborabat diuturna plaga occulti morbi, non secus atque illa quæ laborabat profluvio sanguinis, tactu loculi suffuratur salutem, et liberationem a longo tormento invenit brevi momento temporis. Quis Æsculapius, quis

C Chiron tale temperavit medicamentum? Quanam medendi disciplina potest inveniri hujusmodi genus curationis?

25. Sed venerandum quidem et sacrum corpus, cum multorum manus vix tandem effugisset, alios aliunde partem aliquam festinantes accipere; confluebat enim undique multitudo, omne genus, omnis ætas, utpote quod cum appropinquarent exsequiæ, imbecilli plurimi violento impetu studerent rapere aliquam partem et salutis animæ sibi aliquod auferre viaticum, robore tamen et studio eorum, quibus sapienti consilio impositum fuerat, ut hæc reprimerent, postquam mandatum est sepulcro, et natura terræ solvit debitum, et lutum datum est pulveri; ne sic quidem sivit figulus lu-

D tum inhonoratum, sed etiam conditum sepulcro, honorat miraculo.

26. Quidam enim ex iis, qui præerant texendæ lanæ sericæ imperatoris, correptus morbo lateris, cum vidisset præcisam sibi omnem spem salutis, et medicum dies numerantem, et horas observantem, et tempus curiose inquirentem, et his tempus terentem; uxorem autem et liberos eum ultimis aspergentes lacrymis, et dolorem graviorem efficientes ejulatibus; cum ergo hæc vidisset, et omni humana ope morbum potentiorem, confugit ad divinum ejus servum Antonium: et cum se unxisset oleo, quod lumen alebat in loculo, (nam cum esset fidelis, habebat modicum, quod acceperat) morbum statim fugat, et fruitur curatione, et præter omnem

Digitized by Google

spem accedit ad loculum, confitens, et beneficium clara voce prædicans.

27. Cum vero capsa pontificis octavo die post justa facta, quoniam non recte se habere videbatur, mutaretur in meliorem, novus quidam et insignis odor unguenti sacratissimi, implevit sensum eorum, qui aderant, tacite honorans eum qui jacebat, et describens eam, quæ intercedebat cum Deo, conjunctionem et familiaritatem. Nam qui hanc carunculа, in quam cadit interitus, Christum magnificaverat, et mysticus quidam bonus odor ei fuerat ostensus, ut prius describitur apostolicis eloquiis; merito etiam dignatur gratia, quæ spirat unguentum, virtutem immortalem prædicante operationem.

28. Nonus autem magnificentius præbuit miraculum, ad beneficium pauperum, qui ab ipso de more alebantur, vel potius a Deo per ipsum, qui etiam per Mosem in deserto alimentum pluit admirabile: et viduæ Sarephtanæ, adventu prophetæ, parvum multiplicavit viaticum: quinque vero panibus, quinque millia; et rursus septem, aluit quatuor millia, et certos testes, quæ satietati reliquiarum super fuerunt sportas, præbuit. Miraculum autem erat hic quoque additamentum ciborum, qui distribuuntur pauperibus. Id vero erat panis et frumentum coctum, non numero quidem indefinito, sed quantum definita mensura distributionis solebat sufficere mille animabus. Quin etiam erant omnes eædem mensuræ, quæ solebant, iidem cophini qui acceperunt, eædem manus eorum qui ministrabant. Et numerus quidem fuit consumptus eorum, qui tesseras ferebant manibus, (iis enim prius distributis, numerabatur mille hominum multitudo) remanserunt autem tres cophini, qui suffecerunt pauperibus, qui venerunt absque tesseris.

29. Cujusmodi autem fuit id miraculum, quod factum est in Leonem patricium, qui præerat militaribus numeris, dicatur a nobis. Vir ille laborabat difficultate anhelitus, quod causis, quæ affluxerunt, obstructa essent instrumenta, et anhelitus liberum non haberet meatum. Qui cum adeo graviter obsideretur, tenuemque et imbecillam vocem ederet, aderant quidem qui ad eum genere attinebant, maxime ejulantes (eos enim, qui sunt gloria insignes, mors magis exagitat); ei autem nusquam erat morbi solutio, nisi a solo divino Pastore. Accedit enim ad eum dormientem, et cum eum e lecto excitasset, rogavit, quemadmodum morbus se haberet. Qui tangens caput et membrum, quod dolebat, non Pæanicum remedium, neque medicamenta Chironis suis applicabat manibus, (nam neque aliis est ex his rebus curatio) sed cum adhibuisset preces morbo convenientes, et incomparabilem malorum nostrorum curatorem Christum invocasset, ille quidem liberatur a gravi morbo; verus autem fuit precum eventus: protinus enim convaluit, absque impedimento miraculum aperiens, et in tota domo suam salutem celebrans. Hæc sunt facta pontificis

A in ejus dormitionem. Quæ autem in oratione a me sunt prætermissa, in juvenili ejus ætate facta miracula, ea narrabo repetens.

30. Cum olim esset ætate juvenis, et Davidicam pulsaret citharam in templo Divi Theodori Martyris, quod erat situm super quoddam cœmeterium, in quod projiciebantur cadavera condemnatorum, vidit quosdam duos aspectu deformes, (solent enim plurimum tales, quales sunt, apparere) apud se iracunde dicentes: Abeamus hinc. Præsente enim adolescente, non sustinebimus hic manere. Qui quidem repente aufugientes, simul cum hoc verbo evanuerunt. Hoc ostendit potestatem, quæ prius sancto in eos data fuerat.

31. Hoc quoque secundum conscribatur, quod B præcedenti fuit æquale tempore. Mulier illustris, in equo transiens per monasterium cum mundo muliebri, prope fracta delapsa est in terram. Nam cum divinus Antonius tunc esset inter adolescentes, et improviso esset e porta egressus, contigit currum repente conturbari, quod ex alto deorsum deturbasset, nisi eam conservassent, qui cum ipsa ambulabant. Illa autem conturbata eo quod acciderat, venerandum ludificabatur habitum, ut in rebus hujusmodi solent, qui sunt pusilli et abjecti animi. Cui dixit is qui erat perfectus in juventute: Mulier, noli eum incessere maledictis; meis enim manibus venies ad hunc habitum. Hæc dixit sanctus; et cum multi anni præteriissent, ad effectum pervenit C prædictio, cum ipse quidem beatus horum esset oblitus, mulier vero ei revocasset in memoriam, et aperuisset eum esse, qui hæc tunc ei denuntiasset.

## CAPUT V.

*Sanctus Antonius cum veteribus SS. comparatus: invocatus ab Auctore.*

32. Hæc sanctorum Deus, qui omnia facit et transformat, qui dat alimentum omni carni, qui aperit manum, et implet omne animal benedictione; qui glorificat eos, qui ipsum glorificant, et est mirabilis in sanctis suis. Sed quoniam brevi calice orationis tanquam magno mari, admirabilis Antonii, et magni inter patriarchas, parvam vitam hausimus, age ex doctorum comparatione discamus D discipulum. Adam habetur in admiratione, ut principium et radix generis. Sed hic quoque fuit princeps et auctor multorum, qui non sunt nati ex conjunctione corporum, sed sunt multiplicati spiritali conjunctione: quibus non obtigerunt pœnæ paternæ damnationis; sed donorum potius hereditatem, nempe vitam æternam, non mortem, sibi conciliarunt: per quam exprimitur vera et germana paterna cognatio. Et illi quidem cessit ferarum natura; sed non eorum, qui intus erant, et cohabitabant. Hinc serpens et invidia et dolus mortem sunt fabricati. Hic autem imperio rationis cum quidquid est ferum et agreste reddidisset obediens, nullum inimico ad fraudem aptum reliquit instrumentum. Abel fuit primus operator Deo acceptorum

Digitized by Google

sacrificiorum; sed cruentorum, et partis quæ caret A rationе. Hic autem sacrificus incruenti sacrificii, cujus illa erant typus et umbra ratione sacrificans et spiritu, et quotidie seipsum immolans, a ratione alienarum animi perturbationum mortificatione, erat invidia superior et ejus fœtibus, dolo et cæde, et universa denique simili catena. Magnus fuit Seth; sed habuit nepotes ex conjunctione cognationis, quæ fratrem occiderat, qui magnitudine corporum describebant delicti magnitudinem. Hic vero illius quidem virtutem superavit; iis autem, qui ex ipso nati erant spiritaliter, nullum fere dedit aditum per bona sua præcepta et monita, ut essent vitii participes. Enoch et Noe ille quidem beatus ducitur propter translationem; hic autem, quod omne genus animantium conservarit in diluvio. B Noster vero hic quoque exemplis non inferior, est moribus superior: et translatio non habet lætitiam, quæ spe mortis interrumpatur, sed vitæ æternæ successio puram percipit voluptatem: et servat arcam, non plenam animantibus rationis expertibus; sed Ecclesiam, cujus illa sunt imagines, omni genere et ætate rationis participum refertam.

33. Cum Abraham vocationi ejus, qui ipsum vocavit e paterna domo, emigrando peregrinus effectus paruit usque ad mortem. Sed ille quidem fugiens errorem cultus dæmonum, quem fugere vel ipsa docet natura et mens, quæ dominatu deterioris non omnino perdidit vim judicandi, tenebras et mortem luce commutavit, et pietate impietatem, quæ sunt res per se expetendæ universæ naturæ, quæ est C participes rationis. Hic autem a pueris lacte pietatis enutritus, et vivens in iis, quæ erant expetenda, (nullius enim rei fugiendæ ne vestigium quidem ullum unquam admiserat) perfectiori judicio quærebat magis pium statum et magis eligendum; vita vitam, et luce lucem, et eligendis, ut semel dicam, permutans magis eligenda. Quantum vero interest inter eligenda, et ea quæ sunt magis eligenda; tantum etiam omnino interest inter eos qui eligunt. Sed Abraham quidem eos hospitio accipiens, qui transibant per Mambre, semel imprudens hospitio accepit angelos. Hic vero totius orbis terræ pauperes perpetuo excipiens, Christum hospitio per totam vitam excipiebat, qui ineffabili benignitate D ea, quæ sunt illorum, sibi attribuit: per quæ non in specie angelorum, sed in rei veritate, omnium effectricem Trinitatem in animam admittens, non habuit promissionem unius filii qui carnali præter spem erat nasciturus conjunctione; sed ut multorum potius filiorum activæ philosophiæ conjugio, in spiritu vocaretur pater, habuit promissionem, et præter spem vidit multiplicationem dignam promissione, ut qui non trecentorum vernarum irruptione, multorum regum represserit impetum; sed virili impetu tripartitæ animæ, universam everterit aciem eorum, qui invadebant, et tyrannice id, quod est cognatum, per voluptatem redigebant in captivitatem, sub ficta regni specie.

34. Cum Isaac ascendit, cœlestem patrem sequens jubentem, non in tumulum aliquem, sed in montem virtutum, onustus lignis continentiæ. Per quæ in ara cordis desiderii ad Deum ignem accendens, se hostiam præbuit acceptam. Invenio autem eum valde esse Jacob imitatum, non solum in eo quod non fictis moribus varie vitam suam instituerit, sed etiam in eo, quod recessit a patria, et in aliena regione degere statuerit: sed non propter cohabitationem mulierum, sororum, sed propter virtutum sororum desiderium, contemplationis, inquam, et actionis; ut actione particeps esset contemplationis, et quæ quidem ad unum fontem, nempe ad primum bonum, referuntur et erigunt; per quas multiplicatione insignium, non a ratione alienarum pecudum, sed ratione præditarum, evasit insignis inter patriarchas.

35. Aaron fuit primus pontifex, sed typici et umbratilis tabernaculi. Hic autem veri, et cujus illud erat figura. Cum Mose fuit Dux novi Israelis. Cum Samuele fuit sacer ab infantia, et ad senectutem usque Deo serviens. Imitatus est Davidis mansuetudinem, et, si vis, etiam fortitudinem: ut qui non adversus Goliath, hominem quemdam magnitudine corporis gloriantem, se recte gesserit; sed adversus Goliath qui percipitur intelligentia, malignum, inquam, et carnis, expertem dæmonem, cum virga continentiæ egressus est virga fidei, et præclarum erexit tropæum. Elias effugit insidias Jezabelis. Hic autem insidias impudentis peccati. Habuit cum Elisæo duplicem Spiritus gratiam, ut qui monasticis et sacerdotalibus donis esset ornatus. Et ut eos, qui intercedunt, omittamus propter multitudinem, Joannis, vitam non agens solitariam, in media civitate imitatus est philosophiam. Hic quoque quod ad se attinebat, habebat mensam absque ullo apparatu, et hic ex pilis contexta veste corpus tegebat, et veluti quadam pellicea zona, nempe perturbationum animi mortificatione, lumbos suos constringebat, et ad eum confluebat non una civitas, neque una gens, sed turbæ plurimæ populo frequentis civitatis, collectæ ex omne genus gentibus et civitatibus, tam orientales, quam occidentales; non aqua tingendæ, sed spirituali purificandæ mysterio, quod peragebatur divinis instrumentis illius manus et linguæ, et initiabat eos, qui dignabantur communione deificæ participationis.

36. Apostolorum autem sequens doctrinas et traditiones, et eis suam vitam semper componens, factis germanum confirmavit martyrium, in quod martyrum zelum haberet pro pietate, et quotidie sua moreretur conscientia; monasticorum laborum diuturna et acerba perpessione: quod martyrica virtute nulla in re est abjectius. Omnium ergo sanctorum et justorum, illorum quidem mores, horum vero cursum, aliorum autem actionem, simul vero omnium ad primum bonum, vehementissimum et constantissimum imitatus est desiderium. Quo nunc aperte fruens, protegas et defendas, o

Digitized by Google

divinum et sacrum caput, sacrum gregem, et tuis precibus corrobora sceptra pietatis, et manum præbeas piæ potentiæ, mundi curas cum eo participans : et intercedas apud Deum assistens sine intermissione pro eo, quod orasti, cum esses cum ipso, et ejus vitæ interesses : et mundanam ei conserves navem in tuto portu divinæ tranquillitatis, omnes sedans turbines et tempestates improborum, et obruens insultus inimicorum, tam eorum, qui sub oculos cadunt, quam qui non cadunt, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et potentia nunc et semper, et in sæcula sæculorum, Amen.

# ANDREAS

## CÆSAREÆ CAPPADOCIÆ ARCHIEPISCOPUS.

## NOTITIA

(Cas. Oudin, *De script. eccles.*, tom. II, p. 93 )

Andreas Cæsareæ Cappadocum archiepiscopus, de quo eximie Guillelmus Cavus in *Historia scriptorum ecclesiasticorum*, ad annum 500. pag. 379, his verbis : « Andreas Cæsareæ Cappadocum archiepiscopus, vixisse videtur circa exitum seculi VI ac floruisse anno 500. Incerta enim prorsus illius ætas, nec ulla ejus apud veteres mentio. Id tantum certum, cum post Basilium ac Cyrillum Alexandrinum et ante Arethams Cæsariensem scripsisse. Scripsit ad Macarium quemdam *Commentarios in Apocalypsim*, quos Latine vertit Theodorus Peltanus, Soc. Jesu. Exstant Græco-Latine ad finem Commentariorum sancti Chrysostomi *in Evangelium Joannis*, in editione Morelliana tomo VIII. » Ita Cavus fere verbotenus ex Bellarmino, quem etiam non nominatum expressit; quam mihi culpam tam sæpe Cavus, alios etiam sæpe exscribens, exprobrat. Unum tamen Bellarminus addit, quod Cavus suppressit, nempe quia cum non legisset Commentarios istos Andreæ Cæsariensis nomine inscriptos, errare post Bellarminum timuit. Addit ergo Bellarminus, Andream in Commentario *Basilium Cæsariensem sæpe citare*. Quod certe falsum est, quem ne semel quidem in *Commentario* suo Andreas allegavit, licet plurimorum Patrum aliorum et verba et nomen in opere suo expresserit. Porro mss. codices hujus Commentarii, maxime in bibliothecis variant, ut habet Lambecius libro IV seu tomo Commentariorum bibliothecæ Cæsareæ Vindobonensis, ad codices mss. theologicos Græcos 172, 173 et 174, pag. 180, his verbis :

« Codex ms. Theologicus Græcus 172, est chartaceus, mediocriter antiquus, in folio, constatque foliis 120, et ad Andream Taumarum Epidauriotam olim pertinuit. Continetur eo, *Andreæ Cæsariensis in Cappadocia, archiepiscopi Commentarius in Apocalypsim sancti Joannis apostoli et evangelistæ*, cujus præfatio inscribitur atque incipit hoc modo : Ἀνδρέου ἀρχιεπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας ἐπιστολή. Κυρίῳ μου ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ. Πολλάκις αἰτηθεὶς παρὰ πολλῶν ἐξ ἀγάπης, μείζονα τῆς ἐμῆς δυνάμεως ὡς ἐσχηκότων ὑπόληψιν, etc. Ipse autem Commentarius incipit his verbis : Ἀποκάλυψις μὲν ἐστιν ἡ τῶν κρυπτῶν μυστηρίων δήλωσις, καταυγαζομένου τοῦ ἡγεμονικοῦ εἴτε διὰ θείων ὀνειράτων, εἴτε, etc. Primus hunc Commentarium, sed Latine tantum edidit Theodorus Peltanus Soc. Jesu, Ingolstadii, typis Davidis Sartorii 1584, in-4. Eodem quoque modo exstat idem Commentarius in Magna Bibliotheca veterum Patrum Græco-Latina Parisiensi, anni 1654, tomo I, a columna 1529 usque ad col. 1622.

172, Codex ms. Theologicus Græcus, est chartaceus, mediocriter antiquus, in quarto, constatque foliis 151. Continetur eo, *Andreæ Cæsariensis in Cappadocia archiepiscopi Commentarius in Apocalypsim sancti Joannis apostoli et evangelistæ*, sed perperam attribuitur Origeni, ut videre est ex titulo Præfationis, qui ibi talis est : Εἰς τὴν τοῦ ἁγίου ἀποστόλου καὶ εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου Ἀποκάλυψιν ἐξήγησις Ὠριγένους, θαυμαστῶς τὴν ἀσάφειαν ταύτης εἰς φῶς παράγουσα. Ipsa quoque Præfatio ibidem in principio est mutila, et quasi integra esset, incipit hoc modo : Προοίμιον. Πρῶτον μὲν οὖν ὡς οἶσθα καὶ αὐτὸς, πᾶσα θεόπνευστος Γραφὴ, etc. *In sancti apostoli atque evangelistæ Joannis Theologi Apocalypsim, Commentarius Origenis, mirabili modo obscuritatem illius ad lucem adducens.*

« Codex ms. 174 theologicus Græcus, est chartaceus et bonæ notæ, in 4, constatque foliis 83, qui ad Joannem Sambucum, ut ipse solita propriæ manus inscriptione testatur, olim pertinuit. Continetur eo. *Andreæ Cæsariensis in Cappadocia archiepiscopi Commentarius in Apocalypsim sancti Joannis apostoli et*

Digitized by Google

*evangelistæ*, sed perperam ibi attribuitur Methodio monacho, ut ex sequenti inscriptione videre est : Ἀποκάλυψις τοῦ ἁγίου ἀποστόλου καὶ εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου, τοῦ ἠγαπημένου καὶ θεολόγου, ὑπὸ Μεθοδίου μοναχοῦ ἑρμηνευθεῖσα. *Apocalypsis sancti apostoli et evangelistæ Joannis, dilecti et theologi, a Methodio monacho interpretata.* Similiter etiam ibidem, in fine ejusdem Commentarii legitur : Τέλος τῆς Ἐξηγήσεως Μεθοδίου μοναχοῦ εἰς τὴν Ἀποκάλυψιν Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου. *Finis Expositionis Methodii monachi in Apocalypsim Joannis Theologi.* Quibus constat auctorem hujus Commentarii esse maxime incertum; cum nunc Andreæ Cæsareæ in Cappadocia archiepiscopo, nunc Origeni auctori antiquissimo, nunc Methodio monacho, in mss. codicibus ascribatur, ad quem pertinere creditur.

« Denique codex ms. theologicus Græcus 248 num. 24, et quidem a fol. 124, pag. 1, usque ad folium 175, pag. 2, idem continet absque nomine auctoris, ut habet Lambecius tomo V Commentariorum hujus bibliothecæ, pag. 141. » Præter istud exstabat olim in patriarchio Constantinopolitano, vel etiamnum exstat ms. *D. Andreæ Cæsareæ Cappadociæ metropolitæ Explicatio in visiones Danielis prophetæ*, ut habet Antonius Possevinus ad calcem *Apparatus sacri*, p. m, 45.

Exstat quoque in bibliotheca Bodleiana in mss. Baroccianis codice 212, num. 4, *Andreæ Cæsariensis episcopi Commentarius in Apocalypsim* Græce fol. 108 : Πολλάκις αἰτηθεὶς ὑπό, etc. Itemque in bibliotheca nostra Lugduno-Batava, inter mss. codices Græcos Isaaci Vossii, ab ejus hæredibus emptos, codice 26, n. 3, *Andreæ Cæsareæ archiepiscopi Commentarius in Apocalypsim.*

Bernardus de Montfaucon, monachus Benedictinus congregationis Sancti Mauri in Gallia, in *Diario Italico*, anno 1702, Parisiis in 4, apud Joannem Anisson impresso, cap. 15, splendide admodum loquitur de bibliotheca monachorum Sancti Basilii Romæ, quam Petrus Mennitius, ordinis præfectus, ingenti Græcorum mss. copia codicum adornavit, quos in variis sibi subjectis Calabriæ monasteriis, neglectos intactosque jacere audiverat. Hos inter libros, pagina 216, enumerat hujus operis duos codices Græcos mss. in hac bibliotheca exstantes, his verbis : « Codex bombycinus XIV sæculi : Ἀνδρέου τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Καισαρείας τῆς Καππαδοκίας, τῆς πρὸς τὸ Ἀργέω, εἰς τὴν Ἀποκάλυψιν ἑρμηνεία. Initium : Πολλάκις αἰτηθεὶς ὑπό, etc. Hoc est, *Andreæ sanctissimi archiepiscopi Cæsareæ Cappadociæ, ad montem Argæum, interpretatio in Apocalypsim*, etc. Opus excusum cum sanctissimi Joannis Chrysostomi operibus, et Andreæ Cretensi vulgo adjudicatur. Item pag. 221, de codice altero et antiquiore, *Andreæ Cretensis in Apocalypsim* in codice bombycino, ubi, deletis iis quæ prius scripta fuerant, erantque XI sæculi, hoc Andreæ opus descriptum fuit. Andreæ Cæsareæ in Cappadocia episcopo, idem opus superius ascribitur. » Hæc Bernardus de Montfaucon loco citato.

Diffusius ista retuli, ut maximam partem Græcorum mss. codicum in Europæ bibliothecis exstantium, Andreæ Cæsareæ Cappadocum archiepiscopo faventem esse lector audiat : quorum unus tantum Origenis, duo Methodii monachi, unus Andreæ Cretensis, quinque autem Andreæ Cæsariensis archiepiscopi nomen præ se ferant. Majus autem adhuc argumentum ad Commentationem huic Andreæ attribuendam desumeretur ex Commentario Arethæ, Cæsareæ Cappadocum archiepiscopi, in Apocalypsim, Græce et Latine Parisiis anno 1631 ad calcem Operum Œcumenii impresso, pag. 640, sub hoc lemmate : Ἐκ τῶν Ἀνδρέα τῷ μακαριωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ Καισαρείας Καππαδοκίας εἰς τὴν Ἀποκάλυψιν πεπονημένων θεαρέστως σύνοψις σχολικὴ παρατεθεῖσα ὑπὸ Ἀρέθα ἀναξίου ἐπισκόπου τῆς Καισαρείας Καππαδοκίας. *Brevis quædam Explicatio ex Commentariis beatissimi Andreæ Cæsareæ Cappadociæ archiepiscopi divinitus elaboratis, exposita ab Aretha indigno Cæsareæ Cappadociæ episcopo.* Cum autem hic scriptor vix ante sæculi IX medium scripsisse hunc Commentarium credatur, Arethas Ecclesiæ ejusdem archiepiscopus et Andreæ successor, qui anno 914 certo præfuisse legitur, testis idoneus et omni exceptione major est, ad commentationem hanc Andreæ prædecessori asserendam, cujus ab ætate annis 60 vel circiter recentior fuisse habetur.

Jam ad editiones hujus operis, quæ omnes sub Andreæ Cæsareæ Cappadocum archiepiscopi nomine exstant, veniamus. Primam omnium ex mss. codicibus Bavarico et Augustano, edidit Latine tantum Theodorus Peltanus Soc. Jesu, anno 1584, Ingolstadii, in 4. Alteram Græce et Latine cum mss. codicibus collatam, notisque illustratam Fridericus Silburgius Heidelbergæ anno 1596, in folio, quæ cum Operibus sancti Joannis Chrysostomi Græco-Latinis editionis Commelinæ adjungi solet, atque etiam habetur tomo VIII Morellianæ editionis Græco-Latinæ Parisiensis in folio. Editio autem Peltani Latina transiit in *Bibliothecam Veterum Patrum* omnium fere editionum, anni 1589, Parisiis tomo I, col. 1262; 1609, Parisiis tomo I, col. 1049; 1624, Parisiis tomo I, col. 1529; 1654, Parisiis in Magna Bibliotheca Veterum Patrum tomo I, col. 1529 usque ad col. 1622. Sic autem in Præfatione Latinæ suæ versionis anno 1584, Ingolstadii in 4, editæ Theodorus Peltanus :

« Quis Commentarii hujus auctor exstiterit, candide Lector, satis opinor, ex titulo toti operi præfixo aperte constat. Quo tempore autem vixerit aut Cæsariensi Ecclesiæ præfuerit, id certo nondum comperi. Basilio Magno ejusdem sedis antistite posteriorem fuisse, extra controversiam est, ut qui non semel in hoc Commentario nominetur. Cæterum ad libri hujus interpretationem, præter utilitatem quam inde in Ecclesiam redire posse sperabam, duo præcipue me impulerunt : operis brevitas seu verius ejusdem mediocritas, et codicum Græcorum præterea non levis commoditas. Nam præter præsidia quæ ad eam rem suppeditavit amplissima illa principis Bavariæ bibliotheca, singulari favore et benevolentia



Digitized by Google

nobilis et senatorii ordinis viri, domini Quirini Rellingeri : aliud pervetustum exemplar ex reipublicæ Augustanæ bibliotheca impetravi, quod sane plurimum mihi contulit. Quamvis enim quæ ducalis bibliotheca suppeditaverat, ad id quod institueram, satis esse potuerint, Augustanus tamen codex multis locis perquam opportunus mihi fuit. Habebat autem is non Andreæ Cæsariensis, sed *Methodii* titulum. Verum id minus recte, siquidem Commentarii hujus architectus, cum in ipsa præfatione, tum alibi persæpe Methodium nominat. Nihilominus tamen qui Græcorum librorum indicem confecit, culpa omnino caret. Nam cum primæ pagellæ desiderarentur, nulliusque certi auctoris nomen illud volumen præfixum haberet, probabili ductus ratione, Methodio quem in Joannis Apocalypsim scripsisse audierat, opus illud attribuit. »

Hæc Peltanus, primus hujus operis editor, qui in multis peccat, cujus errores duos animadverti. *Primum*, dum ait hunc auctorem *Basilio Magno ejusdem sedis antistite posteriorem fuisse, extra controversiam est, ut qui non semel in hoc Commentario nominetur.* Hoc enim verum non est, et quomodo a Theodoro Peltano dici potuerit, non video : quippe cum nullam prorsus Basilii Cæsariensis archiepiscopi vel alterius ejusdem nominis, mentionem vel citationem faciat, ut mihi accurate legenti constitit. Imo si conjecturis indulgendum esset, cum tam multorum scriptorum antiquiorum frequentem mentionem faciat, altumque de Basilio Cæsariensi silentium observet : inde argumento contrario nec improbabili conjicere liceret, auctorem illius fuisse Andream istum Cæsariensem archiepiscopum, qui dubio procul, locum aliquem Basilio Magno ejusdem sedis antistiti cum aliis scriptoribus dedisset, unde suum Commentarium hausit, nec ab eo citando et allegando prorsus temperasset. *Secundus* error est, dum cap. 63, post allegatum Irenæum, citat Methodium patriarcham Constantinopolitanum his verbis ; *Et magnus patriarcha Methodius in sermone* de Resurrectione, *de his ita scribit*, etc. Hac enim citatio e haberemus aperte, scriptorem hunc non esse antiquiorem ultimis sæculi IX temporibus. Nam licet ad Methodium Olympi episcopum spectet liber *de Resurrectione* quem profert, cum tamen illum indoctus et incautus iste scriptor sub nomine *Magni patriarchæ Methodii* proferat, diserte hac hallucinatione ætatem suam prodit, seque vixisse post tempora *Methodii patriarchæ Constantinopolitani*, quem cum Methodio Olympi Lyciæ seu Patarensi episcopo confudit. Methodius autem, patriarcha Constantinopolitanus anno 842 factus a Michaele III Porphyrogenito, anno 847 die 14 Junii obiit, ut habent Acta Joannis Anachoretæ apud Simeonem Metaphrastem. Floruisset ergo juxta hanc Peltani versionem, hic Andreas Cæsariensis archiepiscopus sive anonymus, post medium sæculi noni, annis circiter 50 Methodio patriarcha citato junior. Ita certe juxta Latinam hujus loci versionem in *Bibliotheca Veterum Patrum* editionis 1589, Parisiis tomo I, col. 1262, capite 63, col. 1369, et in aliis editionibus omnibus, usque ad Maximam Lugdunensem anni 1672. Sed Græca editio hujus operis inter Opera D. Chrysostomi sic habet : Ὁ δὲ μέγας Μεθόδιος ἐν τῷ *Περὶ ἀναστάσεως* λόγῳ αὐτοῦ ἐξέθετο οὕτως· editionis Commelinæ anni 1596, Heidelbergæ in fol., serm. 22, sectione 63, pag. 96.

Jam ad ætatem qua vixisse et scripsisse hic auctor creditur, accedamus. Joannes Jacobus Frisius in *Bibliotheca universali* Andream Cæsareæ episcopum anno 579, et Aretham ejusdem sedis antistitem anno 587 assignat ; quem secutus est Christophorus Helvicus in *Theatro historico*, pag. 106, editionis Marpurgi Cattorum 1638, in folio. Ita ut ambos sibi synchronos constituat. Guillelmus Caveus in *Historia rei litterariæ seu de scriptoribus Ecclesiasticis*, Andream anno 500, pag. 379, Aretham anno 540 alligat, Bellarminum hac in parte cæcutientem amplexus. Jacobus Perizonius in erudita Dissertatione adversus Gronovium collegam *de morte Judæ et voce* τοῦ ἀπάγχεσθαι, cap. 4, pag. 40, de his duobus ita loquitur. « At Arethas iste contraxit Andreæ Cæsariensis Commentarios in epitomen, atque ideo locutiones si non plane omnes, ut pleræque sunt illius Andreæ, qui seculo IV, successit Basilio Magno in Cæsariensem Cappadociæ episcopatum. Sed et Arethas ipse refertur ad sæculum VI, atque ita longe antiquior est jurisconsultis qui *Basilica* confecerunt, et quorum tamen auctoritate ad probandam verbi ἀπάγχεσθαι significationem, utitur vir clarissimus Henricus Stephanus, p. 68. » Hæc incaute vir doctus scripsit, cujus verbis paucis tres errores insunt. *Primus* dum Andream Cæsareæ Cappadocum archiepiscopum sæculo IV assignat, qui medio sæculi IX anterior non est. *Secundus* dum Andream eumdem successisse inquit Basilio Magno Cæsareæ Cappadocum archiepiscopo, qui anno 369 episcopus factus, anno 378 sub Gratiano et Valentiniano mortuus est Kalendis Januarii, juxta Baronium in *Annalibus ecclesiasticis*. *Tertius* dum Aretham sæculo VI refert, quem postea sæculo X ad annum 914 et 920 claruisse probabimus.

Jam igitur, ut ætatis epocham aggrediamur, post attentam Commentarii hujus, ut aliquid ab eo expiscaremur, iteratamque lectionem : dico hunc Andream Cæsariensem archiepiscopum, hujus expositionis collectorem, sub sæculi tantum IX medium scripsisse, atque adeo et Bellarminum et scriptorem ejus Caveum, annis errasse CCCL vel circiter, in ætate istius assignanda, longe turpius quam ego in ætate Simeonis Metaphrastis assignata. His argumentis ductus ita sentio. 1. Auctor hujus commentarii in Apocalypsim, ex aliis transcribit atque transcribere se profitetur, quod sæculis Ecclesiæ quinque et sex primis inauditum fuit, sæculique noni proprium, ut eruditi omnes norunt. Ergo hic auctor spectat tantum ad sæculum Ecclesiæ IX. Id probamus ex ipsis hujus Commentarii verbis, ut profitetur expresse auctor in Prologo. *Constat namque beatos illos viros Patresque nostros, Gregorium Theologum, Cyrillum Alexandrinum, multoque hisce vetustiores Papiam, Irenæum, Methodium et Hippolytum, divinum fideque dignum*

Digitized by Google

*esse e quorum monumentis occasione accepta, nos ad hoc consilium venimus : sicuti multas quoque sententias ex eorumdem scriptis mutuavimus, hisque nostris Commentariis inseruimus.* Et cap. 1 : *Atque hæc hactenus, quatenus constat nostram Expositionem, sanctorum Patrum vocibus atque sententiis neutiquam adversari.* Cap. 17 : *Qui vero receptiorem doctorum Ecclesiæ sententiam secuti, hæc tanquam futurorum prædictionem accipere malunt*, etc. Cap. 23 : *Cæterum per montem magnum diabolum designatum arbitramur, id quod quibusdam quoque doctoribus visum est.* Capite 30 : *Per hos testes, plerique doctorem acceperunt Enoch et Eliam, qui sub sæculi finem accepturi sunt a Deo*, etc. Qui ergo sic loquitur, non sæculi v sed IX ut-plurimum omnibus emunctæ naris videbitur. Præterea perpetuus est in citatione et appellatione veterum. Cap. 1 citat Epiphanium, et eodem capite Gregorium Theologum semel et iterum. Capitibus item 2 et 3 et 9 eumdem, quasi in Apocalypsim Commentarium scripserit. Capite 3 Epiphanium et Irenæum ; cap. 13 Methodium ; cap. 16 Eusebium Cæsariensem lib. IX *Historiæ Ecclesiasticæ* cap. 8 ; cap. 18 Irenæum ; cap. 33 Methodium ; cap. 34 S. Antonium in *Vitis Patrum* ; cap. 36 Methodium et Hippolytum, cap. 38 Hippolytum ; cap. 44 in fine Dionysium Areopagitam ; cap. 47 Vitas Patrum, quoad angelos custodes. Cap. 49 ambigere videtur an pœna dæmonum ac damnatorum æterna futura sit, licet nihil definiat. Cap. 53 Hippolytum et Irenæum citat ; cap. 63 Irenæum et magnum Methodium ; capite 66 Epiphanium. Qui igitur hos omnes Patres ut fidei suæ regulam profert, ab illorum temporibus se multis annorum centuriis esse remotum indicat, ac proinde hominem esse Græciæ mediæ vel inferioris. 2. Attribuit hic auctor *Commentarium in Apocalypsim* S. Gregorio Nazianzeno, idque non uno in loco, capitibus nimirum 1, 2, 3 et 9. Cum ergo hujus Commentarii nullus veterum meminerit, non Hieronymus, ipsius Gregorii Nazianzeni discipulus, qui ejus Opera exacte recenset in libro *de scriptoribus ecclesiasticis*, cap. 127 ; non Suidas, qui ea exactissime prosecutus est in Lexico, verbo Γρηγόριος ; non Photius in *Bibliotheca* : inde conjicimus auctorem hunc esse recentioris Græciæ, scribentem post *Commentarium in Apocalypsim* S. Gregorio Nazianzeno suppositum : qui mos Græcorum recentiorum fuit. 3. Allegat hic idem auctor cap. 44 Dionysium Areopagitam his verbis : *Quod angeli phialas ira divina plenas, ex quatuor animalibus, quorum apud prophetam Ezechielem quoque fit mentio, accipiant : hoc secundum magnum Dionysium significat agibilium notitiam a primis, ordine quodam ad alios et alios dimanare*, etc. Ubi supponit opera divi Dionysii Areopagitæ, quem *magnum Dionysium* vocat, omnibus esse nota. Atqui nihil unquam auditum de operibus istis, ante collationem quamdam Constantinopolitanam anno 533 inter Catholicos et Severianos, allegantibus hæreticis, Catholicis rejicientibus. Auctor ergo qui hoc scribit, nec floruisse sæculo v, nec ad illud spectare potest, quo ignota omnino erant opera S. Dionysii Areopagitæ, quæ tunc a Severianis conficta fuisse Catholici credebant. 4. Hæc scribendi ratio ex laciniis veterum Patrum simul junctis sæculo IX primum incepit, in eo invaluit, et usque ad sæculi hujus finem continuavit. Juxta enim Trithemium, Walafridus Strabus anno 830, *Glossam ordinariam* in Scripturam sacram ex fragmentis sanctorum Patrum, totam collectam scripsit, a seipso nihil proferens, qui, abbas Fuldensis anno 842 factus, anno 849 mortuus scribitur. Jonas quoque, episcopus Aurelianensis anno 821 factus, circa annum 830 libros tres *De institutione laicorum* composuit, ex sententiis veterum Patrum integre collectos, quos ex mss. codicibus Lucas Acherius Parisiis anno 1665 in 4 tomo I *Spicilegii* edendos sategit. Post annum 850 Photius ille magnus, adhuc laicus exsistens et officiis imperii publicis ab imperatore occupatus, Μυριόβιβλον seu *Bibliothecam* ex scriptis CCLXXX veterum opusculis collegit, in qua omnia fere verbotenus ex aliis accepta, si censuras paucas præmissas operibus, quæ simul comportavit, excipias. Circa annum 870 Anastasius, Romanæ Ecclesiæ bibliothecarius, scripsit *Historiam Ecclesiasticam* seu *Chronographiam Tripartitam*, ex Georgii Syncelli, Theophanis confessoris et Nicephori patriarchæ Constantinopolitani Chronicis, ab ipso e Græca lingua in Latinam translatis, maximam partem desumptam : quod ipse in Præfatione ingenue fateri non erubescit. Jure igitur merito cum Andreas Cæsareæ Cappadocum archiepiscopus, eadem methodo Commentarium suum in Apocalypsim scripserit, anno 840 vel circiter assignandus videtur. Hæc ad confutationem Guilielmi Cavei diffusius a nobis scripta sunt.

Alia quoque Commentaria Andreæ attribuuntur a Caveo ad annum 500, quo eum assignat, tomo II seu parte II *Historiæ litterariæ* præter *Commentarium in Apocalypsim* præfatum ; nempe *Therapeuticam spiritualem* scripsisse asserit, ex cujus libro secundo fragmenta quædam habentur in *Eclogis asceticis Joannis patriarchæ Antiocheni*, folio 38, pag. 2, ab his verbis : Ποῦ αἱ ψυχαὶ μετὰ τὴν ἐκδημίαν τοῦ σώματος ἀπέρχονται, de quibus vide Lambecium libro V Commentariorum, codice ms. theologico Græco 251, num. 1, pag. 105. Atque eædem illæ habentur in *Nova Bibliotheca mss. codicum Græcorum Latinorum atque Gallicorum*, seu *Specimine antiquarum lectionum Græcarum, Latinarum et Gallicarum*, ex mss. codicibus Regiæ Galliarum Bibliothecæ potissimum collecta, et edita a Philippo Labbeo Soc. Jesu, Parisiis anno 1653, in 4, apud Joannem Henault. Illic parte II, pag. 82, *Andreæ archiepiscopi Cæsareæ quæstiones ex libro Therapeuticon, quo abeant animæ post mortem corporis*, in Regio codice ms. Græco 930, quem oscitanter Andreæ Cretensium archiepiscopo assignasse me recordor.

At Petrus Lambecius libro III Commentariorum bibliothecæ Cæsareæ Vindobonensis pag. 40 Commentaria duo alia ipsi attribuit codice ms. theologico Græco 26 his verbis : « Vicesimus sextus codex manuscriptus Theologicus Græcus est chartaceus, antiquus, in folio, constatque foliis 329 et ab Augerio Busbechio, ut ipse solita propriæ manus subscriptione testatur, Constantinopoli olim comparatus fuit.

Digitized by Google

Continentur eo *primo* et quidem a fol. 1 usque ad fol. 71, *Proverbia Salomonis* cum amplissima catena sive commentario ex variorum sanctorum Patrum, aliorumque veterum scriptorum ecclesiasticorum operibus collecto, cujus principium : Αἱ παροιμίαι περιέχουσιν παίδευσιν ἠθῶν καὶ παθῶν ἐπανόρθωσιν, etc. *Secundo*, et quidem a fol. 72 usque ad fol. 329, *Isaias propheta* cum amplissima *catena* sive commentario ex variorum sanctorum Patrum aliorumque veterum scriptorum ecclesiasticorum operibus collecto, cujus principium : Τοῦ ἁγιωτάτου Κυρίλλου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας εἰς τὸν Ἡσαΐαν προοίμιον. Ἀσυμφανὴς μὲν τῶν ἁγίων προφητῶν λόγος, etc.

« Collector utriusque hujus catenæ, nempe tam *in Proverbia Salomonis*, quam *in Esaiam*, fuit quidam Andreas presbyter, uti videre est folio 329 sive ultimo : quippe ubi scriba qui totum hunc codicem sua manu exaravit, lectores rogat orare Deum, ut in tremendo ultimi judicii die misereatur non solum sui, verum etiam Ἀνδρέου ἐλέει Θεοῦ πρεσβυτέρου, τοῦ συναγαγόντος καὶ παραθεμένου τὰς ἐμφερομένας τῇ βίβλῳ ταύτῃ παραγραφάς. Tempus autem quo idem codex exaratus est, indicatur folii 73 pagina secunda, per fragmentum *canonis Paschalis* ab anno mundi secundum communem Ecclesiæ Constantinopolitanæ supputationem 6744, hoc est anno æræ Christianæ 1236, usque ad annum mundi 6749, sive annum Christi 1241. »

De hoc Commentario et illius auctore agunt in *Apparatu sacro* Antonius Possevinus tomo 1, verbo *Andreas Cæsareæ in Cappadocia episcopus*. Et ad calcem *Apparatus sacri* in catalogo mss. codicum Bibliothecæ Bavaricæ, cod. 43, ubi *Andreæ* nomine inscribitur. Et in catalogo Augustanæ bibliothecæ, codice 72, ubi sub *Methodii monachi* nomine, juxta ipsum Peltanum editorem, legitur ; Bellarminus in libro *de scriptoribus ecclesiasticis*, ad annum 500, cujus sententiam secutus est Caveus ad eumdem annum pag. 379.

---

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΟΝΤΟΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

# ΑΝΔΡΕΟΥ

## ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ ΚΑΠΠΑΔΟΚΙΑΣ

ΕΡΜΗΝΕΙΑ

## ΕΙΣ ΤΗΝ ΑΠΟΚΑΛΥΨΙΝ

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ ΚΑΙ ΕΥΑΓΓΕΛΙΣΤΟΥ ΙΩΑΝΝΟΥ ΘΕΟΛΟΓΟΥ.

—

# S. P. N. ANDREÆ

## ARCHIEPISCOPI CÆSAREÆ CAPPADOCIÆ

IN

DIVI JOANNIS APOSTOLI ET EVANGELISTÆ

## APOCALYPSIN

**COMMENTARIUS.**

Theodoro Peltano interprete. — Opus Græce primum in lucem prolatum ex illustri bibliotheca Palatina. Fredericus Sylburgius archetypum Palatinum cum Augustano et Bavarico mss. contulit, notis et indicibus illustravit. — E typographeo Hieronymi Commelini. MDXCVI.

—

MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS CLARISSIMISQUE VIRIS,
SERENISSIMI PRINCIPIS PALATINI ELECTORIS SENATORIBUS INTIMIS
PATRONIS S. O. M.

Cum B. Chrysostomi opera Græco-Latina typis mandare apud me statuissem, amplissimi, nobilissimi clarissimique viri, a commentario in Paulinas epistolas initium faciendum existimavi, interea dum ea

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

quæ in evangelistas et Actus apostolorum, quæ supersunt, describerentur, conferrentur. Cæterum cum animadverterem, Chrysostomi ad Joannis Theologi Apocalypsin nihil exstare, commodumque in serenissimi principis nostri bibliotheca Andreæ Cæsariensis episcopi ad illam ipsam commentarius Græcus, qui hactenus in bibliothecis conclusus delituerat, sese obtulisset, ab instituto nostro minime alienum sum arbitratus, si illum Chrysostomo comitem adjungerem, in eo Giberti Veronensis episcopi exemplum secutus, qui OEcumenio olim, Aretæ (qui nostro Andrea ætate inferior est) collectanea in Apocalypsin appendenda curavit. Nactus itaque alterum Andreæ Cæsariensis exemplum ms., id negotii Friderico Sylburgio, doctrinæ et diligentiæ eximiæ viro, dedi, ut archetypum utrumque compararet, verborum discrepantiam observaret, notisque et indicibus illustraret. Ad postremum sacri hujus operis ubi pervenit, a Deo O. M. appellatus, vi morbi manum statim de tabula, mihique cursu, quod aiunt, lampada tradidit. Postremo itaque viri hujus mihi amicissimi posthumo fetui, opera nostra in auras producto, tutores quærendi cum essent, vos nominare visum fuit, quos si vixisset ipse parens L. M. Q. nominaturus fuisset : quippe quem vestrum alii συμμαθητὴν habuerunt modestissimum, alii præceptore fideli usi sunt : reliqui vero, qui ipsum prius minus noverant, ubi eum cognoverunt, propter raram eruditionem et indefessum erga remp. litterariam studium amarunt, et jam ipsius memoriam laudibus prosequuntur. Quod superest, viri nobilissimi, ac patroni, vos vehementer etiam atque etiam rogo, ut hoc meum consilium, et προσφωνήσεως officium in bonam partem accipiatis, laboribusque nostris, quod facitis, favere pergatis. Valete.

---

## De Apocalypsi Joannis Hieronymi testimonium in epistola ad Paulinum.

Apocalypsis Joannis tot habet sacramenta, quot verba. Parum dixi pro merito voluminis; laus omnis inferior est : in verbis singulis multiplices latent intelligentiæ.

---

## De horum commentariorum auctore Theodorus Peltanus interpres in epistola dedicatoria.

Cum hic Apocalypseos liber tot abditis mysteriis sit gravidus, totque implicatus tenebris et difficultatibus, utiliter meo judicio operam collocant, qui, veterum theologorum vestigiis insistentes, explicationi illius viriliter incumbunt; tantisque illis obscuritatibus et tenebris lucem aliquam afferre contendunt, et quæ vel ipsi apud se non absque labore meditati sunt, vel apud alios orthodoxos et eruditos interpretes studiose observarunt, liberaliter in medium conferunt. Inter hos autem vel primum, vel primo certe proximum locum promeretur Andreas Cæsareæ Cappadociæ archiepiscopus. Nam etsi ante ipsum Justinus martyr et philosophus, et Irenæus Lugdunensis episcopus, et alii præterea nonnulli Apocalypsin exposuerint, nullus tamen uno hoc Patre aut copiosius, aut eruditius, aut luculentius hoc præstitit. Quamobrem haud indignus nobis visus est, qui in linguam Latinam converteretur, et ad communem Ecclesiæ usum in lucem ederetur. Quamvis enim homo Græcus et Cappadox, et quod ad hæc loca attinet, hospes quoque et peregrinus sit, nihil tamen aut erroneum, aut barbarum, aut circulatorium sonat : quin miram potius pietatem ubique spirat, magnamque in singulis propemodum pagellis eruditionem, et singularem insuper ab omnibus hæresibus et hæreticis animi alienationem ostendit, maxime vero ab Origenistis et Chiliastis, qui Ecclesiam Catholicam per id tempus præ cæteris infestabant. Fuit itaque commentarii hujus auctor non modo insignis episcopus pastorque apprime vigilans et fidus, ut testantur quotquot vitam illius vel obiter attingunt, verum egregie quoque pius magnaque divinarum humanarumque litterarum eruditione ornatus, et acer denique hæresum et sectarum omnium hostis.

---

## Idem Peltanus in epistola ad Lectorem.

Quis commentarii hujus auctor exstiterit, candide Lector, satis, opinor, ex titulo toti operi præfixo aperte constat. Quo tempore autem is vixerit, aut Cæsariensi Ecclesiæ præfuerit, id certo nondum comperi. Basilio Magno ejusdem sedis antistite posteriorem fuisse extra controversiam est, ut qui non semel in hoc commentario nominetur. Cæterum ad libri hujus interpretationem, præter utilitatem quam inde ad Ecclesiam redire posse sperabam, duo præcipue me impulerunt : operis brevitas, seu verius ejusdem mediocritas, et codicum præterea Græcorum non vulgaris commoditas. Nam præter præsidia, quæ ad eam rem subministravit amplissima illa principis Bavariæ bibliotheca, singulari favore et benevolentia nobilis et senatorii ordinis viri, domini Quirini Rellingeri, aliud pervetustum exemplar ex reipub. Augustanæ bibliotheca impetravi : quod sane plurimum mihi contulit. Quamvis enim quæ ducalis bibliotheca suppeditaverat, ad id, quod institueram, sat esse potuerint, attamen Augustanus codex multis locis perquam opportunus mihi fuit. Habebat autem is non Andreæ Cæsariensis, sed Methodii titulum : verum id minus recte, si quidem commentarii hujus architectus, cum in ipsa præfatione, tum alibi persæpe Methodium nominat : nihilominus tamen qui Græcorum librorum indicem confecit, culpa omnino caret.

Digitized by Google

*Ἐγὼ Ἰωάννης ὁ ἀδελφὸς ὑμῶν καὶ συγκοινωνὸς ἐν τῇ θλίψει καὶ [ἐν τῇ] βασιλείᾳ καὶ ὑπομονῇ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐγενόμην ἐν τῇ νήσῳ τῇ καλουμένῃ Πάτμῳ, διὰ τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ καὶ [διὰ] τὴν μαρτυρίαν Ἰησοῦ [Χριστοῦ].*

Ἐγὼ δὲ, ἅτε ἀδελφὸς, φησὶν, ὑμῶν ὢν, καὶ συγκοινωνὸς ἐν ταῖς διὰ Χριστὸν θλίψεσιν, εἰκότως τὸ ἀξιόπιστον παρ' ὑμῖν κέκτημαι· διὰ γὰρ τὴν μαρτυρίαν Ἰησοῦ, Πάτμον οἰκεῖν τὴν νῆσον καταδικασθεὶς, ἀπαγγέλλω ὑμῖν τὰ ἑωραμένα μοι ἐν αὐτῇ μυστήρια.

I, 9. *Ego Joannes frater vester, et particeps in tribulatione et regno, et patientia in Christo Jesu. fui in insula quæ appellatur Patmos, propter verbum Dei, et testimonium Jesu.*

Quando (inquit) et vester frater, et vestrarum afflictionum socius sum, merito apud vos fidem et auctoritatem obtinere debeo. Nam propter testimonium Jesu Christi ad insulam Patmon relegatus, et ut ibi ætatem agerem, condemnatus, mysteria et arcana quæ in illa vidi, vobis denuntio.

Digitized by Google

## CAPUT II.

*Ut Dominum in medio septem candelabrorum podere (hoc est, talari veste) indutum conspexerit.*

I, 10, 11. *Fui in spiritu in Dominica die, et audivi post me vocem magnam, tanquam tubæ, dicentis : Ego sum α et ω, primus et novissimus. Quod vides scribe in libro, et mitte septem Ecclesiis quæ sunt in Asia, Epheso, et Smyrnæ, et Pergamo, et Thyatiræ, et Sardibus, et Philadelphiæ, et Laodiceæ.*

Divino Spiritu afflatus, auremque nactus spiritalem die Dominico, qui propter Christi resurrectionem præ cæteris celebris habetur, audivi vocem, inquit, ob soni magnitudinem et claritatem, tubæ non absimilem (*In omnem enim terram sonitus illius percrebuit*), quæ per α et ω Deum initii finisque exsortem significabat; necnon quæ deinceps visurus essem, ad septem Ecclesias ut transmitterem jubebat. Cæterum numerus hic septenarius, qui in Sabbatismum desinit, requiem, quam in futuro sæculo exspectamus, innuit. Ad quam rem designandam magnus Irenæus septem quoque cœlos totidemque angelos cæteris excellentiores initio a Deo conditos scriptum reliquit.

I, 12, 13. *Et conversus sum ut viderem vocem quæ loquebatur mecum. Et conversus vidi septem candelabra aurea : et in medio septem candelabrorum, aureorum similem Filio hominis, vestitum podere, et præcinctum ad mamillas zona aurea.*

Quod vox hæc tubæ non fuerit externa et sensilis, id diserte indicat, dum ait : *Et converti me*, non ut audirem, sed *ut viderem vocem*. Nam etsi visio et auditio in rebus corporatis non commeant, in spiritalibus tamen reciprocant. *Conversus*, inquit, *vidi septem candelabra*; quæ septem Ecclesiarum nomine paulo post appellat : *et in medio illorum similem Filio hominis*; nempe Christum. Vocat autem Jesum, non absolute hominem, sed *homini similem*; quia non tantum homo, sed simul quoque Deus erat. Vidit porro eumdem *podere* (hoc est talari veste) *indutum*, utpote pontificem 7 secundum ordinem Melchisedech in cœlestibus. *Zona* adhæc *aurea præcinctum*, non circa lumbos, ut cæteri mortalium, ad comprimendas carnis illecebras et voluptates solent (illis namque divina caro obnoxia omnino non erat); sed *ad pectus circa mamillas*; tum ut hinc ostendatur opus nobis esse clementia, quæ justam Dei iram, quæ tolerari alioqui non posset, contineat; tum etiam ut veritas, quæ duo Testamenta, per quæ fideles tanquam per duo Domini ubera nutriuntur, undequaque cingit, hoc quasi symbolo commonstretur. Dicitur autem *zona* isthæc *aurea*, ad designandam singularema illius excellentiam, ejusdemque castimoniam, ab omni prorsus sorde et adulterino fuco alienam.

## ΚΕΦΑΛ. Β'.

*Ὀπτασία ἐν ᾗ τὸν Κύριον ἐθεάσατο ἐν μέσῳ ἑπτὰ λυχνιῶν χρυσῶν ἐνδεδυμένον ποδήρη.*

*Ἐγενόμην ἐν πνεύματι ἐν τῇ Κυριακῇ ἡμέρᾳ· καὶ ἤκουσα φωνῆς μεγάλης ὀπίσω μου, ὡς σάλπιγγος, λεγούσης· Ἐγώ εἰμι τὸ α καὶ τὸ ω, ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος· καὶ ἃ βλέπεις, γράψον εἰς βιβλίον· καὶ πέμψον ταῖς ἑπτὰ Ἐκκλησίαις, εἰς Ἔφεσον, εἰς Σμύρνην, εἰς Πέργαμον, εἰς Θυάτειρα, εἰς Σάρδεις, εἰς Φιλαδέλφειαν, καὶ εἰς Λαοδίκειαν.*

Πνεύματι [ἁγίῳ] γενόμενος κάτοχος, καὶ πνευματικὸν οὖς κτησάμενος, ἐν τῇ Κυριακῇ ἡμέρᾳ, κἂν τούτῳ τιμηθείσῃ διὰ τὴν ἀνάστασιν, φωνῆς ἤκουσε σάλπιγγι ἐοικυίας, διὰ τὸ μεγαλόφωνον (*Εἰς πᾶσαν γὰρ τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν*), δηλούσης τὸ τοῦ Θεοῦ ἄναρχόν τε καὶ ἀτελεύτητον, τὸ διὰ τοῦ α καὶ τοῦ ω δηλούμενον· ἐξ ἧς ἐντέταλται τὰ ὁραθέντα ταῖς ἑπτὰ Ἐκκλησίαις διαπέμψασθαι, διὰ τὸν προλεχθέντα ἑβδοματικὸν ἀριθμὸν τὸν εἰς τὸν σαββατισμὸν καταντῶντα τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. Διὸ καὶ ἑπτὰ οὐρανοὺς καὶ ἑπτὰ ἀγγέλους τῶν λοιπῶν προὔχοντας θεόθεν δεδημιουργῆσθαι ὁ μέγας Εἰρηναῖος γεγράφηκεν.

*Καὶ ἐπέστρεψα βλέπειν τὴν φωνὴν, ἥτις ἐλάλει μετ' ἐμοῦ. Καὶ ἐπιστρέψας εἶδον ἑπτὰ λυχνίας χρυσᾶς· καὶ ἐν μέσῳ τῶν λυχνιῶν, ὅμοιον Υἱῷ ἀνθρώπου, ἐνδεδυμένον ποδήρη, καὶ περιεζωσμένον πρὸς τοῖς μαζοῖς ζώνην χρυσῆν.*

Ὅτι δὲ οὐκ ἦν αἰσθητὴ ἡ φωνὴ [ἧς ἤκουσε,] δηλοῖ λέγων, *Ἐπέστρεψα*, οὐ τοῦ ἀκοῦσαι, ἀλλὰ τοῦ βλέπειν τὴν φωνήν· ταυτὸν γάρ ἐστιν ἡ πνευματικὴ ἀκοή τε καὶ ὅρασις. *Ἐπιστρέψας δὲ*, φησὶν, *εἶδον ἑπτὰ λυχνίας*· ἃς παρακατιὼν τὰς Ἐκκλησίας ἐνόησε· *καὶ ἐν μέσῳ αὐτῶν τὸν Χριστὸν, ὅμοιον ἀνθρώπῳ*· διὰ τὸ καὶ Θεὸν αὐτὸν εἶναι, καὶ οὐ ψιλὸν ἄνθρωπον· καὶ, *ἐνδεδυμένον ποδήρη*, ὡς ἀρχιερέα τὸν ἄνω, κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ· καὶ *ζώνην χρυσῆν περιεζωσμένον*, οὐκ ἐν τῇ ὀσφύϊ, ὥσπερ οἱ λοιποὶ ἄνθρωποι, πρὸς ἐποχὴν τῶν ἡδονῶν (ταύταις γὰρ ἡ θεία σὰρξ ἀνεπίβατος), ἀλλ' ἐν [τῷ] *στήθει, πρὸς τοῖς μαζοῖς*· ὅπως καὶ τὸ ἔσχατον τῆς δικαίας [καὶ] θείας ὀργῆς φιλανθρωπίᾳ συνέχηται, καὶ ἡ τὰς δύο Διαθήκας, ἤγουν τοὺς Δεσποτικοὺς μαζοὺς, ζωννύουσα δειχθείη ἀλήθεια, δι' ὧν οἱ πιστοὶ τρέφονται. *Χρυσῆ* δὲ ἡ *ζώνη*, διὰ τὸ τίμιον καὶ καθαρὸν καὶ ἀκίβδηλον.

I, 14. *Caput autem ejus et capilli erant candidi tanquam lana alba tanquam nix : et oculi ejus tanquam flamma ignis.*

Merito istud; nam etsi nostra causa carnem indutus, recens in medium prodiit, secundum se tamen antiquus; imo vero modis omnibus sempiternus

*Ἡ δὲ κεφαλὴ αὐτοῦ καὶ αἱ τρίχες, λευκαὶ ὡσεὶ ἔριον λευκὸν, ὡς χιών· καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ὡς φλὸξ πυρός.*

Εἰ γὰρ καὶ πρόσφατος δι' ἡμᾶς, ἀλλὰ [καὶ] ἀρχαῖος· μᾶλλον δὲ προαιώνιος· τούτου γὰρ σύμβολον ἡ λευκὴ θρίξ· οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ὡς φλὸξ

Digitized by Google

πυρός· τοὺς μὲν ἁγίους φωτίζοντες, τοὺς δὲ βεβή- A λους φλογίζοντες.

est. Atque in ejus rei argumentum canis capillis opertus cernitur. Oculi autem ejus ignitæ flammæ speciem præ se ferunt. Quamvis enim hi sanctos illustrant et recreant, homines tamen profanos et sceleratos incendunt direque excruciant.

*Καὶ οἱ πόδες αὐτοῦ ὅμοιοι χαλκολιβάνῳ, ὡς ἐν καμίνῳ πεπυρωμένοι.*

Τοὺς πόδας καὶ ὁ θεῖος Γρηγόριος τὴν μετὰ σαρκὸς ἐνόησεν οἰκονομίαν· πόδες γὰρ αὐτοῦ ἡ σάρξ· ᾗτινι ἡ θεότης ἐπιβᾶσα, τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατειργάσατο. Πόδες δὲ καὶ οἱ ἀπόστολοι, ὡς θεμέλιοι τῆς Ἐκκλησίας. Χαλκολίβανος δέ ἐστιν, ὅν φασιν οἱ ἰατροὶ εὐώδη εἶναι θυμιώμενον, τὸν παρ' αὐτοῖς καλούμενον ἄῤῥενα [λίβανον]. Ἢ καὶ ἑτέρως· χαλκοῦ μὲν, τῆς ἀνθρωπίνης· λιβάνου δὲ, τῆς θείας νοουμένης φύσεως, [δι' ὧν] δείκνυται καὶ τὸ εὐῶδες τῆς πίστεως, καὶ τὸ ἀσύγχυτον τῆς ἑνώσεως. Ἢ τοῦ B χαλκοῦ μὲν δηλοῦντος τὸ τοῦ κηρύγματος εὔηχον· τοῦ δὲ λιβάνου, τὴν τῶν ἐθνῶν ἐπιστροφήν· ὅθεν ἡ Νύμφη ἔρχεσθαι κελεύεται. Πόδες τοῦ Χριστοῦ καὶ οἱ ἀπόστολοι, τῇ καμίνῳ τῶν πειρασμῶν πυρωθέντες κατὰ τὴν τοῦ διδασκάλου μίμησιν.

I, 15. *Et pedes ejus similes aurichalco, sicut in camino ardenti.*

Per *pedes* Nazianzenus Christi secundum carnem œconomiam significatam existimat; siquidem sacrosancta caro, divinitati illius pedum loco quodammodo exstitit. Nam et per illam ad nos venit, et nostram rursum salutem per eamdem patravit. Sunt autem pedes isti similes *chalcolibano*, id est thuri masculo; hoc enim incensum, gratissimum odorem spargere solet. Quod si voces, unde nomen hoc conflatur, seorsum interpreteris, per æs humana Christi natura, per thus autem divina ejusdem substantia denotatur : per utrumque vero et fidei fragrantia, et inconfusa naturarum inter se unio atque conjunctio. Aut per æs suavis prædicationis sonus significatur; per thus autem gentium ad fidem conversio; ad quam Sponsa in Canticis invitatur. Alio etiam sensu apostoli, Christi pedes dici possunt, ut qui solidæ Ecclesiæ sint fundamenta, et ad magistri exemplum in tentationis camino egregie probati et examinati.

*Καὶ ἡ φωνὴ αὐτοῦ ὡς φωνὴ ὑδάτων πολλῶν· καὶ ἔχων ἐν τῇ δεξιᾷ αὐτοῦ ἀστέρας ἑπτὰ, καὶ ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ ῥομφαία δίστομος ὀξεῖα ἐκπορευομένη· καὶ ἡ ὄψις αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος φαίνων ἐν τῇ δυνάμει αὐτοῦ.*

[Τὴν δὲ φωνὴν αὐτοῦ ὡς φωνὴν ὑδάτων πολλῶν λέγει] εἰκότως. Κοινὴ γὰρ ἡ φωνή αὐτοῦ τε καὶ τοῦ Πνεύματος· οὗ ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας τῶν πιστῶν C ζῶντος ὕδατος ἔῤῥευσαν, καὶ εἰς πᾶσαν τὴν γῆν διαπρύσιον ἤχησαν. Ἀστέρας δὲ ἑπτὰ, παρακατιὼν τοὺς τῶν *Ἐκκλησιῶν* φησιν *ἀγγέλους*. *Ῥομφαίαν δὲ δίστομον*, τὴν κατὰ τῶν ἀσεβῶν φησιν ἀπόφασιν, τὴν τομωτέραν ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον· ἢ καὶ [τὴν] περιτέμνουσαν μάχαιραν τοῦ Πνεύματος, τὸν ἐντὸς ἡμῶν ἄνθρωπον. *Τὸ δὲ πρόσωπον αὐτοῦ φαίνειν ὡς ἥλιον*, οὐκ αἰσθητὴν τὴν αἴγλην, ἀλλὰ νοητὴν, δῆλον. *Ἥλιος γάρ ἐστι δικαιοσύνης*, τῇ οἰκείᾳ δυνάμει καὶ ἐξουσίᾳ καταυγάζων· οὐ καθὼς ὁ αἰσθητὸς ἥλιος, ἅτε κτίσμα, θεοσδότῳ [δὲ] δυνάμει καὶ θείῳ προστάγματι.

I, 15, 16. *Et vox illius tanquam vox aquarum multarum : et habebat in dextra sua stellas septem ; et de ore ejus gladius utraque parte acutus exibat . et facies ejus, sicut sol lucet in virtute sua.*

Haud injuria vox illius aquarum multitudini assimilatur. Nam una eademque illius et spiritus vox est. Ast spiritus vi fit ut aquæ vivæ torrentes e fidelium ventre fluant, clareque per terrarum orbem personent. Porro autem quos hic *stellas*, illos paulo post septem *Ecclesiarum angelos* appellat. Per *gladium* autem *utrimque acutum* condemnationis sententia, quam contra impios fulminabit, insinuatur. Ea enim quovis ancipiti gladio penetrabilior erit ; aut certe de gladio Spiritus, quo interior homo circumciditur, est hic sermo. Quod vero *facies ejus instar solis lucida* dicatur, id non ad sensilem aliquam lucem vel splendorem, sed ad mentis illustrationem referri debet. Quandoquidem [illegible] *sol justitiæ* vi propria et potestate lucet et illumina ; non ita autem sol ille qui obtutibus nostris quotidie objicitur. Is enim tanquam res creata virtute quam a Deo accepit, lucem spargit, illiusque adeo jussu munus suum obit.

*Καὶ ὅτε εἶδον αὐτὸν, ἔπεσα πρὸς τοὺς πόδας αὐ-* D *τοῦ ὡς νεκρός· καὶ ἐπέθηκε τὴν δεξιὰν αὐτοῦ χεῖρα ἐπ' ἐμὲ, λέγων· Μὴ φοβοῦ· ἐγώ εἰμι ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος· καὶ ὁ ζῶν, καὶ ἐγενόμην νεκρός· καὶ ἰδοὺ ζῶν εἰμι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.* [Ἀμήν.] *Καὶ ἔχω τὰς κλεῖδας τοῦ θανάτου καὶ τοῦ ᾅδου.*

Ταυτὸν δὲ πεπονθότα τὸν ἀπόστολον Ἰησοῦ τῷ τοῦ Ναυῆ καὶ Δανιὴλ, διὰ τὸ ἀσθενὲς τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, ἀνέῤῥωσεν ὁ Χριστὸς, φήσας αὐτῷ· *Μὴ φοβοῦ*· οὐ γὰρ θανατῶσαί σε παραγέγονα· ὅσγε ἄναρχος ὢν καὶ ἀτελεύτητος, δι' ὑμᾶς νεκρὸς γέγονα· [καὶ ἔχω τὰς κλεῖς τοῦ θανάτου καὶ τοῦ ᾅδου, ἤτοι τοῦ ψυχικοῦ καὶ σωματικοῦ θανάτου.]

I, 17, 18. *Et cum vidissem eum, cecidi ad pedes ejus tanquam mortuus. Et posuit dexteram suam super me, dicens; Noli timere : ego sum primus et novissimus ; et vivus, et fui mortuus ; et ecce sum vivens in sæcula sæculorum, et habeo claves mortis et inferni.*

Idem passus est apostolus quod Josue filius Nave, et propheta Daniel : quem proinde Christus ob naturæ imbecillitatem corroboravit, talique oratione compellavit : *Nihil metuas* : neque enim ob id huc veni, ut morti te dedam. Etenim cum principii finisque expers essem, mortem hominum causa ultro subire non dubitavi. Quin mortis quoque et inferni claves, hoc est, absolutam in animæ et corporis mortem, potestatem habeo.

Digitized by Google

I, 19, 20. *Scribe ergo quæ vidisti, et quæ sunt, et quæ oportet fieri post hæc. Sacramentum septem stellarum, quas vidisti in dextera mea; et septem candelabra aurea. Septem stellæ, angeli sunt septem Ecclesiarum: et candelabra septem, quæ vidisti, septem Ecclesiæ sunt.*

Quandoquidem lux vera est Christus: fit ut copiosiore luce ab eo illustrati, *lucernæ* appellentur, quasi præsentis vitæ noctem jam exuti. Lucernæ rursum haud inconcinne vocantur Ecclesiæ; ut quæ stellas ejusmodi intra se foveant, quæ vitæ verbum juxta Apostoli sententiam obtinent. *Aureæ* autem eædem *lucernæ* et ipsa etiam *candelabra* dicuntur, ad innuendam singularem illorum excellentiam, eximiamque fidei, quæ in ipsis viget, sinceritatem. Singulis porro, ut Dominus alicubi insinuat, et Gregorius Theologus, dum præsens hoc caput edisserit, confirmat, angelus custos præpositus est. Hos autem *angelos custodes* ob naturæ claritatem, vitæque sanctitatem et castimoniam, tropo quodam *stellarum* voce denominat.

*Γράψον οὖν ἃ εἶδες, καὶ ἅ εἰσι, καὶ ἃ μέλλει γενέσθαι μετὰ ταῦτα. Τὸ μυστήριον τῶν ἑπτὰ ἀστέρων ὧν εἶδες ἐπὶ τῆς δεξιᾶς μου, καὶ τὰς ἑπτὰ λυχνίας τὰς χρυσᾶς· οἱ ἑπτὰ ἀστέρες, ἄγγελοι τῶν ἑπτὰ Ἐκκλησιῶν εἰσι· καὶ αἱ ἑπτὰ λυχνίαι ἃς εἶδες, ἑπτὰ Ἐκκλησίαι εἰσίν.*

Ἐπειδὴ δὲ φῶς ἀληθινὸν ὁ Χριστὸς, τούτου χάριν λύχνοι, οἱ τὸν αὐτοῦ πλουτοῦντες *φωτισμὸν*, ὡς τὴν νύκτα τοῦ παρόντος βίου καταλάμποντες. Λυχνίαι δὲ εἰκότως αἱ Ἐκκλησίαι ὀνομάζονται, ὡς τοὺς φωστῆρας ἔχουσαι, τοὺς λόγον ζωῆς ἐπέχοντας, κατὰ τὸν Ἀπόστολον. *Χρυσοῖ* δὲ οἵ τε *λύχνοι* καὶ αἱ *λυχνίαι*, διὰ τὸ τίμιον καὶ ἀκίβδηλον τῆς ἐν αὐτοῖς πίστεως. Τούτων δὲ ἑκάστῃ *ἄγγελος φύλαξ* ἐφέστηκε, καθὼς φησιν ὁ Κύριος· καὶ ὁ Θεολόγος δὲ Γρηγόριος [οὕτω] τὸ παρὸν νενόηκε κεφάλαιον· οὓς τροπικῶς ἀστέρας διὰ τὸ φωτεινὸν καὶ καθαρὸν τῆς φύσεως ὠνόμασε.

### CAPUT. III.

*Ad Ephesinæ Ecclesiæ angelum destinata.*

II, 1. *Et angelo Ephesi Ecclesiæ scribe: Hæc dicit qui tenet septem stellas in dextera sua; qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorum.*

Per angelum Ecclesiam perinde fere affatur, atque si quis per pædagogum verba ad illum faciat qui litteris primum imbuitur. Solent namque præceptores, quæ discipulorum sunt, in se nonnunquam transferre, sive ea errata fuerint, sive præclara quoque facinora. Nituntur enim hi discipulos quoad ejus fieri potest, similes sibi reddere. Probabile fit autem per *septem stellas septemve angelos*, quos Irenæus et Epiphanius intelligentium cœlorum nomine alicubi exprimunt, totius universi gubernationem, quæ in dextera Christi, sicut omnes quoque terræ fines, sita est, hoc loco significari. Siquidem is est qui juxta promissionem suam in medio Ecclesiarum ambulat, mundumque per sanctos angelos administrat.

### ΚΕΦΑΛ. Γ.

*Τὰ γεγραμμένα πρὸς τὸν τῆς Ἐφεσίων Ἐκκλησίας ἄγγελον.*

*Τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐν Ἐφέσῳ Ἐκκγησίας γράψον· Τάδε λέγει ὁ κρατῶν τοὺς ἑπτὰ ἀστέρας ἐν τῇ δεξιᾷ αὐτοῦ ὁ περιπατῶν ἐν μέσῳ τῶν ἑπτὰ λυχνιῶν τῶν χρυσῶν.*

Διὰ τοῦ ἀγγέλου τῇ Ἐκκλησίᾳ διαλέγεται, ὥσπερ ἄν τις διὰ παιδαγωγοῦ τῷ παιδαγωγουμένῳ. Οἰκειοῦσθαι γὰρ ὁ διδάσκαλος τὰ τοῦ μαθητοῦ πέφυκεν, εἴτε ἐγκλήματα, εἴτε κατορθώματα, ἅτε σπεύδων ἐξομοιοῦν ἑαυτῷ τὸν διδασκόμενον. Εἰκὸς δὲ διὰ *τῶν ἑπτὰ ἀστέρων, ἤγουν* [*τῶν*] *ἀγγέλων*, τῶν ἐν τοῖς εἰρημένοις Εἰρηναίῳ καὶ Ἐπιφανίῳ τοῖς μακαρίοις, ἑπτὰ οὐρανοῖς, λογικῶν τάξεων δηλοῦσθαι τὴν διακόσμησιν, ἐν τῇ δεξιᾷ τοῦ Χριστοῦ κειμένην· ἐν ᾗ καὶ τὰ τῆς γῆς πέρατα· τοῦ καὶ ἐν μέσῳ τῶν Ἐκκλησιῶν περιπατοῦντος, κατὰ τὴν οἰκείαν ὑπόσχεσιν.

II, 2-5. *Scio opera tua et laborem, et patientiam tuam; et quia non potes sustinere malos, et tentasti eos qui dicunt se apostolos esse, et non sunt, et invenisti eos mendaces: et* 9 *patientiam habes, et sustinuisti propter nomen meum, et non defecisti. Sed habeo adversum te pauca, quod charitatem tuam primum reliquisti. Memor esto itaque unde excideris, et age pœnitentiam, et prima opera fac.*

Ephesiorum Ecclesiam de duobus tribusve summatim commendat; de uno autem incusat, idque in medio collocat. Etenim tolerantiam laboremque et molestiam quam pro fide susceperat; tum odium quoque, quo improborum scelera et imposturas persequebatur, laudat. Laudat æque quod non omni spiritui fidem habeat; verum in eos qui

*Οἶδα τὰ ἔργα σου, καὶ τὸν κόπον σου, καὶ τὴν ὑπομονήν σου· καὶ ὅτι οὐ δύνῃ βαστάσαι κακούς· καὶ ἐπείρασας τοὺς λέγοντας* [*ἑαυτοὺς*] *ἀποστόλους εἶναι, καὶ οὐκ εἰσί· καὶ εὗρες αὐτοὺς ψευδεῖς, καὶ ἐβάστασας· καὶ ὑπομονὴν ἔχεις διὰ τὸ ὄνομά μου, καὶ* [*οὐ*] *κεκοπίακας. Ἀλλ' ἔχω κατὰ σοῦ, ὅτι τὴν ἀγάπην σου τὴν πρώτην ἀφῆκας. Μνημόνευε οὖν πόθεν ἐκπέπτωκας, καὶ μετανόησον, καὶ τὰ πρῶτα ἔργα ποίησον.*

Ἐν δυσὶ δὲ τὴν Ἐκκλησίαν ἀποδεχόμενος, ἐν ἑνὶ ταύτῃ καταμέμφεται· ὃ καὶ μέσον τέθεικεν, τὰ κατορθώματα θεὶς ἑκατέρωθεν· τὸν μὲν κόπον καὶ τὴν ὑπὲρ τῆς πίστεως ὑπομονὴν, καὶ τὴν πρὸς τοὺς κακοὺς αὐτῆς ἀλλοτρίωσιν ἐπῄνεσεν· ὅτι τε μὴ παντὶ πιστεύσασα Πνεύματι, ἐπείρασε τοὺς ψευδαποστόλους· καὶ γνοῦσα ψευδεῖς αὐτοὺς, ἀπεπέμ-

Digitized by Google
Распознавание текста АВК/FR

ψατο· πρὸς δὲ τούτῳ, ὅτι καὶ τὰ ἔργα τῶν αἰσχρ- A ουργῶν Νικολαϊτῶν μεμίσηκεν. Ἐπεμέμψατο δὲ, ὅτι τὴν πρὸς τὸν πλησίον ἀγάπην καὶ εὐποιίαν ἐχλίανε· πρὸς ἣν αὐτὴν [πάλιν] διὰ τῶν ἑξῆς ἀνεκαλέσατο· δι' ὧν φησι· *Τὰ πρῶτα ἔργα ποίησον.*

pro apostolis se venditabant, diligenter inquirat, falsosque compertos prudenter repudiet. Laudat tandem quod impura Nicolaitarum opera aversetur palamque detestetur. At vero quod primam dilectionem, solitamque erga egenos beneficentiam remissius, quam par erat, exerceret, id vitio vertit : ad quam proinde illam denuo revocare contendit : huc namque pertinet comminatio quam mox subjungit, et verba illa : *Age pœnitentiam, et prima opera facito.*

*Εἰ δὲ μὴ, ἔρχομαί σοι ταχὺ, καὶ κινήσω τὴν λυχνίαν σου [ἐκ τοῦ τόπου αὐτῆς], ἐὰν μὴ μετανοήσῃς. Ἀλλὰ τοῦτο ἔχεις ὅτι μισεῖς τὰ ἔργα τῶν Νικολαϊτῶν, ἃ κἀγὼ μισῶ.*

II, 5, 6. *Sin autem, veniam tibi cito, et movebo candelabrum tuum de loco suo, nisi pœnitentiam egeris. Sed hoc habes, quia odisti facta Nicolaitarum; quæ et ego odi.*

Κίνησις [δὲ τῆς λυχνίας, ἤτοι τῆς] Ἐκκλησίας ἐστὶν, ἡ τῆς θείας χάριτος γύμνωσις· δι' ἧς [γυμνώσεως] ἐν σάλῳ καὶ κλύδωνι ὑπὸ τῶν τῆς πονη- B ρίας πνευμάτων καὶ τῶν ὑπουργούντων αὐτοῖς πονηρῶν ἀνθρώπων καθίσταται. Τινὲς δὲ τὴν τῆς λυχνίας κίνησιν, τὸν ἀρχιερατικὸν τῆς Ἐφέσου θρόνον, ὡς ἐν τῇ βασιλίδι μετατεθέντα, ἐνόησαν. Τὰ δὲ ἔργα τῶν Νικολαϊτῶν, ὅπως εἰσὶ τῷ Θεῷ μισητὰ, ἐντυχών τις τῇ βδελυρᾷ αὐτῶν αἱρέσει, γνώσεται.

*Ecclesiam loco moveri* haud incommode asseritur, cum divina gratia denudatur : siquidem uno hoc gratiæ præsidio destituta, per nequitiæ spiritus hominesque sceleratos, efficacia eorumdem spirituum organa et administros, in fœdos fluctus et tempestates facile conjicitur. Sunt nihilominus qui per *candelabri motionem* sedis pontificiæ, quæ in Ephesina civitate quondam exstabat, in regiam civitatem translationem intelligant. Cæterum quam obscena Deoque exosa Nicolaitarum fuerint opera, illud diversi commentarii de exsecrabili illorum hæresi dudum ante editi, meridiana luce clarius ostendunt.

*Ὁ ἔχων οὖς, ἀκουσάτω τί τὸ Πνεῦμα λέγει ταῖς Ἐκκλησίαις· Τῷ νικῶντι, δώσω αὐτῷ φαγεῖν ἐκ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς, ὅ ἐστιν ἐν μέσῳ τοῦ παραδείσου τοῦ Θεοῦ.*

II, 7. *Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis : Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei.*

*Ὁ ἔχων οὖς ἀκουσάτω.* — Σαρκικὸν μὲν οὖς πᾶς C ἄνθρωπος, πνευματικὸν δὲ ὁ *πνευματικὸς* μόνος κέκτηται· ὅπερ καὶ τῷ Ἡσαΐᾳ προστέθειται. Τῷ δὲ τοιούτῳ νικῶντι τὸν πρὸς τοὺς δαίμονας πόλεμον, δώσειν ἐπαγγέλλεται φαγεῖν ἐκ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς· τουτέστι μετασχεῖν τῶν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος ἀγαθῶν. Περιφραστικῶς γὰρ διὰ τοῦ ξύλου δηλοῦται ἡ ζωὴ ἡ αἰώνιος· ὧν ἑκάτερον ὁ Χριστός ἐστιν, ὥς φησιν ὁ Σολομῶν, καὶ ὁ παρὼν ἀπόστολος ἑτέρωθι· ὁ μὲν, περὶ τῆς Σοφίας λέγων· *Ξύλον ζωῆς ἐστιν*· ὁ δὲ, ὡσαύτως περὶ τοῦ Χριστοῦ· *Αὐτός ἐστιν ὁ ἀληθινὸς Θεὸς, καὶ ἡ ζωὴ ἡ αἰώνιος.* Εἰ τοίνυν ἐκείνων τυχεῖν ἐφιέμεθα, τὴν κατὰ τῶν παθῶν νίκην [παρακαλῶ] κατορθώσωμεν. Τοῖς γὰρ πόνοις αἱ ἀμοιβαὶ πάντως ἕψονται· χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα D καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα [νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ] εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

*Aurem* corpoream nullus non mortalium sortitur; *spiritalem* autem, spiritalis tantum : cujusmodi auris prophetæ Isaiæ obtigit. Homini itaque ex prælio quod contra dæmones geritur, victoriam referenti, esca de ligno vitæ decerpta promittitur ; nempe æternorum bonorum communicatio, siquidem per æternæ vitæ lignum ejusmodi bona designari solent. Utrumque autem, ut Salomon insinuat, et præsens evangelista alicubi diserte affirmat, est Christus. Ille enim de sapientia verba faciens, iis qui apprehendunt illam, instar ligni vitæ esse pronuntiat ; Joannes autem de Christo in hunc modum scribit : *Hic est verus Deus, et vita æterna* [a]. Si igitur æterna illa bona consequi desideramus, contra animi perturbationes carnisque voluptates acre certamen ineamus, victoriaque potiri enixe contendamus, quandoquidem per Domini nostri Jesu Christi gratiam atque clementiam istiusmodi labores sua mercede nunquam frustrabuntur. Ipsi una cum Patre et Spiritu sancto sit gloria in sæcula sæculorum. Amen.

## ΚΕΦΑΛ. Δ'. ΛΟΓΟΣ Β'.

### Τὰ δηλωθέντα τῷ τῆς Σμυρναίων Ἐκκλησίας ἀγγέλῳ.

## CAPUT IV. SERMO II.

### Cujusmodi Smyrnensis Ecclesiæ angelo sint indicata.

*Καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐν Σμύρνῃ Ἐκκλησίας γράψον· Τάδε λέγει ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος, ὃς ἐγένετο νεκρὸς, καὶ ἔζησεν.*

II, 9. **10** *Et angelo Smyrnæ Ecclesiæ scribe : Hæc dicit primus et novissimus, qui fuit mortuus, et vivit.*

Πρῶτός [ἐστιν] ὡς Θεός· ἔσχατος, ὡς ἄνθρωπος ἐπ' ἐσχάτων τῶν καιρῶν γεγονὼς, καὶ διὰ τῆς

Idem Christus est primus et novissimus : primus quidem, ut Deus ; novissimus autem, ut homo ;

[a] I Joan. v, 20.



Digitized by Google

utpote novissimis hisce temporibus natus, qui sua etiam post triduanam mortem resurrectione certum ad vitam æternam aditum nobis aperuit.

A τριημέρου νεκρώσεως ἀνοίξας ἡμῖν τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον.

II, 9. *Scio tribulationem tuam et paupertatem tuam; sed dives es.*

Novi, inquit, afflictionem et paupertatem, quam in rebus quæ ad carnis sensum faciunt, pateris: nam et flagellis mei causa ab infidelibus cæsa, et ab omnibus facultatibus exuta es: interim spiritalibus opibus affluis, utpote thesaurum absconditum in pectoris agro defossum asservans.

*Οἶδά σου τὰ ἔργα, καὶ τὴν θλῖψιν, καὶ τὴν πτωχείαν· ἀλλὰ πλούσιος εἶ.*

Θλῖψιν δὲ καὶ πτωχείαν, ἐν τοῖς σαρκικοῖς, φημὶ, ἣν ὑπομένεις δι' ἐμὲ μαστιζόμενος ὑπὸ τῶν ἀπίστων, καὶ τῶν ὑπαρχόντων στερούμενος· πλούσιος δ' ἐν τοῖς πνευματικοῖς εἶ, ἔχων τὸν θησαυρὸν κεκρυμμένον ἐν τῷ ἀγρῷ τῆς καρδίας σου.

II, 9. *Et blasphemaris ab his qui se dicunt Judæos esse, et non sunt; sed sunt synagoga Satanæ.*

Repetere hoc loco oportet verbum, *novi*, quod præcessit, ad hæc omnia commune: sensus enim B est: Novi opera tua, et novi eorum quoque blasphemiam, qui id non sunt quod se esse falso asserunt: nam cum Judæos se esse jactent, re ipsa synagoga sunt Satanæ. Neque enim, qui in manifesto Judæus est, ille statim pro germano Judæo habendus est; sed qui in occulto ejusmodi est. *Judas* namque, si interpreteris, confessionem et resipiscentiam sonat, qua illi destituuntur.

*Καὶ τὴν βλασφημίαν τῶν λεγόντων Ἰουδαίους εἶναι ἑαυτοὺς, καὶ οὐκ εἰσὶν, ἀλλὰ συναγωγὴ τοῦ Σατανᾶ.*

Κατὰ κοινοῦ δὲ τὸ, *Οἶδα*. Καὶ τὴν βλασφημίαν τῆς συναγωγῆς τοῦ Σατανᾶ, φησὶν, ἐπίσταμαι, ὅτι οὐκ εἰσὶν ὃ λέγονται· οὐ γὰρ [ὁ] ἐν τῷ φανερῷ Ἰουδαῖος, ἀλλ' ἐν τῷ κρυπτῷ· *Ἰούδας* γάρ ἐστιν *ἐξομολόγησις* [καὶ *μετάνοια*].

II, 10. *Nihil horum timeas quæ passurus es. Ecce missurus est diabolus aliquos ex vobis in carcerem, ut tentemini; et habebitis tribulationem diebus decem. Esto fidelis usque ad mortem; et dabo tibi coronam vitæ.*

Ne metuatis, inquit, afflictionem quam Judæi, Deo infesti, per flagella et tentationes vobis sunt illaturi. Neque enim diu duratura sunt illa; C sed decem tantum dierum intervallo, hoc est, brevissimo temporis spatio. Quin ipsa etiam mors, quod temporis quasi puncto incorruptam vitæ coronam largiatur, omnino contemnenda videtur.

*Μὴ φοβοῦ ἃ μέλλεις παθεῖν. Ἰδοὺ [δὴ] μέλλει βαλεῖν ἐξ ὑμῶν ὁ διάβολος εἰς φυλακὴν, ἵνα πειρασθῆτε· καὶ ἕξετε θλῖψιν ἡμερῶν δέκα. Γίνου πιστὸς ἄχρι θανάτου· καὶ δώσω σοι τὸν στέφανον τῆς ζωῆς.*

Μὴ φοβεῖσθαι δέ φησι τὴν ἐκ τῶν θεομάχων διὰ μαστίγων καὶ πειρασμῶν θλῖψιν. Δεκαήμερος γὰρ αὕτη, καὶ οὐ μακρόβιος· διὸ καὶ καταφρονητέος ὁ θάνατος, ὡς ἐν ὀλίγῳ προξενῶν στέφανον ζωῆς ἀμάραντον.

II, 11. *Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis: Qui vicerit, non lædetur a morte secunda.*

Qui, inquit, spiritali auditu præditus, pravas diaboli suggestiones devicerit, etsi primam mortem, quæ tantum in carnem cadit, subierit, attamen a secunda, quæ in gehennam mittit, non offendetur.

*Ὁ ἔχων οὖς, ἀκουσάτω τί τὸ Πνεῦμα λέγει ταῖς Ἐκκλησίαις· Ὁ νικῶν οὐ μὴ ἀδικηθῇ ἐκ τοῦ θανάτου τοῦ δευτέρου.*

Ὁ πνευματικῶς δὲ, φησὶν, ἀκούων καὶ νικῶν τὰς διαβολικὰς ὑποσπορὰς, εἰ καὶ τὸν πρῶτον διὰ σαρκὸς ὑποστῇ θάνατον, ὑπὸ τοῦ δευτέρου τῆς γεέννης οὐ καταδικασθήσεται.

## CAPUT V.

*Cujusmodi Pergamensis Ecclesiæ angelo fuerint significata.*

## ΚΕΦΑΛ. Ε'.

*Τὰ δηλωθέντα τῷ τῆς ἐν Περγάμῳ Ἐκκλησίας ἀγγέλῳ.*

D

II, 12. *Et angelo Pergami Ecclesiæ scribe: Hæc dicit qui habet romphæam utraque parte acutam: Scio opera tua, et ubi habitas, ubi sedes est Satanæ.*

Idololatriæ dedita erat civitas, ad quam Evangelista hæc scribit. Interim fideles qui in illa degebant, propter tolerantiam quam in tentationibus ostenderant, commendat. Porro autem per *gladium ancipitem*, aut Evangelii doctrinam, credentium corda circumcidentem, fidelesque ab infidelibus secernentem, insinuat; aut peremptoriam Judicis contra impios sententiam.

*Καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐν Περγάμῳ Ἐκκλησίας γράψον· Τάδε λέγει ὁ ἔχων τὴν ῥομφαίαν τὴν δίστομον τὴν ὀξεῖαν· Οἶδα τὰ ἔργα σου, καὶ ποῦ κατοικεῖς, ὅπου ὁ θρόνος τοῦ Σατανᾶ.*

Κατείδωλος ἦν αὕτη ἡ πόλις, πρὸς ἣν ταῦτά φησι, τοὺς ἐν αὐτῇ πιστοὺς δι' ὑπομονὴν πειρασμῶν ἀποδεχόμενος. *Ῥομφαίαν* δὲ *δίστομον*, ἢ τὸν εὐαγγελικὸν λόγον φησὶ, τὸν τὴν καρδίαν περιτέμνοντα, καὶ τοὺς πιστοὺς ἐκ τῶν ἀπίστων μερίζοντα· ἢ τὴν κατὰ τῶν ἀσεβῶν ἀπότομον ἀπόφασιν.

II, 13. *Et tenes nomen meum, et non negasti fidem meam. Et in diebus illis Antipas testis meus*

*Καὶ κρατεῖς τὸ ὄνομά μου, καὶ οὐκ ἠρνήσω τὴν πίστιν μου ἐν ταῖς ἡμέραις ἐν αἷς Ἀντίπας ὁ*

Digitized by Google

*μάρτυς μου ὁ πιστὸς, ὃς ἀπεκτάνθη παρ' ὑμῖν, ὅπου ὁ Σατανᾶς κατοικεῖ.*

A *fidelis, qui occisus est apud vos, ubi Satanas habitat.*

Ἀντίπας δέ [τις] τοὔνομα, μάρτυς ἐν Περγάμῳ γέγονεν ἀνδρειότατος, οὗπερ ἀνέγνων τὸ μαρτύριον· οὗ νῦν ὁ εὐαγγελιστὴς πρὸς ἔνδειξιν τῆς τε ἐκείνων ὑπομονῆς, τῆς τε τῶν πεπλανημένων ὠμότητος ἐμνημόνευσεν.

**11** Quidam Antipas nomine, fortissimus constantissimusque Christi martyr exstitit Pergami, cujus ego martyrium olim legi. Facit autem Evangelista peculiarem illius hoc loco mentionem, tum quo fidelium civitatis illius virtus atque constantia plana fiat, tum etiam quo seductorum ejusdem immanitatem ob oculos nobis ponat.

*Ἀλλὰ ἔχω κατὰ σοῦ ὀλίγα, ὅτι ἔχεις ἐκεῖ κρατοῦντας τὴν διδαχὴν Βαλαάμ· ὃς ἐδίδασκεν ἐν τῷ Βαλαὰμ τὸν Βαλὰκ βαλεῖν σκάνδαλον ἐνώπιον τῶν υἱῶν Ἰσραήλ, [καὶ] φαγεῖν εἰδωλόθυτα καὶ πορνεῦσαι· οὕτως ἔχεις καὶ σὺ κρατοῦντας τὴν διδαχὴν τῶν Νικολαϊτῶν [ὁμοίως]. ἣν μισῶ.*

II, 14, 15. *Sed habeo adversus te pauca : quia habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balac mittere scandalum coram filiis Israel, edere et fornicari : ita habes et tu tenentes doctrinam Nicolaitarum, quam odi.*

B

Δύο δὲ χαλεπὰ, ὡς ἔοικεν, ἡ πόλις αὕτη ἐκέκτητο· [τὸ] τοὺς μὲν πλείονας Ἕλληνας [εἶναι ἐν αὐτῇ]· ἐξ αὐτῶν δὲ τῶν πιστῶν ὠνομασμένων, τοὺς αἰσχροποιοὺς Νικολαΐτας ὑποσπαρέντας τῷ σίτῳ πονηρὰ ζιζάνια. Διὸ καὶ τοῦ Βαλαὰμ ἐμνημόνευσε, φήσας· *Ὃς ἐδίδασκεν ἐν τῷ Βαλαὰμ τὸν Βαλάκ.* Δηλοῖ δὲ διὰ τούτων τὸν νοητὸν Βαλαὰμ τὸν διάβολον ἐν τῷ αἰσθητῷ, τὸν Βαλὰκ διδάξαι τὸ κατὰ τῶν Ἰσραηλιτῶν σκάνδαλον, πορνείαν καὶ εἰδωλολατρίαν. Τῇ γὰρ ἐκείνης ἡδονῇ εἰς ταύτην τῷ Βεελφεγὼρ τελεσθέντες κατεκυλίσθησαν.

Duobus, ut videtur, hæc civitas flagitiis obstricta tenebatur, iisque minime vulgaribus. Nam et multos adhuc paganos intra se fovebat : et inter eos qui Christiano nomine censebantur, permulti impuro Nicolaismo contaminati, et inter loci illius orthodoxos, perinde fere atque lolium inter triticum solet, intersiti comperiebantur. Atque ea de causa Balaami, qui populum Israeliticum callide in errorem induxerat, mentionem facit. Cæterum per externum et sensilem hunc Balaamum qui Israeli per Balacum insidias struxerat (siquidem per scortationem illexit illum ad idololatriam : carnis enim voluptate deliniti, eo delapsi sunt, ut idolo Beelphegor publice immolarent), insinuatur Balaam mysticus, nempe diabolus et Satanas.

*Μετανόησον οὖν· εἰ δὲ μὴ, ἔρχομαί σοι ταχὺ, καὶ πολεμήσω μετ' αὐτῶν ἐν τῇ ῥομφαίᾳ τοῦ στόματός μου.*

II, 16. *Similiter pœnitentiam age : si quo minus,* C *veniam tibi cito, et pugnabo cum illis in gladio oris mei.*

Ἐν τῇ ἀπειλῇ δὲ ἡ φιλανθρωπία. Οὐ γὰρ, *Μετὰ σοῦ*, φησὶν, ἀλλὰ, *μετ' ἐκείνων πολεμήσω*, τῶν νοσούντων ἀνίατα.

En, ut inter minas clementiæ quoque et benignitatis non obliviscatur : neque enim ait, *Pugnabo adversum te;* sed ait : *Pugnabo contra illos*, nempe obscenos Nicolaitas, qui insanabili morbo laborant.

*Ὁ ἔχων οὖς, ἀκουσάτω τί τὸ Πνεῦμα λέγει ταῖς Ἐκκλησίαις· Τῷ νικῶντι δώσω αὐτῷ φαγεῖν ἀπὸ τοῦ μάννα τοῦ κεκρυμμένου· καὶ δώσω αὐτῷ ψῆφον λευκὴν, καὶ ἐπὶ τὴν ψῆφον ὄνομα καινὸν γεγραμμένον, ὃ οὐδεὶς οἶδεν εἰ μὴ ὁ λαμβάνων.*

II, 17. *Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis : Vincenti dabo manna absconditum; et dabo illi calculum candidum et in calculo nomen novum scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit.*

*Μάννα δὲ κεκρυμμένον*, ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς, ὁ οὐράνιος, οὐρανόθεν δι' ἡμᾶς κατελθὼν, καὶ βρώσιμος γενόμενος· τροπικῶς δὲ καὶ τὰ μέλλοντα ἀγαθὰ, *μάννα* λέγεται, ἅτε οὐρανόθεν κατερχόμενα, ὅθεν καὶ ἡ *ἄνω Ἰερουσαλήμ*. Τούτων, φησὶν, οἱ νικῶντες τὸν διάβολον τεύξονται. Λήψονται δὲ καὶ *ψῆφον λευκὴν*, τουτέστι [καθαρῶς] νικῶσαν, τῆς δεξιᾶς μοίρας ἀξιούμενοι· καὶ *ὄνομα καινὸν* τῇ παρούσῃ ζωῇ ἀγνοούμενον· ὀφθαλμὸς γὰρ οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ νοῦς οὐ κατέλαβε τὰ ἀγαθὰ τὰ μέλλοντα, καὶ τὸ καινὸν ὄνομα, ὃ οἱ ἅγιοι κληρονομήσουσι.

*Manna absconditum* est cœlestis vitæ panis, qui, nostra causa e cœlo delapsus, ad manducandum D apprime est idoneus. Quin bona illa quæ in altero sæculo sanctis reposita sunt, *manna* quoque appellantur; ut quæ et cœlitus veniant, et in cœlo tantum, quod alio nomine *superna Jerusalem* vocatur, plene obtingant. Horum autem bonorum tuta possessione illi demum potientur, qui diabolum et mundum vicerunt. Accepturi iidem quoque sunt *candidum victoremque calculum* : utpote qui, ut ad Judicis dexteram collocentur, digni habebuntur. Accipient tandem una cum calculo *nomen novum*, præsentique huic vitæ prorsus incognitum. Oculus enim non vidit, nec auris audivit, neque mens humana comprehendit, quæ quantaque in futuro ævo præparata sunt justis; sicut nec nomen quoque illud novum, quod iidem illi pacate possidebunt.

Digitized by Google

## CAPUT VI.

A

## ΚΕΦΑΛ. ϛʹ.

*Cujusmodi Thyatirensis Ecclesiæ angelo significata sint.*

*Τὰ δηλωθέντα τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐν Θυατείροις Ἐκκλησίας.*

II, 18. *Et angelo Thyatiræ Ecclesiæ scribe : Hæc dicit Filius Dei, qui habet oculos tanquam flammam ignis, et pedes ejus similes aurichalco.*

*Καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐν Θυατείροις Ἐκκλησίας γράψον· Τάδε λέγει ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ὁ ἔχων τοὺς ὀφθαλμοὺς ὡς φλόγα πυρὸς, καὶ οἱ πόδες αὐτοῦ ὅμοιοι χαλκολιβάνῳ.*

Igneam oculorum speciem utrumque præ se ferre dictum est ante, splendorem nimirum et ardorem; et hunc quidem significare supplicia in impios et peccatores constituta; illum vero, lucem, quia justi et sancti perfunduntur. Per *pedes* autem et *chalcolibanum* **12** denotari Christi humanitatem, ejusdemque in his qui salvi fiunt, veluti spiritalis cujusdam unguenti fragrantiam; nec non individuam illam et inconfusam planeque admirabilem divinæ humanæque naturæ inter se unionem : ea enim tanquam divini Spiritus igne conflata, miroque modo coagmentata, humanis rationibus comprehendi omnino non potest.

Εἴρηται τὸ τῶν ὀφθαλμῶν πυρῶδες, τὸ φωτιστικὸν τῶν δικαίων, καὶ τὸ καυστικὸν δηλοῦν τῶν ἁμαρτωλῶν· *τοὺς δὲ πόδας* καὶ *τὸν χαλκολίβανον* σημαίνειν τὴν τοῦ Χριστοῦ ἐν τοῖς σωζομένοις εὐωδίαν τοῦ νοητοῦ μύρου, καὶ τὴν ἄτμητον καὶ ἀσύγχυτον ἕνωσιν θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος· αὕτη γὰρ ὡς πεπυρακτωμένη τῷ θείῳ Πνεύματι, τοῖς ἀνθρωπίνοις λογισμοῖς ἐστιν ἀψηλάφητος.

II, 19, 20. *Novi opera tua, et fidem et charitatem tuam; et ministerium et patientiam tuam, et opera tua novissima plura prioribus. Sed habeo adversum te pauca, quia permittis mulierem Jezabel, quæ se dicit prophetam, docere, et seducere servos meos, scortari et manducare de idolothytis.*

B *Οἶδά σου τὰ ἔργα, καὶ τὴν ἀγάπην, καὶ τὴν πίστιν, καὶ τὴν διακονίαν, [καὶ τὴν ὑπακοὴν σου,] καὶ τὴν ὑπομονήν σου, καὶ τὰ ἔργα σου τὰ ἔσχατα πλείονα τῶν πρώτων· ἀλλ' ἔχω κατὰ σοῦ [ὀλίγα], ὅτι ἀφῆκας τὴν γυναῖκά σου Ἰεζάβελ, ἡ λέγει ἑαυτὴν προφῆτιν, καὶ διδάσκει καὶ πλανᾷ τοὺς ἐμοὺς δούλους πορνεῦσαι καὶ φαγεῖν εἰδωλόθυτα.*

Etsi, inquit, vestram in fide constantiam, vestramque circa egenorum et pauperum ministerium charitatem, et vestram denique patientiam commendo acceptaque habeo, attamen hoc nomine jure vos reprehendo, quod Nicolaitarum hæresin, quæ propter impiam impuramque lasciviam *Jezabel* per tropum hoc loco appellatur, palam obtinere permittitis, hactenusque permiseritis. Hæc enim res servis meis, ob ingenii ruditatem mentisque simplicitatem, magnam offensionis occasionem offert; imo vero ad earum rerum usum quæ idolis immolatæ fuerant, a quo pulchre jam ante ablactati videbantur, denuo attraxit, et quotidie adhuc pertrahit. Hanc proinde Jezabel quamprimum compescere osque ejusdem obstruere debetis : siquidem maligno spiritu agitata, prophetidem sese jactare non dubitat.

*Οἶδά σου τὰ ἔργα.* — Εἰ γὰρ καὶ διὰ τὴν πίστιν καὶ τὴν πρὸς τοὺς δεομένους διακονίαν, τὸ εὐλαβὲς ὑμῶν καὶ ὑπομονητικὸν ἀποδέχομαι, ἀλλὰ δικαίως ὑμῖν ἐπιμέμφομαι, ὅτι τὴν τῶν Νικολαϊτῶν αἵρεσιν, τὴν τροπικῶς ὠνομασμένην *Ἰεζάβελ*, διὰ τὴν δυσσέβειαν καὶ ἀσέλγειαν, ἀφήκατε παῤῥησιάζεσθαι, ὥστε τοῖς δούλοις μου, δι' ἁπλότητα γνώμης, παρC έχειν σκάνδαλον, καὶ ἕλκειν αὐτοὺς [καὶ] εἰς εἰδωλόθυτα, οἷς καλῶς ἀπετάξαντο. Ταύτην οὖν ἐπιστομίζειν ὀφείλετε· ὅτι καὶ προφῆτις εἶναι ὑποκρίνεται, ὑπὸ πονηροῦ ἐνεργουμένη πνεύματος.

II, 21-23. *Et dedi illi tempus ut pœnitentiam ageret, et non vult pœnitere a fornicatione sua. Ecce ego mitto eam in lectum; et qui mœchantur cum ea, in tribulatione maxima erunt, nisi pœnitentiam ab operibus suis egerint; et filios ejus interficiam in morte.*

*Καὶ ἔδωκα αὐτῇ χρόνον ἵνα μετανοήσῃ· καὶ οὐ θέλει μετανοῆσαι ἐκ τῆς πορνείας αὐτῆς. Ἰδοὺ, βάλλω αὐτὴν εἰς κλίνην· καὶ τοὺς μοιχεύοντας μετ' αὐτῆς εἰς θλῖψιν μεγάλην, ἐὰν μὴ μετανοήσωσιν ἐκ τῶν ἔργων αὐτῶν· καὶ τὰ τέκνα αὐτῆς ἀποκτενῶ ἐν θανάτῳ.*

Quia, inquit, maligna illa hæresis tempore, quod ad agendam pœnitentiam commodum nacta erat, bene uti non voluit, *Ecce dejiciam illam in ægritudinem et mortem.* In tropo perstans, nefariam illam Nicolaitarum pestem, propter versipellem hæreticorum versutiam, mulieri adulteræ comparat. Comminatur vero non illam tantum in ægritudinem et mortem se dejecturum, nisi resipuerit; verum cæteros quoque omnes, qui, Deo per mysticam scortationem deserto, cum illa sese contaminaverint, nisi tamen per veram pœnitentiam ad ipsum se denuo converterint.

D Καὶ ἔδωκα αὐτῇ χρόνον· ἡ δὲ πονηρὰ [φησὶν] αὐτῶν αἵρεσις, καιρὸν λαβοῦσα εἰς μετάνοιαν, καλῶς τούτῳ οὐκ ἐχρήσατο. *Ἰδοὺ, βάλλω αὐτὴν εἰς κλίνην.* Τῇ τροπῇ ἐνέμεινε, καὶ μοιχαλίδι τὴν συστροφὴν τῶν αἱρετικῶν παρεικάσας, ἀπειλεῖ ταύτην τε ἀσθενείᾳ καὶ θανάτῳ περιβαλεῖν, καὶ τοὺς αὐτῇ συμφθειρομένους καὶ [ἐκ Θεοῦ] πορνεύοντας, εἰ μὴ διὰ μετανοίας πρὸς αὐτὸν ἐπιστρέψωσιν.

II, 23-25. *Et scient omnes Ecclesiæ, quia ego sum scrutans renes et corda, et dabo unicuique vestrum*

*Καὶ γνώσονται πᾶσαι αἱ Ἐκκλησίαι, ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ ἐρευνῶν νεφροὺς καὶ καρδίας· καὶ δώσω*

Digitized by Google

*ὑμῖν ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα ὑμῶν. Ὑμῖν δὲ λέγω* A *τοῖς λοιποῖς τοῖς ἐν Θυατείροις, ὅσοι οὐκ ἔχουσι τὴν διδαχὴν ταύτην, οἵτινες οὐκ ἔγνωσαν τὰ βαθέα τοῦ Σατανᾶ, ὡς λέγουσιν· Οὐ βάλλω ἐφ' ὑμᾶς ἄλλο βάρος πλὴν ὃ ἔχετε· κρατήσατε ἄχρις οὗ ἂν ἥξω.*

[*Ὅσοι οὐκ ἔχουσι τὴν διδαχὴν ταύτην.*]—Ταῦτα μὲν πρὸς τοὺς ἠπατημένους αἱρετικοὺς καὶ ἀπατῶντας ἑτέρους· πρὸς δὲ τοὺς ἁπλουστέρους φησίν· Ἐπείπερ πρὸς τοὺς οὕτω πονηροὺς καὶ εὑρεσιλόγους ἀντέχειν δι' ἁπλότητα τρόπων οὐ δύνασθε, ἅτε τὰ βάθη τοῦ Σατανᾶ μὴ ἐγνωκότες, ὡς λέγετε· οὐ ζητῶ παρ' ὑμῶν τὴν διὰ λόγου μάχην, ἀλλὰ τὴν φυλακὴν τῆς διδαχῆς ἣν παρελάβετε· ἄχρις ἂν ἐντεῦθεν ὑμᾶς προσλήψωμαι.

*Καὶ ὁ νικῶν καὶ ὁ τηρῶν ἄχρι τέλους τὰ ἔργα* B *μου, δώσω αὐτῷ ἐξουσίαν ἐπὶ τῶν ἐθνῶν· καὶ ποιμανεῖ αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ· ὡς τὰ σκεύη τὰ κεραμικὰ συντριβήσεται· ὡς κἀγὼ εἴληφα παρὰ τοῦ Πατρός μου.*

***Δώσω αὐτῷ ἐξουσίαν.*** — Τῷ ποιοῦντι, φησί, τὰ ἔργα μου, δώσω αὐτῷ ἐξουσίαν ἐπάνω πέντε ἢ δέκα πόλεων, ὡς ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ εἴρηται. Ἢ διὰ τούτου καὶ τὴν τῶν ἀπίστων κρίσιν αἰνίττεται· δι' ἧς οἱ πεπλανημένοι, ὡς ἐν ῥάβδῳ ποιμαινόμενοι, συντριβήσονται, ὑπὸ τῶν ἐν αὐτοῖς τῷ Χριστῷ πιστευσάντων κρινόμενοι· καθὼς εἶπεν ὁ Κύριος· *Ἄνδρες Νινευῖται ἀναστήσονται, καὶ κατακρινοῦσι τὴν γενεὰν ταύτην.* Τὸ δὲ, *Ὡς κἀγὼ εἴληφα παρὰ τοῦ Πατρός μου*, ἀνθρώπινον, διὰ τὴν τῆς σαρκὸς πρόσληψιν. C

*Καὶ δώσω αὐτῷ τὸν ἀστέρα τὸν πρωϊνόν. Ὁ ἔχων οὖς, ἀκουσάτω τί τὸ Πνεῦμα λέγει ταῖς Ἐκκλησίαις.*

***Ἀστέρα δὲ πρωϊνόν***, ἢ ἐκεῖνόν φησι περὶ οὗ [ὁ] Ἡσαΐας ἔλεγε· *Πῶς ἐξέπεσεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ὁ ἑωσφόρος ὁ πρωῒ ἀνατέλλων;* ὃν δώσειν συντετριμμένον ὑπὸ τοὺς πόδας τῶν πιστῶν ἐπήγγελται· ἢ τὸν ὑπὸ τοῦ μακαρίου Πέτρου λεχθέντα *φωσφόρον*, ἐν ταῖς καρδίαις τῶν πιστῶν ἀνατέλλοντα, τὸν Χριστοῦ φωτισμὸν δηλαδή· καὶ ὁ Βαπτιστὴς δὲ Ἰωάννης, καὶ ὁ Θεσβίτης Ἠλίας *φωσφόροι* προσηγόρευνται· ὁ μὲν γὰρ τῆς πρώτης D ἀνατολῆς τοῦ Ἡλίου τῆς δικαιοσύνης, ὁ δὲ τῆς δευτέρας νοεῖται πρόδρομος. Μεθ' ὧν ἕξειν τὸ μέρος τοὺς νικητὰς τοῦ διαβόλου πιστεύομεν. Οὐ θαυμαστὸν δὲ εἰ ἐπὶ τῶν σφόδρα ἀντικειμένων ἀλλήλοις ἐλάβομεν τοῦτο. *Λέοντα* γὰρ *ἐξ Ἰούδα* τὸν Χριστὸν, καὶ *ἐκ Βασὰν* τὸν Ἀντίχριστον ἐκ τῆς θείας Γραφῆς μανθάνομεν, καθ' ἕτερον καὶ ἕτερον σημαινόμενον· νοεῖται δὲ καὶ ἡ τῆς μελλούσης ἡμέρας ἀνατολή· [ἐν] ᾗ τὸ σκότος τοῦ παρόντος βίου καλυφθήσεται· καὶ ὁ ταύτην δὲ εὐαγγελιζόμενος ἄγγελος. Προπορεύσεται γὰρ αὕτη τοῦ τῆς δικαιοσύνης Ἡλίου, ἐπιφανησομένου τοῖς ἁγίοις, καὶ τὴν ἀχλὺν

A *secundum opera sua. Vobis autem dico, et cæteris qui Thyatiræ estis: Quicumque non habent doctrinam hanc, et qui non cognoverunt altitudines Satanæ, quemadmodum dicunt, non mittam super vos aliud pondus. Tamen id quod habetis, tenete donec veniam.*

Et hæc hactenus ad seductos aliosque seducentes hæreticos. Ad simpliciores vero ait: Quandoquidem adversus homines usque adeo malignos et callidos ob ingenii morumque simplicitatem consistere non valetis, utpote profundarum fraudum Satanæ, ut asseritis, ignari, non exigam a vobis verborum pugnam; sed fidam tantum doctrinæ, quam accepistis, custodiam, donec tandem vos hinc ad me assumpsero.

B II, 26-28. **13** *Et qui vicerit, et custodierit usque ad finem opera mea, dabo illi potestatem super gentes; et reget eas in virga ferrea, et tanquam vas figuli confringentur, sicut et ego accepi a Patre meo.*

Qui suam minam suumque talentum bene collocaverit, et opera mea fecerit (ait in Evangelio Dominus), dabo illi potestatem supra quinque aut decem civitates. Aut per *potestatem*, cujus hoc loco fit mentio, illud judicium insinuatur, quo seducti vel increduli ab iis judicabuntur, et veluti virga ferrea conterentur, qui ex gentibus et infidelibus per fidem promptamque obedientiam Christo se adjunxerunt. Notum est enim illud Christi Servatoris: *Viri Ninivitæ surgent in judicio cum gene-* C *ratione hac, et condemnabunt eam* [6]. Cum autem subdit, *Sicut ego a Patre accepi*, assumptæ carni humanæque naturæ orationis filum attemperat.

II, 28, 29. *Et dabo illi stellam matutinam. Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis.*

Aut *stellam matutinam* eam hoc loco vocat, de qua Isaias dicebat: *Quomodo cecidisti de cœlo, Lucifer, qui mane oriebaris* [7]? cujusmodi stellam Dominus sub credentium pedibus se proculcandam daturum alicubi promittit: aut de ea stella est hic sermo, quam apostolus Petrus in fidelium cordibus veluti *Luciferum* nasci, in sua canonica scribit; quæ utique aliud nihil est quam lux quædam a Christo in credentium corda dimanans. Quin Joan- D nes Baptista et Elias Thesbites *Luciferi* nomine a quibusdam quoque appellantur: nec injuria. Joannes enim priorem Solis justitiæ ortum antecessit; Elias vero posteriorem ejusdem exortum antegredietur. Cum quibus eos quoque partem habituros credibile fit, qui strenue pugnando diabolum vicerint. Neque mirum videri debet si idem nomen ad res inter se admodum diversas nonnunquam transferatur; cum ex sacris Litteris compertum habeamus, Christum et Antichristum alia et alia ratione idem nomen sortiri. Uterque enim appellatur *Leo*; sed ille, *ex Juda*; hic, *ex Basan*. Sed et

[6] Matth. XII, 41. [7] Isa. XIV, 12.

Digitized by Google
Распознавание текста ABK/FR

dies futuri sæculi, in quo præsentis vitæ tenebræ discutientur finemque facient, et Angelus rursum qui illum annuntiaturus est, *Orientis* quoque vocabula alicubi designantur. Uterque enim justitiæ Solem, qui sanctis apparebit, præsentisque vitæ obscuritatem dissipabit, antecedet. Cujus radiis utinam nos quoque illustrari contingat, accedente huc bona Patris voluntate; cui cum Spiritu sancto sit gloria in sæcula sæculorum. Amen.

A τοῦ παρόντος βίου διασκεδάσοντος· οὗ ταῖς ἀκτῖσι καὶ ἡμεῖς ἐλλαμφθείημεν, εὐδοκίᾳ τοῦ Πατρὸς, σὺν τῷ παναγίῳ Πνεύματι· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

## CAPUT VII. SERMO III.

*De iis quæ Sardianæ Ecclesiæ angelo significata sunt.*

III, 1. *Et angelo Ecclesiæ Sardis scribe: Hæc dicit qui habet septem spiritus Dei et septem stellas: Scio opera tua, quia nomen habes quod vivas, et mortuus es.*

Per *septem stellas* septem angelos denotari jam ante indicatum est. Per *septem* autem *spiritus* vel illi ipsi, aut septem certe vivifici Spiritus vires et energiæ innuuntur. Utraque enim in Christi manu et potestate sunt. Nam et angelis tanquam universorum Dominus imperat, et Spiritum sanctum, tanquam eadem cum illo essentia præditus, largitur. Increpat autem Sardianam Ecclesiam, quod nudum tantum **14** vivæ fidei nomen teneat, ad bona vero opera quod spectat, demortua jaceat.

## ΚΕΦΑΛ. Ζʹ. ΛΟΓΟΣ Γʹ.

*Τὰ δηλωθέντα τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐν Σάρδεσιν Ἐκκλησίας.*

*Καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐν Σάρδεσιν Ἐκκλησίας γράψον· Τάδε λέγει ὁ ἔχων τὰ ἑπτὰ πνεύματα τοῦ Θεοῦ, καὶ τοὺς ἑπτὰ ἀστέρας· Οἶδά σου τὰ ἔργα ὅτι ὄνομα ἔχεις ὅτι ζῇς, καὶ νεκρὸς εἶ.*

B *Ἑπτὰ ἀστέρας*, θείους ἀγγέλους προέφημεν· καὶ *ἑπτὰ πνεύματα*, ἢ τούτους αὐτοὺς, ἢ τὰς ἐνεργείας τοῦ ζωοποιοῦ Πνεύματος· ἅπερ ἀμφότερα ἐν τῇ χειρὶ τοῦ Χριστοῦ εἰσι. Τῶν μὲν γὰρ ὡς Δεσπότης κρατεῖ· τοῦ δὲ Πνεύματός ἐστι χορηγὸς, ὡς ὁμοούσιος. Ἐπιπλήττει δὲ τῇ Ἐκκλησίᾳ, ὡς ψιλὸν ὄνομα [ζώσης] ἐχούσῃ πίστεως, νενεκρωμένῃ δὲ [οὔσῃ] ἐξ ἀγαθῶν πράξεων.

III, 2, 3. *Esto vigilans, et confirma cætera, quæ moritura erant. Non enim inveni opera tua plena coram Deo. In mente ergo habe qualiter acceperis et audieris; et serva, et pœnitentiam age.*

Ignaviæ, inquit, desidiæque somnum excute; tuaque membra, quæ propter infidelitatem ad mortem recta tendunt, confirma: neque enim bonorum operum exordium coronat operarium, sed perfectio. Memento proinde traditionis, quam ab apostolis accepisti et audivisti, et serva eam; deque ignavia tua serio resipisce, et pœnitentiam age.

*Γίνου γρηγορῶν· καὶ στήριξον τὰ λοιπὰ ἃ ἔμελλον ἀποθανεῖν. Οὐ γὰρ εὕρηκά σου τὰ ἔργα πεπληρωμένα ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ [μου]. Μνημόνευε οὖν πῶς εἴληφας καὶ ἤκουσας, καὶ τήρει, καὶ μετανόησον.*

C *Γενοῦ γρηγορῶν*.—Τὸν ὕπνον, φησὶ, τῆς ῥᾳθυμίας ἀποτίναξαι, καὶ τὰ μέλη σου τὰ ἀποθνήσκειν τελείως δι' ἀπιστίας μέλλοντα, στήριξον· οὐ γὰρ ἡ ἀρχὴ τῶν ἀγαθῶν ἔργων στεφανοῖ τὸν ἐργάτην, ἀλλὰ τὸ πλήρωμα. [Μνημόνευε γοῦν πῶς εἴληφας καὶ ἤκουσας·] καὶ τὴν παράδοσιν ἣν ἐκ τῶν ἀποστόλων παρέλαβες, τήρησον, καὶ ἐπὶ τῇ ῥᾳθυμίᾳ σου μετανόησον.

III, 3. *Si ergo non vigilaveris, veniam ad te tanquam fur, et nescies qua hora veniam ad te.*

Merito illud: nam ut communis præsentis sæculi consummatio omnibus est incognita, ita uniuscujusque mors quoque est incerta. Cæterum quæ corporis mortem adducit, iis quidem qui parati sunt, quietis a laboribus auctor est; iis vero qui secus comparati sunt, fur est.

*Ἐὰν οὖν μὴ γρηγορήσῃς, ἥξω ὡς κλέπτης· καὶ οὐ μὴ γνῷς ποίαν ὥραν ἥξω ἐπὶ σέ.*

*Ἥξω ὡς κλέπτης.* — Εἰκότως· ὅ τε γὰρ ἑκάστου θάνατος καὶ ἡ κοινὴ συντέλεια, πᾶσιν ἄγνωστος. Τοῖς μὲν παρεσκευασμένοις, πόνων ἀνάπαυσις· τοῖς δὲ ἀπαρασκευάστοις κλέπτης, ψυχικὸν ἐπάγων D θάνατον.

III, 4. *Sed habes pauca nomina in Sardis, qui non inquinaverunt vestimenta sua; et ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt.*

Hoc, inquit, bonum adepta es, quod quosdam apud te habes qui sordidis impurisque actibus carnis suæ vestimenta non contaminaverunt; qui proinde in regenerationis solemnitate candidis una mecum induentur; ut qui immortalitatis stolam impollutam conservaverint.

*Ἀλλ' ὀλίγα ἔχεις ὀνόματα ἐν Σάρδεσιν οἳ οὐκ ἐμόλυναν τὰ ἱμάτια αὐτῶν· καὶ περιπατήσουσι μετ' ἐμοῦ ἐν λευκοῖς, ὅτι ἄξιοί εἰσιν.*

[*Ἀλλ' ὀλίγοι εἰσὶν οἳ οὐκ ἐμόλυναν τὰ ἱμάτια αὐτῶν.*] — Τοῦτο, φησὶ, καλὸν κέκτησαι· ἔχεις τινὰς τοὺς τὸ ἱμάτιον τῆς ψυχῆς ῥυπαραῖς πράξεσι μὴ μιάναντας· οἳ μετ' ἐμοῦ ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ λαμπροφορήσουσιν, ὡς τηρήσαντες ἄσπιλον τὸ τῆς ἀφθαρσίας ἔνδυμα.

III, 5, 6. *Qui vicerit, hic vestietur vestimentis albis; et non delebo nomen ejus de libro vitæ; et confitebor nomen ejus coram Patre meo, et coram*

*Ὁ νικῶν, οὗτος περιβαλεῖται ἐν ἱματίοις λευκοῖς, καὶ οὐ μὴ ἐξαλείψω τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐκ τῆς βίβλου τῆς ζωῆς, καὶ ὁμολογήσω τὸ ὄνομα*

Digitized by Google

*αὐτοῦ ἐνώπιον τοῦ Πατρός μου, καὶ ἐνώπιον τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ. Ὁ ἔχων οὖς, ἀκουσάτω τί τὸ Πνεῦμα λέγει ταῖς Ἐκκλησίαις.*

*angelis ejus. Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis.*

Ὁ δὲ τὴν προλεχθεῖσαν, φησὶ, νίκην νικῶν τοῖς τῶν οἰκείων ἀρετῶν ἱματίοις λάμψει ὡς ὁ ἥλιος· καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐν τῇ τῶν ζώντων βίβλῳ ἔσται ἀνεξάλειπτον. Ὁμολογηθήσεται δὲ [παρ' ἐμοῦ] ἐπὶ τοῦ Πατρός μου καὶ τῶν ἀγγελικῶν δυνάμεων, ὥσπερ καὶ οἱ καλλίνικοι μάρτυρες· καθώς φησιν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ λάμψαι τοὺς δικαίους ὡς τὸν ἥλιον.

Qui, inquit, victoriam, de qua ante dictum est, cum gloriosis martyribus obtinuerit, virtutum suarum stola ornatus splendebit velut sol; nomenque illius in libro viventium manebit indelebile; quippe qui palam coram Patre meo angelicisque virtutibus illud professurus sim. Quin in Evangelio quoque legitur justos instar solis splendoris radios olim fusuros.

## ΚΕΦΑΛ. Η'.

### *Τὰ δηλωθέντα τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐν Φιλαδελφίᾳ Ἐκκλησίας.*

## CAPUT VIII.

### *Cujusmodi significata fuerint angelo Ecclesiæ Philadelphiæ.*

*Καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐν Φιλαδελφίᾳ Ἐκκλησίας γράψον· Τάδε λέγει ὁ ἅγιος, ὁ ἀληθινὸς, ὁ ἔχων τὴν κλεῖδα τοῦ Δαυΐδ· ὁ ἀνοίγων, καὶ οὐδεὶς κλείει· καὶ κλείων, καὶ οὐδεὶς ἀνοίγει.*

III, 7. *Et angelo Philadelphiæ Ecclesiæ scribe : Hæc dicit sanctus et verus, qui habet clavem David : qui aperit, et nemo claudit; claudit, et nemo aperit.*

*Κλεὶς τοῦ Δαυΐδ*, ἡ βασιλεία αὐτοῦ κέκληται· ἐξουσίας γὰρ αὕτη σύμβολον. *Κλεὶς* δὲ πάλιν τῆς τε ψαλμικῆς βίβλου καὶ πάσης προφητείας, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· δι' οὗ οἱ θησαυροὶ τῆς γνώσεως ἀνοίγονται. Καὶ τὴν μὲν πρώτην κατὰ τὸ ἀνθρώπινον δέχεται· τὴν δὲ δευτέραν ἔχει κατὰ τὸ ἄναρχον τῆς θεότητος. Ἐπεὶ δὲ ἔν τισι τῶν ἀντιγράφων ἀντὶ τοῦ *Δαυΐδ*, *ᾅδου* γέγραπται, διὰ τῆς τοῦ ᾅδου κλειδὸς ἡ ἐξουσία τῆς ζωῆς καὶ τοῦ θανάτου τῷ Χριστῷ προσμεμαρτύρηται· *ἅγιος* δὲ καὶ *ἀληθινὸς*, ὡς αὐτοαγιωσύνη καὶ αὐτοουσιώδης ἀλήθεια.

*Davidica clavis* appellatione ejusdem regnum designatur, quandoquidem *clavis* inter potestatis symbola censeri solet. Clavis rursum libri Psalmorum, omnisque adeo prophetiæ, est Spiritus sanctus. Per hunc enim omnes omnino cognitionis thesauri aperiuntur. Et quidem priorem clavem accepit Christus ut homo; posteriorem autem, ut sempiternus Deus, naturaliter obtinet. Quia vero in vetustis quibusdam exemplaribus legitur, *clavis inferni*, per inferorum clavem **15** vitæ mortisque potestatem penes Christum esse significatur. Qui quidem Christus *sanctus* et *verax* nominatur, tanquam ipsa per se sanctitas et veritas.

*Οἶδά σου τὰ ἔργα· ἰδοὺ δέδωκα ἐνώπιόν σου θύραν ἠνεῳγμένην, καὶ οὐδεὶς δύναται κλεῖσαι αὐτήν· ὅτι μικρὰν ἔχεις δύναμιν· καὶ ἐτήρησάς μου τὸν λόγον, καὶ οὐκ ἠρνήσω τὸ ὄνομά μου.*

III, 8. *Novi opera tua. Ecce dedi coram te ostium apertum, et nemo potest claudere illud : quia exiguam habes virtutem, et servasti sermonem meum, et non negasti nomen meum.*

Ἐκ τῶν γεγραμμένων δὲ, μικρὰν μὲν τῷ μεγέθει τὴν πόλιν ταύτην, μεγάλην δὲ τῇ πίστει μανθάνομεν· δι' ὧν φησι [αὐτῇ]· *Οἶδά σου τὰ ἔργα*· τουτέστιν, ἀποδέχομαι· ὥσπερ καὶ τῷ Μωϋσῇ λέγει· *Οἶδά σε παρὰ πάντας*. Καὶ θύραν ἐνώπιόν σου τοῦ διδασκαλικοῦ κηρύγματος ἤνοιξα, κλεισθῆναι διὰ πειρασμῶν μὴ δυναμένην. Τῇ προθέσει γὰρ ἀρκοῦμαι, καὶ οὐκ ἀπαιτῶ τὰ ὑπὲρ δύναμιν.

Ex veterum monumentis constat, civitatem hanc ambitu quidem civiumque numero parvam exstitisse; at fide vero et virtute plurimum valuisse, ex hoc loco discimus. Quam ob rem ejusmodi oratione illam compellat : *Novi opera tua ;* hoc est, grata acceptaque illa habeo : quemadmodum jam olim ad Moysen dicebat : *Novi te præ omnibus :* ostiumque ad docendum et prædicandum coram te aperui, quod nullæ tentationes poterunt claudere. Sola enim voluntate ad hoc malum impediendum sat sum; neque enim exigo abs te, quæ vires tuas excedunt.

*Ἰδοὺ δίδωμι [σοι] ἐκ τῆς συναγωγῆς τοῦ Σατανᾶ τῶν λεγόντων ἑαυτοὺς Ἰουδαίους εἶναι, καὶ οὐκ εἰσὶν, ἀλλὰ ψεύδονται. Καὶ ποιήσω αὐτοὺς ἵνα ἥξωσι καὶ προσκυνήσωσιν ἐνώπιον τῶν ποδῶν σου, καὶ γνῶσιν ὅτι ἐγὼ ἠγάπησά σε.*

III, 9. *Ecce do de synagoga Satanæ, qui dicunt se Judæos esse et non sunt; sed mentiuntur. Ecce faciam illos ut veniant, et adorent ante pedes tuos, et scient quia ego dilexi te.*

[*Ἰδοὺ δίδωμι ἐκ τῆς συναγωγῆς τοῦ Σατανᾶ.*] — Ἕξεις, φησὶ, μισθὸν τῆς ὁμολογίας τοῦ ἐμοῦ ὀνόματος τὴν τῶν Ἰουδαίων ἐπιστροφήν τε καὶ μετάνοιαν· οἳ προσπεσοῦνται τοῖς ποσί σου, τὴν πρὸς ἐμὲ προσαγωγὴν καὶ τὸν ἐξ ἐμοῦ φωτισμὸν αἰτούμενοι καὶ ἐν τῷ κρυπτῷ τῆς καρδίας, [οὐκ] ἐν τῷ φανερῷ λοιπὸν Ἰουδαΐζοντες.

Confessionis mercedem, qua confessus es nomen meum, Judæorum conversionem et pœnitentiam feres, inquit : procident hi namque ad pedes tuos, enixeque ut ad me adducantur mentisque illuminationem consequantur, abs te petent; de cætero non jam in aperto, sed abscondito cordis, Judæi futuri.

*Ὅτι ἐτήρησας τὸν λόγον τῆς ὑπομονῆς μου·*

III, 10, 11. *Quoniam servasti verbum patientiæ meæ.*

Digitized by Google

*et ego servabo te ab hora tentationis, quæ ventura est in orbem universum, tentare habitantes in terra. Ecce venio cito : tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam.*

*κἀγώ σε τηρήσω ἐκ τῆς ὥρας τοῦ πειρασμοῦ τῆς μελλούσης ἔρχεσθαι ἐπὶ τὴν οἰκουμένην ὅλην, πειρᾶσαι τοὺς κατοικοῦντας ἐπὶ τῆς γῆς. Ἔρχομαι ταχύ· κράτει ὃ ἔχεις, ἵνα μηδεὶς λάβῃ τὸν στέφανόν σου.*

*Tentationis horam* aut sævam impiorum tyrannorum, qui urbis Romanæ clavum tum temporis tenebant, adversus Christianos persecutionem appellat : ea enim jam tum præ foribus urgebat ; a qua se illam liberaturum spondet : aut eam certe tempestatem, quam Antichristus sub finem sæculi contra Christi fideles per universum mundum excitabit : ex qua Christus Dominus sectatores suos, ne supra vires tententur, sese erepturum promittit, sive per corporis dissolutionem ante illud tempus e medio illos tollat, sive alia via et ratione ab impendenti periculo eosdem eripiat. Apposite autem dicit, *Ecce venio cito :* siquidem post dierum illorum afflictionem, ut in Evangeliis legimus, Judex statim est venturus : propterea quoque serio admonet, ut fidei thesaurum inviolatum conservent, operamque dent sedulam ne patientiæ coronam amittant.

*Τὴν ὥραν δὲ τοῦ πειρασμοῦ*, εἴτε ὡς αὐτίκα [μάλα] παρεσομένην, τὴν τῶν ἀσεβῶς τῆς Ῥώμης τοτηνικαῦτα βασιλευσάντων κατὰ Χριστιανῶν δίωξιν εἴρηκεν· ἧς λυτροῦσθαι αὐτὴν ἐπαγγέλλεται· ἢ τὴν ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος παγκόσμιον κατὰ τῶν πιστῶν τοῦ Ἀντιχρίστου κίνησιν λέγει, [ἐξ] ἧς ἐλευθεροῦν τοὺς ζηλωτὰς αὐτῆς ὑπισχνεῖται, προαναρπαζομένους διὰ τῆς ἐντεῦθεν ἀναλύσεως, ἵνα μὴ πειρασθῶσιν ὑπὲρ ὃ δύνανται. Καλῶς δέ φησιν· *Ἔρχομαι ταχύ·* μετὰ γὰρ τὴν θλίψιν τῶν ἡμερῶν ἐκείνων εὐθέως, [ὡς] φησιν, ὁ Κύριος ἐλεύσεται· διὸ παρεγγυᾷ κρατῆσαι τὸν θησαυρὸν τῆς πίστεως ἄσυλον, ἵνα μή τις ἀπολέσῃ τὸν τῆς ὑπομονῆς στέφανον.

III, 12. *Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei, et foras non egredietur amplius.*

Recte illud. Nam qui adversarias potestates debellaverit, columna et firmamentum Ecclesiæ constituitur, utpote immotum, juxta Apostoli doctrinam, fundamentum in illa habens.

*Ὁ νικῶν, ποιήσω αὐτὸν στύλον ἐν τῷ ναῷ τοῦ Θεοῦ μου, καὶ ἔξω οὐ μὴ ἐξέλθῃ ἔτι.*

Εἰκότως [δὲ εἶπε ποιῆσαι τὸν νικῶντα στύλον ἐν τῷ ναῷ τοῦ Θεοῦ]. Ὁ γὰρ νικητὴς τῶν ἐναντίων δυνάμεων, στύλος καὶ ἑδραίωμα τῆς Ἐκκλησίας καθίσταται, ἀκίνητον ἐν αὐτῇ τὴν βάσιν ἔχων, κατὰ τὸν [θεῖον] Ἀπόστολον.

III, 12. *Et scribam super eum nomen Dei mei, et nomen civitatis Dei mei novæ Jerusalem, quæ descendit de cœlo a Deo meo; et nomen meum novum.*

**16** In corde, inquit, ejusmodi columnæ divini nominis superuæque Jerusalem notitiam inscribam ; quo pulchritudinem, quæ in ipsa exsistit, spiritalibus oculis consideret. Et *nomen* itidem *meum novum*, quod in futuro sæculo inter sanctos percelebre erit. Verbum autem posteaquam citra ullam sui mutationem caro semel nostra causa effectum est, susceptæ humanitati sermonem admetiens, humanoque more loquens, cœlestem Patrem *Deum* appellat *suum*. *Jerusalem* autem *e supernis descendere* dicitur, siquidem divina cognitio ab angelis exorsa, certo quodam ordine, ad homines usque pertingit. Per Christum namque caput nostrum hi et illi inter se invicem apti sunt.

*Καὶ γράψω ἐπ' αὐτὸν τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ μου, καὶ τὸ ὄνομα τῆς πόλεως τοῦ Θεοῦ μου τῆς καινῆς Ἱερουσαλὴμ, ἡ καταβαίνει ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ μου· καὶ τὸ ὄνομά μου τὸ καινόν.*

[*Καὶ γράψω ἐπ' αὐτὸν τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ μου.* — Καὶ] ἐπὶ τὴν καρδίαν, φησὶν, τοῦ τοιούτου στύλου χαράξω τὴν γνῶσιν τοῦ θείου ὀνόματος, καὶ τῆς ἄνω Ἱερουσαλὴμ· ἵνα ἴδῃ τὰ ἐν αὐτῇ κάλλη τοῖς τοῦ πνεύματος ὄμμασι· καὶ τὸ *καινόν μου ὄνομα*, τὸ [ἐν] τοῖς ἁγίοις ἐν τῷ μέλλοντι [αἰῶνι] γνωριζόμενον. Τὸ δὲ, *Θεοῦ μου*, ἀνθρωπίνως περὶ τοῦ Πατρὸς εἴρηκεν, ὡς σὰρξ δι' ἡμᾶς ἀτρέπτως γενόμενος. *Ἄνωθεν δὲ ἡ Ἱερουσαλὴμ καταβαίνει·* ἐκ μὲν ἀγγέλων ἀρξαμένης τῆς θείας γνώσεως, μέχρις ἡμῶν δὲ καταντησάσης, συναφθέντων ἀλλήλοις διὰ Χριστοῦ τῆς κεφαλῆς ἡμῶν.

III, 13. *Qui habet aures, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis.*

Istiusmodi aurem ut et nos consequamur, precibus ad Deum fusis indefesse contendamus.

*Ὁ ἔχων οὖς, ἀκουσάτω τί τὸ Πνεῦμα λέγει ταῖς Ἐκκλησίαις.*

[*Ὁ ἔχων οὖς, ἀκουσάτω.*] — Τούτου τοῦ ὠτίου καὶ ἡμεῖς τυχεῖν εὐξώμεθα.

## CAPUT IX.

*Qualia Laodicensium Ecclesiæ angelo significata fuerint.*

## ΚΕΦΑΛ. Θ'.

*Τὰ δηλωθέντα πρὸς τὸν τῆς Λαοδικέων Ἐκκλησίας ἄγγελον.*

III, 14. *Et angelo Laodicæ Ecclesiæ scribe : Hæc dicit Amen, testis fidelis et verus, qui est principium creaturæ Dei.*

Fidelitatis voce Christi veritas hoc loco insinuatur : aut verius, illum esse ipsummet *Amen*, vel

*Καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐν Λαοδικείᾳ Ἐκκλησίας γράψον· Τάδε λέγει ὁ Ἀμὴν, ὁ μάρτυς ὁ πιστὸς καὶ ἀληθινὸς, ἡ ἀρχὴ τῆς κτίσεως τοῦ Θεοῦ.*

Καὶ διὰ τοῦ πιστοῦ ἡ ἀλήθεια τοῦ Χριστοῦ δείκνυται· μᾶλλον δὲ ὅτι αὐτὸς οὐσιώδης ἐστὶν ἀλήθεια.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

Ἀρχὴ [*δὲ τῆς κτίσεως*·] ἀντὶ τοῦ, βασιλεία· καὶ ἀρχὴ πάντων, ὡς τῶν κτισμάτων δεσπόζουσα. Ἀρχὴ γὰρ [τῆς] κτίσεως ἡ προκαταρκτικὴ αἰτία καὶ ἄκτιστος.

*Οἶδά σου τὰ ἔργα· ὅτι οὔτε ψυχρὸς εἶ, οὔτε ζεστός* [*ὅτι χλιαρὸς εἶ*]. *Ὄφελον ψυχρὸς ἦς ἢ ζεστός! Οὕτως ὅτι χλιαρὸς εἶ, καὶ οὔτε ζεστὸς, οὔτε ψυχρός.*

Καὶ ὁ Θεολόγος φησὶ Γρηγόριος· *Δέον ἀκριβῶς ζεῖν, ἢ ἀκριβῶς ἀπεψύχθαι.* Εἰκότως· ὁ μὲν γὰρ ψυχρὸς, καὶ τῆς ζεούσης πίστεως ἄγευστος, ἐν ἐλπίδι πολλάκις ἔσται τοῦ τυχεῖν αὐτῆς· ὁ δὲ ζέσας διὰ τοῦ βαπτίσματος τῷ Πνεύματι, καὶ ἀποψυχθεὶς διὰ ῥᾳθυμίαν ὕστερον, ἑαυτῷ τὰς ἐλπίδας τῆς σωτηρίας ἐξέκοψε, καταγνοὺς τῆς αἱρεθείσης πίστεως. Ἔργοις μὲν γὰρ οὐκ ἀπογνωστέα ἡ μεσότης· ὥσπερ ὁ ἔννομος γάμος, μέσος ὢν παρθενίας καὶ πορνείας, οὐκ ἀπόβλητος· ἐν δὲ τῇ πίστει, τὸ μέσον καὶ χλιαρὸν ἀδόκιμον.

A ipsissimam veritatem per essentiam, hac phrasi indicatur. Vocatur autem *creaturæ principium*, quia est primordialis et increata ejusdem causa: vel ob id creaturæ ἀρχὴ vocatur, quia absolutum in res omnes productas principatum tenet.

III, 15, 16. *Scio opera tua, quod neque frigidus es, neque calidus: utinam frigidus esses, aut calidus! Sed quia tepidus es, et nec frigidus nec calidus, incipiam te evomere ex ore meo.*

Cum hominem accurate vivere, hoc est, *vel insigniter fervere, vel insigniter frigere* oporteat, merito (inquit Gregorius Theologus) dicit: *Utinam frigidus aut fervidus esses!* Siquidem qui omnino adhuc friget, hoc est, ferventis fidei exsors est, prorsus spem facit fore ut eam aliquando consequatur, B adeoque ex frigido fervidus evadat: at vero qui per baptismum spiritu fervidus semel exstitit, et postea per ignaviam intepuit, ille salutis spem sibi ipsi quodammodo amputavit; fide nimirum, quam ante complexus videbatur, repudiata. Sane in operibus externis, quod medium servat, non est semper respuendum, quasi cum vitio sit conjunctum (neque enim legitimum conjugium, quod medium tenet inter virginitatis custodiam et vagam libidinem, est condemnandum). At vero medium, hoc est tepidum in fide, jure ab omnibus improbatur.

*Μέλλω σε ἐμέσαι ἐκ τοῦ στόματός μου· ὅτι λέγεις, Πλούσιός εἰμι, καὶ πεπλούτηκα, καὶ οὐδενὸς χρείαν ἔχω. Καὶ οὐκ οἶδας ὅτι σὺ εἶ ὁ ταλαίπωρος,* [*καὶ ἐλεεινὸς,*] *καὶ πτωχὸς, καὶ τυφλὸς, καὶ γυμνός.*

Ὥσπερ γὰρ, φησὶ, τὸ χλιαρὸν ἔμετον κινεῖ τοῖς μεταλαμβάνουσιν, οὕτω κἀγώ σε ὡς βδελυκτὸν βρῶμα ἐμέσω διὰ λόγου στόματός μου εἰς αἰώνιον κόλασιν· ὅτι ταῖς ἀκάνθαις τοῦ πλούτου τὸν σπόρον τοῦ θείου λόγου συμπνίγουσα, τὴν ἑαυτῆς ἐν τοῖς πνευματικοῖς ἀγνοεῖς πτωχείαν, καὶ τὴν τῶν νοητῶν [σου] ὀφθαλμῶν τύφλωσιν, καὶ τὴν ἐξ ἀγαθῶν πράξεων γύμνωσιν.

III, 16, 17. *Incipiam te evomere ex ore meo, quia dicis: Dives sum, et locupletatus, et nullius egeo; et nescis quia tu es miser, et miserabilis, et pauper, et cæcus, et nudus.*

Quemadmodum, inquit, tepidum iis ciere vomi-C tum solet qui illud assumunt, ita ego quoque per verbum oris mei te veluti exsecrabilem escam in sempiternum supplicium exspuam. Nam divitiarum spinis obsitus, divini verbi semen in te præfocas, tuamque in rebus spiritalibus inopiam ignoras; neque interiorum oculorum tuorum cæcitatem curas, neque tuam quoque a bonis operibus nuditatem satis accurate consideras.

*Συμβουλεύω σοι ἀγοράσαι παρ' ἐμοῦ χρυσίον πεπυρωμένον ἐκ πυρὸς, ἵνα πλουτήσῃς· καὶ ἱμάτια λευκὰ, ἵνα περιβάλῃ, καὶ μὴ φανερωθῇ ἡ αἰσχύνη τῆς γυμνότητός σου· καὶ κολλύριον ἔγχρισον τοὺς ὀφθαλμούς σου, ἵνα βλέπῃς.*

Εἰ δὲ πλουτῆσαι βούλῃ, φησὶ, συμβουλεύω σοι, παρ' ἐμοῦ τοῦ πλουτίζοντος κτήσασθαι προθέσει ζεούσῃ καὶ καρδίᾳ θελούσῃ, χρυσίον πεπυρωμένον, [ἤγουν] τὸν διδασκαλικὸν λόγον, τὸν τῷ πυρὶ τῶν πειρασμῶν λαμπρυνόμενον· δι' οὗ ἕξεις ἐν τῇ καρδίᾳ τὸν θησαυρὸν ἄσυλον, καὶ περιβαλῇ τὴν στολὴν τῶν ἀρετῶν τὴν ὑπέρλαμπρον· δι' ἧς ἡ προσγενομένη σοι ἐξ ἁμαρτίας ἀμφιασθήσεται γύμνωσις. *Κολλύριον* δὲ, ἡ ἀκτημοσύνη. Εἰ γὰρ δῶρα ἐκτυφλοῖ ὀφθαλμοὺς βλεπόντων, τούτους πάντως ἀνοίγει τὸ ἀδωροδόκητον.

17 III, 18. *Suadeo tibi emere a me aurum ignitum probatum, ut locuples fias: et vestimentis albis induaris, ut non appareat confusio nuditatis tuæ: et collyrio inunge oculos tuos, ut videas.*

Si ditescere lubet, a me, inquit, qui veras stabilesque opes largior, ferventi desiderio volentique D animo ignitum aurum emito; nempe sacræ doctrinæ verbum igne tentationum exploratum splendidumque redditum. Per hoc enim cordi tuo ejusmodi thesaurus obtinget, qui nec violari nec diripi facile poterit. Vestierisque splendida virtutum stola, qua nuditas, quam ex peccato contraxeras, contegetur. Per *collyrium* autem innuere videtur externarum rerum penuriam, munerumque despicientiam. Nam si dona videntium oculos excæcant, omnino munerum contemptio hos aperiet.

*Ἐγὼ ὅσους ἐὰν φιλῶ, ἐλέγχω καὶ παιδεύω. Ζήλωσον οὖν καὶ μετανόησον.*

[*Ἐγὼ ὅσους ἐὰν φιλῶ, ἐλέγχω.* —] Βαβαὶ τῆς φιλανθρωπίας! πόσῃ ἀγαθότητι ὁ ἔλεγχος κέκραται!

*Ἰδοὺ ἕστηκα ἐπὶ τὴν θύραν, καὶ κρούω· ἐὰν*

III, 19. *Ego quos amo, arguo et castigo. Æmulare ergo, et pœnitentiam age.*

Papæ! quanta Dei clementia! quanta suavitate et benignitate reprehensionem temperat!

III, 20. *Ego sto ad ostium et pulso. Si quis au-*

Digitized by Google

*dierit vocem meam, et aperuerit mihi januam, intrabo ad illum, et cœnabo cum illo, et ipse mecum.*

Mea, inquit, præsentia nulli vim affert. Cordis ostium pulso; prompte aperienti super salute sua gratulor; illamque opiparæ cœnæ loco duco : siquidem iis rebus præcipue capior et pascor, quibus ipsi spiritum alunt, famemque audiendi verbum Dei sedant, ac erroris tenebras propulsant.

III, 21, 22. *Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut et ego vici, et consedi cum Patre meo in throno ejus. Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis.*

Per *solium* regnum futurique sæculi requies denotatur. Ait ergo : Quisquis hostem, qui sub aspectum non venit, devicerit, ille mecum regnabit, meæque gloriæ particeps erit. Cum autem addit, *Sicut et ego vici*, ob assumptam carnem, ut homo loquitur; neque enim Deus Verbum, cœleste regnum tanquam virtutis præmium aliquando tulit; quippe qui naturaliter et ab omni æternitate illud possederit. Nisi enim natura sua ita comparatus esset, aliis illud impertiri non posset : cum tamen, secundum tonitrui filium Theologum, pro potestatis suæ plenitudine sanctis illud impertiri consueverit. Ad eamdem quoque potestatem spectat, judices designare et instituere; sicuti sanctos apostolos duodecim tribuum Israel judices jam designavit olimque futuros promisit. Etenim posteaquam, cum Deus alioqui et sempiternus Rex esset, nostra causa semel factus est homo, nostraque omnia, solo peccato excepto, participavit, ea omnia quæ divinitatis illius propria erant, neque humanæ tamen naturæ repugnabant, iis qui diabolum superassent, vicissim impertiri constituit. Eapropter ut ille in sua ad cœlos assumptione nube tanquam vehiculo uti voluit; ita sanctos quoque, ut Apostolus testatur, per nubem in occursum suum quondam abripiet.
**18** Rursum ut ipse, tanquam creaturæ Dominus, rerumque conditor, judex venturus est; ita sanctis quoque illustribusque viris eos judicandi et condemnandi potestatem largietur, qui divinæ vereque beatæ servitutis jugum superbe excusserunt. *Nescitis*, ait Apostolus, *quia angelos judicabimus*[1]? nempe tenebrarum principes. Cum ergo judicem nacti simus usque adeo benignum et clementem, ut illum benevolum clementemque experiamur, operam demus sedulam, illudque Salomonis; *Vestimenta tua omni tempore sint candida*[2], hoc est, nullis pravis operibus contaminata, omni studio explere contendamus. Ad eum enim modum nuptiali veste animas nostras convestientes, immortali Sponso et Regi nos commendabimus, ipsique per virtutem conjuncti, sempiternis illis bonis potiemur : in ipso Christo Deo et Domino nostro, eorumdemque bonorum largitori : cum quo Patri, cum vivifico sanctissimoque Spiritu, sit honor, gloria, et adoratio in sæcula sæculorum. Amen.

A [*οὖν*] *τις ἀκούσῃ τῆς φωνῆς μου καὶ ἀνοίξῃ τὴν θύραν, εἰσελεύσομαι πρὸς αὐτὸν, καὶ δειπνήσω μετ' αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς μετ' ἐμοῦ.*

[*Ἰδοὺ, ἧκα ἐπὶ τὴν θύραν, καὶ κρούω.* —] Ἀβίαστος, φησὶν, ἡ ἐμὴ παρουσία. Τὴν θύραν τῆς καρδίας κρούω· καὶ τοῖς ἀνοίγουσιν ἐπὶ τῇ αὐτῶν σωτηρίᾳ συνευφραίνομαι. Τροφὴν γὰρ καὶ δεῖπνον ταύτην ἥγημαι, τρεφόμενος ἐφ' οἷς αὐτοὶ τρέφονται, καὶ τὸν λιμὸν τοῦ ἀκοῦσαι λόγον Κυρίου καὶ τὸ σκότος τῆς πλάνης ἀποφεύγουσι.

*Ὁ νικῶν, δώσω αὐτῷ καθίσαι μετ' ἐμοῦ ἐν τῷ θρόνῳ μου· ὡς κἀγὼ ἐνίκησα καὶ ἐκάθισα μετὰ τοῦ Πατρός μου ἐν τῷ θρόνῳ αὐτοῦ. Ὁ ἔχων οὖς, ἀκουσάτω τί τὸ Πνεῦμα λέγει ταῖς Ἐκκλησίαις.*

B Διὰ δὲ *τοῦ θρόνου* ἡ βασιλεία καὶ ἡ ἀνάπαυσις τοῦ μέλλοντος αἰῶνος δείκνυται. Φησὶ τοίνυν, ὅτι Οἱ τὸν ἐχθρὸν νικήσαντες, συνδοξασθήσονταί μοι καὶ συμβασιλεύσουσι. Τὸ δὲ, *Ὡς κἀγὼ ἐνίκησα*, ἀνθρωπίνως εἴρηται, διὰ τὴν πρόσληψιν. Οὐ γὰρ ἆθλον ἀρετῆς τὴν βασιλείαν ὁ Θεὸς Λόγος ἐκτήσατο (ταύτην γὰρ ἔχει οὐσιωδῶς [ὡς] ἀΐδιον. Εἰ γὰρ μὴ τοῦτο, οὐκ ἂν ἑτέροις μεταδιδόναι ταύτης ἠδύνατο, ἀλλὰ κατὰ τὸν Θεολόγον καὶ τῆς βροντῆς υἱὸν, ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ τοῖς ἁγίοις [πᾶσι] μετέδωκεν· ὅθεν καὶ τοῖς ἱεροῖς ἀποστόλοις ἐπήγγελται καθίσειν ἐπὶ δώδεκα θρόνους κρίνειν τὰς [δώδεκα] φυλὰς τοῦ Ἰσραὴλ μέλλοντας. Ἐπειδὴ γὰρ [δι' ἡμᾶς] ἄνθρωπος γέγονε, Θεὸς ὑπάρχων καὶ βασιλεὺς προαιώνιος, C καὶ πάντων τῶν ἡμετέρων ἁμαρτίας χωρὶς μετέσχηκεν, πάντων τῶν ἑαυτοῦ τοῖς νικηταῖς τοῦ διαβόλου μετέδωκε, καθὼς ἦν δυνατὸν ἀνθρώποις ὑποδέξασθαι. Ὅθεν νεφέλην ὄχημα τῆς εἰς οὐρανοὺς ἀναβάσεως ἐν τῇ ἀναλήψει αὐτοῦ ποιησάμενος, καὶ τοὺς ἁγίους ἐπὶ νεφελῶν διὰ τοῦ Ἀποστόλου φησὶν ἁρπαγήσεσθαι πρὸς τὴν αὐτοῦ ὑπάντησιν· καὶ κριτὴς, ὡς Δημιουργὸς καὶ Δεσπότης τῆς κτίσεως, ἐλευσόμενος, κρίνειν τοῖς ἁγίοις παρέξει τοὺς τῆς θείας ὄντως καὶ μακαρίας δουλείας ἀφηνιάσαντας, ὥς φησιν ὁ Ἀπόστολος· *Οὐκ οἴδατε ὅτι ἀγγέλους κρινοῦμεν;* δηλαδὴ τοὺς τοῦ σκότους ἄρχοντας. Ἐπεὶ τοίνυν οὕτω φιλάνθρωπον τὸν κριτὴν ἔχομεν, εὐμενοῦς αὐτοῦ τυχεῖν σπουδάσωμεν· διηνεκῶς πληροῦντες τὸ Σολομώντειον λόγιον· *Ἐν παντὶ καιρῷ ἔστωσαν* D *τὰ ἱμάτιά σου λευκὰ*, [ταῖς] πονηραῖς μὴ ῥυπαινόμενα πράξεσιν. Οὕτω γὰρ νυμφικῶς τὰς ψυχὰς ἡμῶν κοσμήσαντες, ἐπεράστους ἑαυτοὺς τῷ [ἀθανάτῳ Νυμφίῳ καὶ] Βασιλεῖ [πρὸς συνάφειαν] παραστήσομεν, καὶ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν [δι' ἀρετῶν αὐτῷ συναφθέντες] τευξόμεθα, ἐν αὐτῷ Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν, τῷ τούτων χορηγῷ· μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις, ἅμα τῷ παναγίῳ Πνεύματι, [νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ] εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[1] I Cor. vi, 3. [2] Eccle. ix, 8.

Digitized by Google

Распознавание текста ABK/FR

## ΚΕΦΑΛ. Γ'. ΛΟΓΟΣ Δ'.

*Περὶ τῆς ὁραθείσης θύρας ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ τῶν κδ' πρεσβυτέρων [καὶ τῶν ἑξῆς].*

***Μετὰ ταῦτα εἶδον· καὶ ἰδοὺ θύρα ἠνεῳγμένη ἐν τῷ οὐρανῷ· καὶ ἡ φωνὴ ἡ πρώτη ἣς ἤκουσα, ὡς σάλπιγγος λαλούσης μετ' ἐμοῦ, λέγουσα· Ἀνάβα ὧδε· καὶ δείξω σοι ἃ δεῖ γενέσθαι μετὰ ταῦτα.***

Ἡ περιαίρεσις τῆς θύρας τῶν κρυπτῶν τοῦ Πνεύματος μυστηρίων σημαίνει τὴν δήλωσιν· ἡ δὲ *σάλπιγξ*, τὸ τοῦ ἀποκαλύπτοντος μεγαλόφωνον· τὸ δέ, *Ἀνάβα ὧδε*, τὸ τῶν γηΐνων τελείως ἀποστῆναι καὶ ἐν οὐρανῷ γενέσθαι τὴν διάνοιαν τοῦ ἀκούοντος.

***Καὶ εὐθέως ἐγενόμην ἐν Πνεύματι· καὶ ἰδοὺ θρόνος ἔκειτο ἐν τῷ οὐρανῷ· καὶ ἐπὶ τοῦ θρόνου καθήμενος ὅμοιος ὁράσει λίθῳ ἰάσπιδι καὶ σαρδίῳ, καὶ ἶρις κυκλόθεν τοῦ θρόνου, ὁμοία ὁράσει σμαραγδίνῳ.***

[***Καὶ εὐθέως ἐγενόμην ἐν Πνεύματι.*** —] Τῆς φωνῆς, φησίν, ἀκούσας, καὶ τῷ Πνεύματι τυπωθεὶς τὸ ἡγεμονικόν, *θρόνον* ἐθεασάμην· δι' οὗ δηλοῦται ἡ ἐν τοῖς ἁγίοις τοῦ Θεοῦ ἀνάπαυσις· αὐτοῖς γὰρ ἐνθρονίζεται. Ἐπειδὴ δὲ τὸν Πατέρα τὸν ὁραθέντα ἐνταῦθα παρίστησι, σωματικὸν αὐτῷ χαρακτῆρα οὐ περιτίθησιν, ὥσπερ ἐν τῇ προτεραίᾳ τοῦ Υἱοῦ ὀπτασίᾳ· ἀλλὰ τιμίοις αὐτὸν λίθοις ἀπεικάζει· τῆς μὲν *ἰάσπιδος* σημαινούσης, ὡς χλοερᾶς [οὔσης], ὁμοῦ τὸ ἀειθαλὲς καὶ φερέσβιον καὶ τροφῆς χορηγὸν τῆς θείας φύσεως, διὰ τὸ πᾶν σπέρμα χλοηφορεῖν· πρὸς τούτῳ δὲ καὶ τὸ φοβερὸν τοῖς ὑπεναντίοις. Φασὶ γὰρ τὴν ἴασπιν φοβερὰν εἶναι θηρίοις καὶ φάσμασι· μετὰ τοῦτο δέ, καὶ τῶν ἐπιδεχομένων τὴν ψυχικὴν ἴασιν, τὸ θεραπευτικόν. Λέγει γὰρ ὁ μέγας Ἐπιφάνιος, τοῦτον τὸν λίθον ἰατρεύειν οἰδήματά τε καὶ τὰς ἀπὸ σιδήρου πληγάς, ἐπιχριόμενον· ἡ δὲ *ἶρις, σμαραγδίζουσα*, τὸ ποικίλον καὶ ἀνθοῦν ἐν ἀρεταῖς τῶν ἀγγελικῶν ἐμφαίνει τάξεων.

## CAPUT X. SERMO IV.

*De ostio quod in cœlo visum est apertum: deque viginti quatuor senioribus, et aliis quibusdam, quæ hinc ordine consequuntur.*

IV, 1. *Post hæc vidi, et ecce ostium apertum in cœlo, et vox prima quam audivi, tanquam tubæ loquentis mecum, dicens: Ascende huc, et ostendam tibi quæ oportet fieri cito.*

Cœlestis ostii patefactio, occultorum mysteriorum Spiritus explicationem significat: *Tuba* autem, grandisonam patefacientis vocem. Illud vero, *Ascende huc*, audientis mentem a rebus hisce fluxis atque terrenis perfecte avulsam, in cœlo versari indicat.

IV, 2, 3. *Post hæc statim fui in spiritu. Et ecce sedes posita erat in cœlo; et supra sedem sedens. Et qui sedebat, similis erat aspectui lapidis jaspidis et sardinis: et iris erat in circuitu sedis, similis visioni smaragdinæ.*

Cum, inquit, vocem audivissem, mensque mea divini Spiritus allapsu tacta fuisset, ecce mox *thronum* in cœlo positum vidi. Per hanc autem *sedem* Christi in sanctis requies designatur: siquidem in illis veluti in throno quodam insidet. Cæterum Patri, quem hoc loco visum inducit, nullam omnino corpoream figuram affingit, ut in prima visione Filio affinxerat; verum pretiosis tantum lapidibus illum comparat. Jaspidi quidem, quod is viridis exsistat, suaque viriditate divinæ naturæ symbolum præ se ferat. Hæc namque semper floret et viret, vitamque et escam viventibus omnibus præstat. Sed et omne quoque terræ semen viridem herbam fundere solet. Assimulatur adhæc *sardio*, ob terrorem quem hostibus incutere natus est. Aiunt namque sardium feris spectrisque terribilem videri: vi præterea, quam natura insitam habet, ægra corpora sanare solitum. Sane, ut magno Epiphanio placet, non modo tumoribus, si commode adhibeatur, medetur; verum etiam ferro illatis vulneribus. Porro *iris*, quæ *smaragdi* colorem æmulatur, varia et florida cœlestium virtutum et ordinum ornamenta, diversaque eorumdem munia et ministeria adumbrat.

***Καὶ κύκλῳ τοῦ θρόνου, θρόνοι εἰκοσιτέσσαρες· καὶ ἐπὶ τοῖς θρόνοις εἰκοσιτέσσαρας πρεσβυτέρους καθημένους [καὶ] περιβεβλημένους [ἐν] ἱματίοις λευκοῖς· καὶ ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν στεφάνους χρυσοῦς.***

*Εἰκοσιτέσσαρας δὲ πρεσβυτέρους* τις τῶν πρὸ ἡμῶν Ἄβελ καὶ ἑτέρους εἴκοσι τῆς Παλαιᾶς ἐξελάβετο, καὶ τρεῖς τῆς Νέας. Εἴτε δὲ τοῦτό ἐστιν, εἴτε μᾶλλον τοὺς πρὸς ταῖς πράξεσι καὶ τῷ λόγῳ κεκοσμημένους, χρὴ νοεῖν τὸ διὰ τῶν εἰκοσιτεσσάρων στοιχείων δηλούμενον, ὁ ἀναγινώσκων δοκιμαζέτω. Τάχα δὲ ἐκλαβεῖν ἀκολουθότερον διὰ τῶν ιβ' πρεσβυτέρων, τοὺς ἐν τῇ Παλαιᾷ διαλάμψαντας· διὰ δὲ τῶν ἑτέρων ιβ', τοὺς ἐν τῇ Νέᾳ διαπρέψαντας· κἀκείνων γὰρ δώδεκα φύλαρχοι, καὶ τῶν ἐν τῇ Νέᾳ δώδεκα ἀπόστολοι προηγήσαντο· οἷς καθίσαι ἐπὶ δώδεκα θρόνων ὁ Κύριος ἐπηγγείλατο. *Τὰ δὲ λευκὰ ἱμάτια* τοῦ λαμπροῦ βίου καὶ τῆς ἀλήκτου ἑορτῆς

**19** IV, 3. *Et in circuitu sedis sedilia viginti quatuor: et super thronos viginti quatuor seniores sedentes, circumamicti vestimentis albis: et in capitibus suis coronæ aureæ.*

Hunc *viginti quatuor seniorum* numerum quidam ex priscis interpretibus constituisse existimant Abelem, cum aliis viginti Veteris, et tribus Novi Testamenti patribus. Ast certumne id sit, an vero pro viginti quatuor elementorum Græcorum numero, rectius per hos accipiantur viginti quatuor qui actione et cognitione præ cæteris excelluerunt, hoc judicium penes lectorem esto. Nobis illorum opinio magis probatur, qui per duodecim seniores intellexerunt duodecim viros qui in veteri lege sapientia et virtute præ aliis illustres exstitere: per reliquos autem duodecim, totidem alios Novi Testamenti heroas. Apud Judæos celebres fuere duodecim pa-

Digitized by Google
Распознавание текста ABK/FR

triarchæ, duodecim tribuum principes et quasi capita. In Novo autem, duodecim apostoli; quos propter excellentem virtutem et sapientiam, Christus Dominus duodecim tribuum Israel judices olim futuros docuit. *Candidæ* autem *stolæ*, symbolum sunt integræ puræque vitæ: tum perpetuæ quoque festivitatis solidæque lætitiæ, 'qua beati potientur. *Coronæ* tandem *aureæ*, victoriæ adversus malignos dæmones, non absque magna animi fortitudine obtentæ, sunt notæ.

A καὶ εὐφροσύνης σύμβολά [εἰσιν·] οἱ δὲ *στέφανοι*, τῆς νίκης ἣν πρὸς τοὺς πονηροὺς δαίμονας κατώρθωσαν ἀνδρισάμενοι.

IV, 5. ***Et de throno procedebant fulgura, et voces, et tonitrua.***

Et hinc quoque planum fit, quam terribilem ac formidabilem Deus iis exhibere sese soleat, qui illius patientia et mansuetudine abutuntur. Nam hominibus salute dignis *tonitrua* isthæc et *fulgura* lucem verius et voluptatem quam terrorem afferent. Alterum namque ex his, mentis illorum oculos lumine perfundet; alterum vero, spiritales eorumdem aures perficiet, et quadam suavitate afficiet.

***Καὶ ἐκ τοῦ θρόνου ἐκπορεύονται ἀστραπαὶ καὶ φωναὶ καὶ βρονταί.***

Κἀντεῦθεν τὸ φοβερὸν καὶ καταπληκτικὸν τοῦ Θεοῦ κατὰ τῶν ἀναξίων τῆς αὐτοῦ μακροθυμίας δείκνυται. Τοῖς μέντοι σωτηρίας ἀξίοις τούτων ἑκάτερα φωτισμὸν ἐντίθησιν· ἡ μὲν τοῖς τῆς διανοίας ὄμμασιν, ἡ δὲ τοῖς πνευματικοῖς ὠσὶν ἐμπίπτουσα.

IV, 5, 6. ***Et septem lampades ardentes ante thronum; quæ sunt septem spiritus Dei: et in conspectu sedis tanquam mare vitreum simile crystallo.***

Per *septem* hos *spiritus*, aut septem angelos cæteris præstantiores cum Irenæo accipere oportet: aut septem vivifici illius Spiritus charismata. Quorum mentionem facit Isaias propheta. Utraque expositio ratione et auctoritate nititur. Cæterum per *mare vitreum* immensa illa sanctarum Virtutum multitudo, rerumque cœlestium ab omni labe immunitas; necnon pax illa summaque futuræ vitæ tranquillitas designatur. Sunt tamen qui per *mare vitreum* aquas illas quæ secundum Psalmistam super cœlos firmatæ, homini prorsus incognitæ et inaccessæ sunt, denotatas putant: aut crystallinam cœli naturam, aut singularem certe divini illius pavimenti fulgorem et perspicuitatem. Verum rerum quæ mentis nostræ captum excedunt, investigationi prolixius, quam par est, insistere, ridiculum fortassis fuerit.

B ***Καὶ ἑπτὰ λαμπάδες πυρὸς καιόμεναι ἐνώπιον τοῦ θρόνου· αἵ εἰσι τὰ ἑπτὰ πνεύματα τοῦ Θεοῦ. Καὶ ἐνώπιον τοῦ θρόνου, θάλασσα ὑαλίνη, ὁμοία κρυστάλλῳ.***

Τὰ δὲ *ἑπτὰ πνεύματα* τοῦ Θεοῦ, εἴτε, ὥς φησιν Εἰρηναῖος, ἑπτὰ ἀγγέλους τῶν λοιπῶν ὑπερέχοντας δεῖ νοεῖν, εἴτε τὰς ἐνεργείας τοῦ ζωοποιοῦ Πνεύματος, ὧν Ἠσαΐας μέμνηται. Οὐδ' ἕτερον οἶμαι ἀπίθανον· *ἡ δὲ ὑαλίνη θάλασσα* τὸ πλῆθος τῶν ἁγίων Δυνάμεων καὶ τὸ καθαρὸν καὶ ἀκηλίδωτον, καὶ τὸ τῆς μελλούσης ζωῆς χαρακτηρίζει ἀτάραχον. Τάχα δὲ διὰ ταύτης δηλοῦται τὰ οὐράνια νῶτα, ἀνεφίκτοις ἡμῖν ὕδασι, κατὰ τὸν Ψαλμῳδόν, στεγαζόμενα. Εἰ δέ τισι κρυσταλλοειδὴς ἡ τοῦ οὐρανοῦ φύσις νενόμισται, σκοπεῖν χρὴ εἰ μὴ ἡ οὐσία τοῦ C θεοστιβοῦς ἐκείνου ἐδάφους διὰ τούτων σημαίνεται, τὸ στίλβον ὁμοῦ καὶ διαυγὲς ἔχουσα. Ἀλλὰ τῶν ὑπὲρ κατάληψιν ἡ ἔρευνα καταγέλαστος.

IV, 6. ***Et in medio sedis, et in circuitu sedis, quatuor animalia plena oculis ante et retro.***

Per hæc ostenditur *thronum Dei* nihil fere aliud esse, quam regnum Dei, jucundamque ejusdem in sanctis requiem. Cernit autem in regno illo *Seraphim* oculis plena thronumque, de quo hic sermo est, jugiter obeuntia. *Oculorum* autem numero, vim qua ad hauriendos Divinitatis radios pollent,
20 haud dubie subindicat, quandoquidem ea perfectione a Deo illustrantur, ut et illa videant quæ jam dudum ante sunt facta, et illa rursum quæ olim sunt futura.

***Καὶ ἐν μέσῳ τοῦ θρόνου, καὶ κύκλῳ τοῦ θρόνου, τέσσαρα ζῶα γέμοντα ὀφθαλμῶν ἔμπροσθεν καὶ ὄπισθεν.***

[***Καὶ κύκλῳ τοῦ θρόνου, τέσσαρα ζῶα γέμοντα ὀφθαλμῶν.*** —] Καὶ διὰ τούτου δείκνυται ὁ θρόνος σημαντικὸς εἶναι τῆς τοῦ Θεοῦ βασιλείας τε καὶ ἀναπαύσεως· ἐν ᾗ καὶ περὶ ἣν τὰ *Σεραφὶμ* ἐθεώρησε· διὰ τοῦ πλήθους τῶν *ὀφθαλμῶν* τὸ πρὸς τὰς θείας αὐγὰς θεοπτικὸν αὐτῶν διδασκόμενος. *Ἔμπροσθεν καὶ ὄπισθεν*· ὅτι καὶ τῶν ἔμπροσθεν καὶ τῶν ὄπισθεν D [θεόθεν] τὴν γνῶσιν ἐναυγάζονται.

IV, 7. ***Et animal primum simile leoni; et secundum animal simile vitulo; et tertium animal habens faciem velut hominis; et quartum animal simile aquilæ volanti.***

Ejusmodi animalia propheta Ezechiel contemplatus quoque legitur. Cæterum per quatuor facies, quatuor elementa, ex quibus homo coagmentatur, eorumdemque procreatio et conservatio, ut nonnullis placet, hoc loco denotantur: aut Dei in res omnes, sive illæ in cœlo, sive in terra, sive in mari,

***Καὶ τὸ ζῶον τὸ πρῶτον, ὅμοιον λέοντι· καὶ τὸ δεύτερον ζῶον, ὅμοιον μόσχῳ· καὶ τὸ τρίτον ζῶον, ἔχον πρόσωπον ἀνθρώπου· καὶ τὸ τέταρτον ζῶον, ὅμοιον ἀετῷ πετομένῳ.***

Ταῦτα τὰ [τέσσαρα] ζῶα καὶ τὸν Ἠσαΐαν τεθεᾶσθαι νομίζομεν· διὰ τῶν τεσσάρων προσώπων δηλοῦντα [εἴτε] τὴν τῶν τεσσάρων στοιχείων τοῦ Θεοῦ δημιουργίαν τε καὶ συντήρησιν, ὥς τισιν ἔδοξεν, εἴτε τῶν οὐρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ τῶν ἐν θαλάσσῃ [καὶ καταχθονίων] τὴν [θείαν] δεσποτείαν·

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

εἴτε τὰς ἀρετὰς τὰς τέσσαρας, καὶ τὰ τέσσαρα Εὐαγγέλια, ὡς ἑτέροις καλῶς ἔχειν λελόγισται· τοῦ μὲν *λέοντος* δηλοῦντος τὴν ἀνδρείαν καὶ τὸ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγέλιον, ὥς φησιν Εἰρηναῖος· διὰ τὸ τῆς προαιωνίου βασιλείας τούτου σημαντικόν· ἐν ἀρχῇ γὰρ εἶναι τὸν Λόγον ἐκήρυξε· τοῦ δὲ *μόσχου*, ἅτε τοῖς οἰκείοις ἀρκουμένου πόνοις, τὴν δικαιοσύνην καὶ τὸ κατὰ Λουκᾶν Εὐαγγέλιον, ὡς νομικῶς καὶ ἱερατικῶς τὸν Χριστὸν γενεαλογῆσαν· τοῦ δὲ *ἀετοῦ*, τὴν σωφροσύνην· ταύτην γὰρ [φιλεῖν] μαρτυρεῖται [τοῦτο] τὸ ζῶον· καὶ τὸ κατὰ Μάρκον Εὐαγγέλιον, ὡς σύντομον καὶ ἀπὸ τοῦ προφητικοῦ Πνεύματος ἀρξάμενον· τοῦ δὲ *ἀνθρώπου* τὴν φρόνησιν, καὶ τὸ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγέλιον, ὡς φύσει καὶ οὐ νόμῳ κηρύξαν τὴν [τοῦ] Χριστοῦ γέννησιν. Εἰκὸς δὲ διὰ τούτων καὶ τὴν οἰκονομίαν [τοῦ] Χριστοῦ δηλοῦσθαι· διὰ *τοῦ λέοντος*, ὡς βασιλέως· διὰ *τοῦ μόσχου*, ὡς ἱερέως, μᾶλλον δὲ καὶ ἱερείου· διὰ *τοῦ ἀνθρώπου*, ὡς δι' ἡμᾶς ἀνδρωθέντος· διὰ δὲ *τοῦ ἀετοῦ*, ὡς χορηγοῦ τοῦ ζωοποιοῦ Πνεύματος, τοῦ ἐπιπτάντος ἡμῖν ἄνωθεν.

sive in aere, sive sub terra exsistant, dominatus, aut quatuor primariæ virtutes : aut quatuor Evangelia : aut, quod aliis magis probatur, utrumque simul : *leone* quidem fortitudinem et Evangelium secundum Joannem significante. Nam, ut Irenæus admonet, unum hoc in ipso statim exordio sempiterni regni mentionem infert. Prædicat namque Dei Verbum a principio exstitisse. *Vitulo* vero, tanquam propriis opibus laboribusque contento sibique sufficiente, justitiam et Evangelium secundum Lucam, qui Christi genealogiam simul per legalem et sacerdotalem lineam ducit : *aquila* autem, temperantiam, (huic enim animali isthæc virtus familiaris fertur), et Evangelium secundum Marcum, quod et breve est, et a prophetico Spiritu exordium facit : *homine* tandem prudentiam et Evangelium secundum Matthæum, quod legali missa, naturalem tantum Christi generationem texit. Probabile fit quoque præcipuas œconomiæ Christi partes per quatuor hæc animalia designare voluisse. Regem exstitisse, indicatum videri potest per *leonem* : sacerdotem porro, aut verius sacrificium, per *vitulum* : nostri autem causa carnem assumpsisse, per *hominem* : vivifici denique Spiritus, qui e supernis devolat, benignum largitorem esse, per *aquilam*.

***Καὶ τέσσαρα ζῶα, ἓν καθ' ἓν αὐτῶν ἔχον ἀνὰ πτέρυγας ἓξ κύκλωθεν, καὶ ἔσωθεν γέμουσιν ὀφθαλμῶν.***

**IV, 8.** ***Et quatuor animalia, singula eorum habebant alas senas in circuitu, et intus plena sunt oculis.***

[*Καὶ τέσσαρα ζῶα ἓν καθ' ἓν αὐτῶν ἔχον ἀνὰ πτέρυγας ἕξ.* — ] Ταῦτα ὁ μέγας φησὶ Διονύσιος διὰ τοῦτο ταῖς δυσὶ πτέρυξι καλύπτειν τὰ πρόσωπα, καὶ ταῖς δυσὶ τοὺς πόδας, καὶ ταῖς μέσαις πέτεσθαι· ἵνα ἡ περὶ τὰ ὑψηλότερα [αὐτῶν] καὶ βαθύτερα τῆς οἰκείας καταλήψεως φανῇ εὐλάβεια· δι' ἣν τοῖς μέσοις πρὸς τὰς θεαρχικὰς αὐγὰς [τοῖς] θείοις ζυγοῖς ἀνατείνονται.

Quatuor hæc animalia, ut magno Dionysio visum est, duabus alis ob id facies suas tegebant, duabus rursum pedes; et duabus tandem mediis volabant : quo hinc constaret quanto cum metu et reverentia in sublimiorum rerum theoriam et inquisitionem, profundiorumque mysteriorum comprehensionem ferantur; quantaque cautione haustos Divinitatis radios, ad alios interjectos ordines et sedes non absque Dei jussu transmittere soleant.

***Καὶ ἀνάπαυσιν οὐκ ἔχουσιν, ἡμέρας καὶ νυκτὸς λέγοντες· Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος· Κύριος ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος.***

**IV, 8.** ***Et requiem non habent die ac nocte, dicentia: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus omnipotens, qui est, et qui erat, et qui venturus est.***

*Ἀνάπαυσις* δὲ ταῖς ἁγίαις ταύταις δυνάμεσι, τὸ ἐκ τῆς θείας ὑμνῳδίας μὴ παύεσθαι, καὶ τὸν τρισσὸν ἁγιασμὸν τῇ τρισυποστάτῳ προσφέρειν Θεότητι. Τὸ δὲ, *Ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος* [*ὁ παντοκράτωρ*], τὴν ἁγίαν Τριάδα δηλοῦν ἔφημεν.

Sanctæ istæ virtutes ob id requiem habere negantur, quod a divinis laudibus nunquam cessent. Cæterum per sanctitatis nomen tertio repetitum, Divinitati, quæ in tribus hypostasibus, ex æquo subsistit, laudem deferunt. Porro autem illud, *Qui est, et qui erat, et qui venturus est*, sacrosanctæ Trinitatis mysterium, ut ante quoque dictum est, ob oculos nobis ponit.

***Καὶ ὅταν δώσουσι τὰ ζῶα δόξαν καὶ τιμὴν καὶ εὐχαριστίαν τῷ καθημένῳ ἐπὶ τοῦ θρόνου, τῷ ζῶντι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, πεσοῦνται οἱ εἰκοσιτέσσαρες πρεσβύτεροι ἐνώπιον τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ θρόνου· καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ.***

**IV, 9, 10.** ***Et cum darent illa animalia gloriam et honorem et benedictionem sedenti super thronum, viventi in sæcula sæculorum, viginti quatuor* 21 *seniores procidebant ante sedentem in throno, et adorabant viventem in sæcula sæculorum.***

[*Πεσοῦνται οἱ εἰκοσιτέσσαρες πρεσβύτεροι.* —] Διὰ τούτων δηλοῦται, καὶ τοὺς νοηθέντας ἡμῖν πρεσβυτέρους κοινωνοὺς εἶναι [τῆς ὑμνῳδίας] τῶν οὐρανίων δυνάμεων· ὁμολογοῦντας ἐκ Θεοῦ κεκομίσθαι τῆς [κατὰ] τῶν νοητῶν ἐχθρῶν νίκης τὴν δύναμιν.

Hinc discimus seniores, de quibus actum est ante, in divinæ laudis decantatione virtutibus cœlestibus consociari : victoriamque de hostibus, qui sub aspectum non veniunt, nulli alteri quam Deo acceptam ferre.

***Καὶ βαλοῦσι τοὺς στεφάνους αὐτῶν ἐνώπιον***

**IV, 10, 11.** ***Et mittebant coronas suas ante thro-***

Digitized by Google

*num, dicentes : Dignus es, Domine, Deus noster, accipere gloriam et honorem et virtutem ; quia tu creasti omnia, et per voluntatem tuam erant, et creata sunt.*

Tu, inquit, Domine, victricium coronarum auctor et largitor exstitisti. Quam ob rem ab universa creatura gloria et gratiarum actio jure meritoque tibi debetur.

## CAPUT XI.

*De libro septem sigillis obsignato, quem nulla creata natura aperire potuit.*

V, 1. *Et vidi in dextera sedentis supra thronum, librum scriptum intus et foris, obsignatum sigillis septem.*

Per hunc *librum* tenacissimam sapientissimamque Dei memoriam accipimus ; in qua, juxta divinum Davidem, omnes homines descripti sunt : operumque divinorum abyssum. *Libri hujus intima*, propter spiritum in eo inclusum, captu sunt difficilia ; *extrema* vero, nempe ea quæ per litteram offeruntur, minori negotio capiuntur. *Septem* autem *sigilla*, certam libri hujus fidem, nullique mortalium satis perspectam ejusdem firmitatem significant : aut ejus sane ordinem et dispositionem, qui divini Spiritus profunda scrutatur : quæ omnia solvere nulla omnino creata natura valet. Aut per librum prophetia ipsa universe intelligitur, quam Christus Dominus in Evangelio secundum Lucam impletam asserit. Quæ autem adhuc reliqua sunt, ea novissimis diebus certo implebuntur.

V, 2, 3. *Et vidi angelum fortem prædicantem voce magno : Quis est dignus aperire librum et solvere signacula ejus? Et nemo poterat, neque in cœlo, neque in terra, neque subtus terram aperire librum, neque aspicere illum.*

Per hæc manifeste ostenditur, neque angelos, neque homines in carne adhuc degentes, neque sanctos corpore jam exutos, accuratam judiciorum Dei notitiam tenere ; sed ipsum Dei Agnum solum. Hic unus enim oracula jam olim per prophetas de ipso edita, per suum adventum accurate dissolvit, suæque Ecclesiæ patefecit.

V, 4. *Et ego flebam multum, quod nemo dignus inventus est aperire librum, nec videre illum.*

*Et ego*, inquit, *flebam;* ob id forsan, quod animo versaret, ne ipsa etiam angelica natura in mortiferam ignorationem prolapsa esset.

V, 5. *Et unus de senioribus dicit mihi : Ne fleveris. Ecce vicit Leo de tribu Juda, radix David, aperire librum, et solvere septem signacula ejus.*

Etsi, inquit, liber hic angelorum captum excedit, Dei tamen, qui nostra causa factus est homo, non 22 ita : qui quidem secundum divinam naturam, prout nimirum rerum omnium conditor est, Davidis radix et origo est : at vero secundum naturam assumptam, ex ejusdem radice in vitalem hanc lucem progressus est.

A *τοῦ θρόνου, λέγοντες· Ἄξιος εἶ, Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, λαβεῖν* [ὁ ἅγιος] *τὴν δόξαν καὶ τὴν τιμὴν καὶ τὴν δύναμιν· ὅτι σὺ ἔκτισας* [τὰ] *πάντα, καὶ διὰ τὸ θέλημά σου ἐκτίσθησαν καὶ εἰσίν.*

Σὺ [γὰρ], φησὶ, Δέσποτα, τῶν στεφάνων τῆς νίκης αἴτιος καὶ χορηγὸς γέγονας· καὶ σοὶ παρὰ πάντων ὡς κτισμάτων ἡ εὐχαριστία ὀφείλεται.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

*Περὶ τῆς βίβλου τῆς ἐσφραγισμένης ἑπτὰ σφραγῖσιν, ἣν οὐδεὶς ἀνοῖξαι τῆς κτιστῆς φύσεως δύναται.*

*Καὶ εἶδον ἐπὶ τὴν δεξιὰν τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ θρόνου, βιβλίον γεγραμμένον ἔσωθεν καὶ ἔξωθεν, κατεσφραγισμένον σφραγῖσιν ἑπτά.*

B *Βιβλίον* τὴν πάνσοφον τοῦ Θεοῦ μνήμην νοοῦμεν, ἐν ᾗ πάντες, κατὰ τὸν [θεῖον] Δαβὶδ, γράφονται, καὶ τῶν θείων κριμάτων τὴν ἄβυσσον. Ταύτης δὲ τὰ μὲν ἔσω, διὰ τὸ πνεῦμα, [εὔληπτα οὐκ εἰσὶν, ἀλλὰ] δυστέκμαρτα· τὰ δὲ ἔξω, διὰ τὸ γράμμα εὐληπτότερα. *Τὰς δὲ ἑπτὰ σφραγῖδας*, ἢ τὴν τελείαν τῆς βίβλου ἀσφάλειαν καὶ πᾶσιν ἄγνωστον [δηλοῦν φημι], ἢ τὰς οἰκονομίας τοῦ ἐρευνῶντος τὰ βάθη τοῦ θείου Πνεύματος· ἃς λῦσαι πάσας οὐδεμία κτιστὴ φύσις δύναται. Βίβλος δὲ καὶ ἡ προφητεία νοεῖται· ἣν αὐτὸς ὁ Χριστὸς ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ πεπληρῶσθαι ἔφη· ἧς τὰ ἑξῆς ἐπ' ἐσχάτων πληρωθήσονται.

C *Καὶ εἶδον ἄγγελον ἰσχυρὸν κηρύσσοντα* [ἐν] *φωνῇ μεγάλῃ· Τίς ἄξιός ἐστιν ἀνοῖξαι τὸ βιβλίον, καὶ λῦσαι τὰς σφραγῖδας αὐτοῦ; Καὶ οὐδεὶς ἠδύνατο ἐν τῷ οὐρανῷ, οὔτε ἐπὶ τῆς γῆς, οὔτε ὑποκάτω τῆς γῆς, ἀνοῖξαι τὸ βιβλίον, οὔτε βλέπειν αὐτό.*

Διὰ δὲ τοῦ, *Οὐδεὶς ἠδύνατο ἀνοῖξαι τὸ βιβλίον*, δηλοῦται μήτε ἀγγέλους, μήτε ἀνθρώπους τοὺς ἐν σαρκὶ ὄντας, μήτε τοὺς ἐκ σαρκὸς ἀποδεδημηκότας ἁγίους, τὴν ἀκριβῆ τῶν θείων κριμάτων κατειληφέναι γνῶσιν, πλὴν τοῦ Ἀμνοῦ τοῦ Θεοῦ, τοῦ τῶν προφητευθέντων περὶ αὐτοῦ ἔκπαλαι διὰ τῆς παρουσίας αὐτοῦ τὴν ἀσφάλειαν λύσαντος.

*Κἀγὼ ἔκλαιον πολὺ, ὅτι οὐδεὶς ἄξιος εὑρέθη ἀνοῖξαι καὶ ἀναγνῶναι τὸ βιβλίον, οὔτε βλέπειν* D *αὐτό.*

*Κἀγὼ ἔκλαιον*, φησίν· ἴσως ὡς εἰς ἀγνωσίαν πεσούσης τῆς καθαρωτάτης τῶν ἀγγελικῶν οὐσιῶν τάξεως.

*Καὶ εἷς ἐκ τῶν πρεσβυτέρων λέγει μοι· Μὴ κλαῖε· ἰδοὺ ἐνίκησεν ὁ λέων ὁ* [ὢν] *ἐκ τῆς φυλῆς Ἰούδα, ἡ ῥίζα* [τοῦ] *Δαβὶδ, ἀνοῖξαι τὸ βιβλίον, καὶ* [*λῦσαι*] *τὰς ἑπτὰ σφραγῖδας αὐτοῦ.*

*Μὴ κλαῖε.*— Εἰ γὰρ καὶ ἀγγέλοις, φησὶν, ἡ βίβλος ἀκατάληπτος, ἀλλ' οὐ τῷ Θεῷ τῷ διὰ τοὺς ἀνθρώπους ἐνανθρωπήσαντι· ὃς ῥίζα μὲν Δαυῒδ, ὡς Κτίστης, διὰ τὴν θεότητα· ἐκ ῥίζης δὲ αὐτοῦ, διὰ τὴν ἀνθρωπότητα.

Digitized by Google

## ΚΕΦΑΛ. ΙΒʹ.

*Περὶ τῆς ἐν μέσῳ τοῦ θρόνου καὶ τῶν δʹ ζώων θεωρίας.*

*Καὶ εἶδον ἐν μέσῳ τοῦ θρόνου καὶ τῶν τεσσάρων ζώων, καὶ ἐν μέσῳ τῶν πρεσβυτέρων, Ἀρνίον ἑστηκὸς ὡς ἐσφαγμένον, ἔχον κέρατα ἑπτὰ καὶ ὀφθαλμοὺς ἑπτά· οἵ εἰσι τὰ ἑπτὰ πνεύματα τοῦ Θεοῦ, ἀποστελλόμενα εἰς πᾶσαν τὴν γῆν.*

Τὰ ἑπτὰ κέρατα καὶ οἱ ἑπτὰ ὀφθαλμοὶ τοῦ Ἀρνίου δηλοῦσι Χριστοῦ τὰ ἑπτὰ πνεύματα, ὧν Ἡσαΐας ἐμνημόνευσε καὶ Ζαχαρίας οἱ προφῆται. Τὸ δὲ, ὡς *ἐσφαγμένον*, δηλοῖ τὴν μετὰ τὴν σφαγὴν ζωὴν αὐτοῦ· ἐν ᾗ ἐδείκνυ τὰ τοῦ πάθους σύμβολα, ὡς ἐσφαγμένον ἀληθῶς μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἔγερσιν.

*Καὶ ἦλθε καὶ εἴληφεν ἐκ τῆς δεξιᾶς τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ θρόνου τὸ βιβλίον. Καὶ ὅτε ἔλαβε τοῦτο, τὰ τέσσαρα ζῶα καὶ οἱ εἰκοσιτέσσαρες πρεσβύτεροι ἔπεσον ἐνώπιον τοῦ Ἀρνίου, ἔχοντες ἕκαστος κιθάρας καὶ φιάλας χρυσᾶς γεμούσας θυμιαμάτων· αἵ εἰσιν αἱ προσευχαὶ τῶν ἁγίων.*

*Αἱ κιθάραι* δὲ τὴν ἐναρμόνιον καὶ εὔηχον δηλοῦσι θείαν δοξολογίαν· τὰ δὲ *θυμιάματα*, τὴν εὐώδη τῶν πιστῶν θυσίαν προσαγομένην διὰ βίου καθαροῦ (ὥς φησιν ὁ [θεῖος] Ἀπόστολος· *Χριστοῦ εὐωδία ἐσμέν*)· *αἱ φιάλαι* δὲ, τῶν διανοιῶν σημαντικαί· ἐξ ὧν ἡ τῶν ἀγαθῶν ἔργων εὐωδία καὶ ἡ καθαρὰ προσευχὴ προέρχεται.

*Καὶ ᾄδουσιν καινὴν ᾠδὴν λέγοντες· Ἄξιος εἶ λαβεῖν τὸ βιβλίον, καὶ ἀνοῖξαι τὰς σφραγῖδας αὐτοῦ, ὅτι ἐσφάγης, καὶ ἠγόρασας τῷ Θεῷ ἡμᾶς ἐν τῷ αἵματί σου ἐκ πάσης φυλῆς καὶ γλώσσης καὶ λαοῦ καὶ ἔθνους· καὶ ἐποίησας αὐτοὺς τῷ Θεῷ ἡμῶν βασιλεῖς καὶ ἱερεῖς, καὶ βασιλεύσουσιν ἐπὶ τῆς γῆς.*

Οἱ πρεσβύτεροι, οἱ ἐν τῇ Παλαιᾷ τε καὶ Νέᾳ Θεῷ εὐαρεστήσαντες, καὶ τὴν ὑπὲρ παντὸς τοῦ κόσμου τῷ σφαγιασθέντι Ἀμνῷ τοῦ Θεοῦ καὶ ἀγοράσαντι ἡμᾶς εὐαρεστίαν προσάγοντες. *Καινὴ* δὲ [ἡ] ᾠδὴ, ἣν τῆς παλαιότητος τοῦ γράμματος ἀπαλλαγέντες οἱ ἐκ πάσης φυλῆς καὶ γλώσσης καταυγασθέντες, ᾄδειν ἐδιδάχθημεν διὰ τοῦ Πνεύματος. Τῆς γῆς δὲ βασιλεῦσαι τούτους φησὶ τῆς καινῆς, ἣν ὁ Κύριος τοῖς πραέσιν ἐπηγγείλατο.

*Καὶ εἶδον, καὶ ἤκουσα ὡς φωνῆς ἀγγέλων πολλῶν κύκλῳ τοῦ θρόνου καὶ τῶν ζώων καὶ τῶν πρεσβυτέρων· καὶ ἦν ὁ ἀριθμὸς αὐτῶν μυριάδες μυριάδων, καὶ χιλιάδες χιλιάδων, λέγοντες φωνῇ μεγάλῃ· Ἄξιόν ἐστι τὸ Ἀρνίον τὸ ἐσφαγμένον λαβεῖν τὴν δύναμιν καὶ πλοῦτον καὶ σοφίαν καὶ ἰσχὺν καὶ τιμὴν καὶ δόξαν καὶ πᾶν κτίσμα ὃ ἐστιν*

## CAPUT XII.

*Ut Agnus qui habet septem cornua, aperuerit librum.*

V, 6. *Et vidi; et ecce in medio throni et quatuor animalium et in medio seniorum, Agnum stantem tanquam occisum, habentem cornua septem, et oculos septem; qui sunt septem spiritus Dei missi in omnem terram.*

Septem oculi, totidemque Agni cornua, significant septem spiritus Christi; quorum Isaias et Zacharias prophetæ meminere. Quod autem Agnus ille cernitur *veluti occisus*, hoc vitam et speciem illius post mortem et immolationem exprimit: in illa namque tanquam vere occisus manifesta perpessionis suæ vestigia ostendit; quæ post suam quoque ex mortuis resurrectionem in corpore suo reliqua esse voluit.

V, 7, 8. *Et venit, et accepit de dextera sedentis in throno librum; et cum aperuisset librum, quatuor animalia et viginti quatuor seniores prociderunt coram Agno, habentes singuli citharas, et phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum.*

*Citharæ* concinnam suaveque sonantem Dei laudem, rerumque divinarum celebrationem demonstrant: *thymiamata* autem beneolentia, sacrificium quod fideles per vitæ castimoniam et integritatem Deo offerunt: huc enim spectat illud Apostoli: *Christi bonus odor sumus* [10]: *phialæ* vero, pias castasque cogitationes: hinc namque bonorum operum fragrantia, puraque et casta precatio dimanare consuevit.

V, 9, 10. *Et cantabant canticum novum, dicentes: Dignus es, Domine, accipere librum, et aperire signacula ejus; quoniam occisus es, et redemisti nos Deo in sanguine tuo, ex omni tribu, et lingua, et populo, et natione; et fecisti nos Deo nostro regnum et sacerdotes; et regnabimus super terram.*

Per hæc ostenditur seniores illos, eximios quosdam præcellentisque sanctitatis viros esse; qui partim in Veteri, partim in Novo Testamento Deo præ cæteris placuerunt; quique adeo communi omnium nomine Agno Dei, qui pro totius mundi salute immolatus est, suoque nos sanguine redemit, continuo gratias agunt. *Novum* autem hoc *carmen* dicitur: siquidem ex omni tribu et lingua ad fidei lumen vocati, et a litteræ vetustate liberati, deinceps per Spiritum canere edocti sumus. Ejusmodi autem terræ dominaturi prædicantur; non huic crassæ et caliginosæ, sed novæ illi quam Dominus mitibus se daturum promisit.

V, 11-13. *Et vidi, et audivi vocem angelorum multorum in circuitu throni, et animalium, et seniorum; et erat numerus eorum millia millium, dicentium voce magna: Dignus est Agnus, qui occisus est, accipere virtutem et divinitatem, et sapientiam, et fortitudinem, et honorem, et gloriam, et benedictionem. Et omnem creaturam, quæ in cœlo est, et super terram, et sub*

[10] II Cor. II, 15.

Digitized by Google

*terra, et quæ sunt in mari, et quæ in eo, omnes audivi dicentes sedenti in throno, et Agno:* **23** *Benedictio, et honor, et gloria, et potestas in sæcula sæculorum. Amen.*

Ab omnibus, sive ea vivant, sive intelligant, sive quovis alio modo exsistant, Deus tanquam omnium principium et causa laudatur et glorificatur: nec non unigenitus et consubstantialis ejusdem Filius; qui homini totique creaturæ, quæ per ipsum facta est, novitatem impertitus est. Etsi interim secundum naturam assumptam, tanquam homo, potestatem in ea quæ sunt in cœlo et in terra, accepisse scribatur.

V, 14. *Et quatuor animalia dicebant Amen; et viginti quatuor seniores ceciderunt in facies suas, et adoraverunt viventem in sæcula sæculorum.*

Et hinc quoque demonstratur per Jesum Christum Deum et Dominum nostrum, qui divulsa conjunxit, maceriæque interstitium dissolvit, unum ex omnibus hominibus ovile, et unam rursum ex hominibus et angelis Ecclesiam factam esse. Ecce enim viginti quatuor seniores, per quos salvandorum plenitudo adumbratur, digni hoc loco prædicantur, qui consona voce cum quatuor mysticis animalibus, quæ inter cæteros angelos primatum tenent, Deum laudent et adorent. Quo laudationis munere nos quoque in ipso Christo Deo nostro pacisque datore digni habeamur, cum quo Patri, una cum Spiritu sancto, sit gloria, imperium et honor, nunc et semper, et in infinita sæcula sæculorum. Amen.

## CAPUT XIII. SERMO V.

***Solutio primi sigilli; per quam apostolorum doctrina designatur.***

VI, 1. ***Et vidi quod aperuisset Agnus unum de septem sigillis. Et audivi unum de quatuor animalibus, dicens, tanquam vocem tonitrui: Veni et vide.***

Ex hoc loco concinnum rerum cœlestium ordinem cognoscere licet: siquidem ex primis ordinibus sensim fit gradus ad alios inferiores. Per primam itaque quadriformium animalium faciem, nempe *Leonem*, primam vocem factam audivit evangelista; quæ angelo qui ænigmaticam visionem imprimebat, demandabat uti veniret et videret. Cæterum primum hoc animal (quod Leonem esse diximus) regiam apostolorum prudentiam, imperterritamque eorumdem contra dæmones fortitudinem significare creditur. Huc enim dictum illud, *Ecce reges terræ congregati sunt* [11]: et illud rursum, *Constitues eos principes super omnem terram* [12], pertinere videtur.

VI, 2. *Et vidi; et ecce equus albus, et qui sedebat super illum, habebat arcum; et data est ei corona, et exivit vincens ut vinceret.*

Sunt qui et præsentis, et reliquorum et itidem quæ hinc consequuntur, sigilli patefactionem ad incarnati Verbi œconomiam referant. Et quidem

[11] Psal. XLVII, 5. [12] Psal. XLIV, 17.

A *ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ὑποκάτω τῆς γῆς· καὶ ἐπὶ τῆς θαλάσσης* [ἅ ἐστι] *καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς πάντα· λέγοντα τῷ καθημένῳ ἐπὶ τοῦ θρόνου καὶ τῷ Ἀρνίῳ· Ἡ εὐλογία καὶ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.*

[*Καὶ ἤκουσα ὡς φωνῆς ἀγγέλων πολλῶν, καὶ τῶν ζώων, καὶ τῶν πρεσβυτέρων.* —] Ἐκ πάντων γὰρ τῶν τε νοητῶν, τῶν τε αἰσθητῶν, τῶν τε ζώντων, τῶν τε ἁπλῶς ὄντων, φυσικοῖς λόγοις ὁ Θεὸς δοξάζεται, ὡς πάντων γενεσιάρχης· καὶ ὁ τούτου μονογενὴς καὶ ὁμοούσιος Υἱὸς, ὡς τὴν καινότητα τῷ ἀνθρώπῳ καὶ τὴν δι' αὐτοῦ γεγενημένην ἀνακαίνισιν χαριζόμενος, εἰ καὶ λαβεῖν τῶν ἐν οὐρανοῖς καὶ τῶν ἐπιγείων τὴν ἐξουσίαν ὡς ἄνθρωπος γέγραπται.

*Καὶ τὰ τέσσαρα ζῶα ἔλεγον Ἀμήν· καὶ οἱ*
B *πρεσβύτεροι ἔπεσαν καὶ προσεκύνησαν.*

Διὰ δὲ τῶν τεσσάρων ζώων καὶ τῶν πρεσβυτέρων δείκνυται μία ποίμνη, καὶ μία Ἐκκλησία γεγενῆσθαι ἀγγέλων καὶ ἀνθρώπων, διὰ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ, τοῦ τὰ διεστῶτα συνάψαντος, καὶ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λύσαντος· ἰδοὺ γὰρ, ὡς ἀκηκόαμεν, σὺν τοῖς τέσσαρσι ζώοις τοῖς τῶν λοιπῶν ἀγγελικῶν ὑπερέχουσι τάξεων, καὶ οἱ χαρακτηριστικοὶ τοῦ τῶν σωζομένων ἀνθρώπων πληρώματος, τῆς τοῦ Θεοῦ ἀξιοῦνται ὑμνῳδίας τε καὶ προσκυνήσεως· ἧς καὶ ἡμεῖς ἀξιωθείημεν ἐν αὐτῷ [τῷ] Χριστῷ τῷ τῆς εἰρήνης δοτῆρι καὶ Θεῷ ἡμῶν· μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα, κράτος, [τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ] εἰς τοὺς [ἀτελευτήτους] αἰῶνας τῶν αἰώνων.
C Ἀμήν.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'. ΛΟΓΟΣ Ε'.

***Λύσις τῆς πρώτης σφραγῖδος, τὴν ἀποστολικὴν διδαχὴν σημαίνουσα.***

***Καὶ εἶδον ὅτι ἤνοιξε τὸ Ἀρνίον μίαν ἐκ τῶν ἑπτὰ σφραγίδων· καὶ ἤκουσα ἑνὸς ἐκ τῶν τεσσάρων ζώων λέγοντος, ὡς φωνῆς βροντῆς· Ἔρχου καὶ ἴδε.***

Κἀνταῦθα ἡ τῶν ἐν οὐρανοῖς εὐταξία σημαίνεται, ἐκ τῶν πρώτων τάξεων εἰς τὰ δεύτερα καταβαίνουσα· διὸ [καὶ] ἐκ τοῦ ἑνὸς προσώπου τῶν τετραμόρφων, δηλαδὴ τοῦ λέοντος, τὴν πρώτην γεγενῆσθαι φωνὴν ἤκουσε, κελευομένην τὸ, *Ἔρχου*, τῷ τὴν ὀπτασίαν τυποῦντι ἀγγέλῳ, δι' αἰνίγματος. Τὸ
D δὲ πρῶτον ζῶον, ὁ λέων, ἐμφαίνειν μοι δοκεῖ τὸ βασιλικὸν τῶν ἀποστόλων κατὰ δαιμόνων φρόνημα, δι' οὓς εἴρηται· *Ἰδοὺ οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς συνήχθησαν.* Καὶ πάλιν· *Καταστήσεις ἄρχοντας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν.*

*Καὶ εἶδον· καὶ ἰδοὺ ἵππος λευκός· καὶ ὁ καθήμενος ἐπ' αὐτὸν, ἔχων τόξον· καὶ ἐδόθη αὐτῷ στέφανος· καὶ ἐξῆλθε νικῶν, καὶ ἵνα νικήσῃ.*

Τῆς δὲ παρούσης σφραγῖδος τὴν λύσιν, καὶ τῶν ἑξῆς ἁπασῶν, τινὲς εἰς τὴν ἔνσαρκον τοῦ Θεοῦ Λόγου οἰκονομίαν ἐξειλήφασιν· τὴν πρώτην, εἰς τὴν

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

γένεσιν· τὴν δευτέραν, εἰς τὸ βάπτισμα· τὴν τρίτην, εἰς τὰς μετὰ τοῦτο θεοσημείας· τὴν τετάρτην, εἰς τὴν ἐπὶ Πιλάτου παράστασιν· τὴν πέμπτην, εἰς τὸν σταυρόν· τὴν ϛ', εἰς τὴν ἐν [τῷ] μνήματι κατάθεσιν· καὶ τὴν ἑβδόμην, εἰς τὴν τοῦ ᾅδου σκύλευσιν. Ἡμεῖς δὲ, ἐντετυχηκότες Μεθοδίῳ οὕτως εἰρηκότι ἐπὶ λέξεως, ὅτι *Οὐ χρὴ τὸν Χριστὸν αὐτὸν εἶναι νομίζειν τὸν γεγεννημένον· πάλαι γὰρ πρὸ τῆς Ἀποκαλύψεως ἐπεπλήρωτο τὸ μυστήριον τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ* [Θεοῦ] Λόγου. Ὁ δὲ Ἰωάννης, περὶ [τῶν] παρόντων καὶ μελλόντων θεσμῳδεῖ· ἔνθα τὴν τοῦ πυροῦ δράκοντος ἀνάπτυξιν ἐποιήσατο ὡς ὑποτέτακται. Οὕτως ἐξειλήφαμεν τὴν τῆς πρώτης σφραγῖδος λύσιν, τὴν τῶν ἀποστόλων ἐννοεῖσθαι γενεάν· οἳ καθάπερ τόξον τὸ εὐαγγελικὸν κήρυγμα κατὰ δαιμόνων ἐντείναντες, τῷ Χριστῷ τοὺς τρωθέντας τοῖς σωτηρίοις βέλεσι προσήγαγον· στέφανον εἰληφότες ἀνθ' ὧν διὰ τῆς ἀληθείας τὸν τῆς πλάνης ἀρχηγὸν ἐνίκησαν· ἐπ' ἐλπίδι δευτέρας νίκης, τῆς μέχρι βιαίου θανάτου ὁμολογίας τοῦ Δεσποτικοῦ ὀνόματος. Διὸ γέγραπται· *Ἐξῆλθε νικῶν, καὶ ἵνα νικήσῃ*. Πρώτη γὰρ νίκη, ἡ τῶν ἐθνῶν ἐπιστροφή· δευτέρα [δὲ], ἡ τοῦ σώματος δι' αὐτὴν ἑκούσιος μετὰ κολάσεων ἔξοδος.

A primum ex his septem, ad illius ortum : secundum, ad Baptismum : tertium, ad signa, quæ post Baptismum susceptum patravit : quartum, ad injustam apud Pilati tribunal accusationem : quintum, ad crucem : sextum, ad sepulturam : septimum, ad descensum ad inferos, inferorumque spoliationem. Nos autem Methodii sententiæ lubenter astipulamur. Scribit is autem in hunc modum : *Nulla necessitas cogit ut hæc ad Christum* **24** *natum pertinere arbitremur, siquidem incarnati Verbi mysterium, dudum ante Apocalypsin editam, impletum erat :* Joannes autem de præsentibus olimque futuris verba facit. Hac autem pericopa, quomodo rufus ille ignitusque draco subjugatus fuerit, exponitur. Primi proinde sigilli solutio ad apostolo-
B rum generationem haud incommode transfertur. Hi namque Evangelii prædicationem veluti arcum infractum contra dæmones intenderunt, salutaribusque sagittis vulneratos ad Christum adduxerunt : coronam ob id sortiti, quod per veritatis arma erroris ducem devicerunt, secundæque victoriæ spe usque ad violentam mortem nomen Domini professi sunt. Eapropter hoc loco, *Exivit victor ut vinceret.* Prima itaque victoria, quam per apostolos Christus nactus est, gentium fuit conversio : secunda autem, spontaneus a corpore exitus, non absque cruciatu ejus rei causa susceptus.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΔ'.

*Λύσις τῆς δευτέρας σφραγῖδος (δηλοῦσα τὸν τῶν ἀπίστων κατὰ τῶν πιστῶν πόλεμον).*

***Καὶ ὅτε ἤνοιξε τὴν δευτέραν σφραγῖδα, ἤκουσα τοῦ δευτέρου ζώου, λέγοντος· Ἔρχου καὶ ἴδε.***

Ζῶον οἶμαι δεύτερον, τὸν μόσχον λέγεσθαι, τῶν ἁγίων μαρτύρων τὰς ἱερὰς θυσίας χαρακτηρίζοντα, τοῦ προτέρου τὴν ἀποστολικὴν ἐξουσίαν διαγράφοντος, ὡς εἴρηται.

***Καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ ἐξῆλθεν ἄλλος ἵππος πυῤῥός. Καὶ τῷ καθημένῳ ἐπ' αὐτῷ, ἐδόθη αὐτῷ λαβεῖν τὴν εἰρήνην ἐκ τῆς γῆς, ἵνα ἀλλήλους σφάξωσι· καὶ ἐδόθη αὐτῷ μάχαιρα μεγάλη.***

Ταύτην ἡμεῖς στοχαζόμεθα τὴν δευτέραν τῶν ἀποστόλων νοεῖσθαι διδαχὴν, διὰ μαρτύρων καὶ διδασκάλων συμπληρουμένην· ἐν ᾗ πλατυνομένου λοιπὸν τοῦ κηρύγματος, ἡ τοῦ κόσμου εἰρήνη ἐλύθη, καθ' ἑαυτῆς μερισθείσης τῆς φύσεως, κατὰ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ· *Οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην* [*ἐπὶ τῆς γῆς*], *ἀλλὰ μάχαιραν*. Δι' ἧς τὰ μαρτυρικὰ σφάγια εἰς τὸ ἄνω θυσιαστήριον ἀνηνέχθησαν. *Ὁ δὲ πυῤῥὸς ἵππος*, ἢ τῆς ἐκχύσεως τῶν αἱμάτων, ἢ τῆς πεπυρωμένης τῶν ὑπὲρ Χριστοῦ πασχόντων διαθέσεως σύμβολον. Τὸ δὲ γεγράφθαι, *δοθῆναι τῷ καθημένῳ ἐπ' αὐτῷ λαβεῖν τὴν εἰρήνην*, τὴν πάνσοφον δείκνυσι τοῦ Θεοῦ συγχώρησιν, τοὺς πιστοὺς δούλους διὰ πειρασμῶν δοκιμάζουσαν

## CAPUT XIV.

*Secundi sigilli solutio, qua prælium quod infideles contra fideles ineunt, describitur.*

C VI, 3. *Et cum aperuisset sigillum secundum, audivi secundum animal dicens : Veni et vide.*

Secundum animal vitulum dici existimo. Hoc autem sacrosanctas beatorum martyrum hostias designat, siculi primum apostolicam potestatem, uti paulo ante indicabatur.

VI, 4. *Et exivit alius equus rufus. Et qui sedebat super illum, datum est ei ut sumeret pacem de terra, et ut invicem se interficiant ; et datus est illi gladius magnus.*

Hanc secundam ab apostolis successionem interpretari possumus, quæ per martyres et doctores constituta est. In hac enim Ecclesiæ ætate, dilatata jam Evangelii prædicatione, mundi hujus pax dis-
D soluta, hominumque natura contra seipsam quodammodo divisa est. Huc namque pertinet illud Christi : *Non veni pacem mittere, sed gladium* [12]; per quem martyrum hostiæ mactatæ, et in cœlesti ara oblatæ sunt. Porro *equus rufus*, aut effusi sanguinis symbolum est, aut inflammatum illorum affectum significat, qui mortem pro Christo oppetierunt. Cum autem additur, *rufo equo insidenti datam esse potestatem ut tolleret pacem de terra*, sapientissima Dei permissio ob oculos nobis ponitur. Hæc una enim est, quæ fidos Dei servos per tentationes probari et explorari sinit.

[12] Matth. x, 34.



Digitized by Google

## CAPUT XV.

*Solutio tertii sigilli, quæ illorum a Christo defectionem proponit qui minus firmiter in ipsum crediderant.*

VI, 5. *Et cum aperuisset tertium sigillum, audivi tertium animal, dicens : Veni et vide.*

Tertium animal hominem, ut arbitror, designat : hic autem, mortalium omnium casum. Nam ob voluntatis libertatem et carnis infirmitatem homo facile prolabitur in peccatum ; eaque de causa mitiorem quoque pœnam promereri videtur.

VI, 5, 6. *Et ecce equus niger : et qui sedebat super*
25 *illum, habebat stateram in manu sua ; et audivi tanquam vocem in medio quatuor animalium, dicentem : Bilibris tritici, denario uno ; et tres bilibres hordei, denario uno : et vinum et oleum ne læseris.*

Probabile fit aliquam tum temporis sensilem externamque famem exstitisse : qua de re suo postea loco aliquanto plura. Per *equum* autem *nigrum* denotatur luctus et mœror ille qui, ut credi potest, apud justos de illis orietur qui propter suppliciorum immanitatem a fide quæ est in Christum, desciscent. Per *stateram* autem, examen quod eorum animos explorabit qui ob mentis lubricitatem et inconstantiam, aut propter inanem gloriam, aut corporis quoque infirmitatem, fidem abjicient. *Tritici* porro *chœnicem seu bilibrem denario uno æstimari*, tropo quodam, ut quidam putant, illorum statum insinuat, qui legitime certaverunt, impressamque a Deo imaginem accurate custodiverunt. *Tres* autem *hordei chœnices tantidem fieri*, illorum fortunam exprimit, qui cum pecudum more ignavi, persecutorum furiis aute cessissent, postea pro lapsuum suorum ratione pœnitentiam egerunt, imaginemque peccatorum sordibus ante conspurcatam lacrymis abluerunt. Quando vero, *ne vinum aut oleum lædatur*, jubetur, ne per turbam Christi medicina evertatur, aut per fraudem et imposturam infirmetur, serio injungitur : ut quæ illos sanare sit idonea, qui in latrones inciderunt. Ad hæc per mortem illos intercipere non licere, qui per Dei longanimitatem et patientiam, post lapsum denuo exsurrecturi, decusque pristinum recuperaturi sunt. Ut igitur nos quoque Deum Opt. Max. benignum clementemque animarum nostrarum medicum experiamur, fratribus nostris errantibus benignos clementesque nos exhibere studeamus, *objurgationis vinum commiserationis oleo miscentes* ; ne nimia severitate, quod Apostolus damnat, id quod claudum mutilumve erat, distorqueamus verius quam sanemus ; eaque ratione Dei adjutores effecti, in bonis illius non absque jucunda voluptate in omne ævum versemur ; gratia et clementia Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri et Spiritui sancto sit gloria in sæcula sæculorum. Amen.

A

## ΚΕΦΑΛ. ΙΕ'.

*Λύσις τῆς τρίτης σφραγῖδος [δηλοῦσα τῶν μὴ παγίως πιστευόντων τῷ Χριστῷ τὴν ἀπ' αὐτοῦ ἔκπτωσιν.]*

*Καὶ ὅτε ἤνοιξε τὴν σφραγῖδα τὴν τρίτην, ἤκουσα τοῦ τρίτου ζώου λέγοντος· Ἔρχου [καὶ ἴδε].*

[Τὸ] τρίτον ζῶον ἐνταῦθα τὸν ἄνθρωπον οἶμαι λέγεσθαι, τὴν τῶν ἀνθρώπων δηλοῦντα ἔκπτωσιν, καὶ διὰ τοῦτο κόλασιν, διὰ τὸ πρὸς ἁμαρτίαν εὐόλισθον, τῇ ἐξουσίᾳ τῆς προαιρέσεως.

*[Καὶ εἶδον,] καὶ ἰδοὺ ἵππος μέλας· καὶ ὁ καθήμενος ἐπ' αὐτῷ ἔχων ζυγὸν ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ· καὶ ἤκουσα φωνῆς ἐν μέσῳ τῶν τεσσάρων ζώων*
B *λεγούσης· Χοῖνιξ σίτου, δηναρίου· καὶ τρεῖς χοίνικες κριθῶν, δηναρίου· καὶ τὸ ἔλαιον καὶ τὸν οἶνον μὴ ἀδικήσῃς.*

Διὰ δὲ τοῦ μέλανος ἵππου τὸ πένθος δηλοῦσθαι νομίζομεν, τὸ ἐπὶ τοῖς ἐκπεσοῦσι τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως, διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῶν κολάσεων· τὸν δὲ ζυγὸν, δοκιμαστὴν εἶναι τῶν τε δι' εὐκολίαν γνώμης ἢ κενοδοξίαν, τῶν τε διὰ σώματος ἀσθένειαν ἐκπεπτωκότων τῆς πίστεως. *Χοῖνιξ σίτου, δηναρίου.* Εἰκὸς μὲν καὶ αἰσθητὸν λιμὸν τότε γενέσθαι, καθὼς καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς ῥηθήσεται· τὴν δὲ τοῦ σίτου χοίνικα τὸν δηναρίου ἄξιον, τροπικῶς δηλοῦν τοὺς νομίμως ἀθλήσαντας, καὶ τῆς δοθείσης εἰκόνος τῆς θείας ἀκριβῶς φύλακας. *Τοὺς δὲ τρεῖς χοίνικας τῆς κριθῆς*, τοὺς κτηνοπρεπῶς τοῖς διώκταις δι'
C ἀνανδρίαν ὑποκύψαντας, ἀναλόγως δὲ μετανοήσαντας ὕστερον, καὶ τὴν ῥυπωθεῖσαν εἰκόνα δάκρυσιν ἀποπλύναντας. Τὸ μέντοι ἐντετάλθαι *μὴ ἀδικεῖσθαι τὸν οἶνον καὶ τὸ ἔλαιον*, τὸ μὴ ἀθετεῖσθαι λέγει τὴν δι' ἐπιστροφῆς [τοῦ] Χριστοῦ ἰατρείαν, ἢ τοὺς ἐμπεπτωκότας τοῖς λῃσταῖς καὶ τραυματισθέντας θεραπεῦσαι, καὶ μὴ ἐάσαι προαρπαγῆναι θανάτῳ τούτους οἳ διὰ μακροθυμίας τὴν ἧτταν ἔμελλον ἀναμαχήσασθαι. Ἵνα τοίνυν καὶ ἡμεῖς φιλάνθρωπον ἰατρὸν τὸν Θεὸν ἐπὶ τοῖς ψυχικοῖς ἡμῶν πάθεσι κτησώμεθα, τοιοῦτοι τοῖς ἀδελφοῖς ἡμῶν σφαλλομένοις γενέσθαι σπουδάσωμεν, *τῷ ἐλαίῳ τῆς συμπαθείας μεμιγμένον τὸν τῆς παραινέσεως οἶνον* [τούτοις] προσφέροντες· ἵνα μὴ τὸ χωλὸν ἐκτραπῇ, ἰαθῇ δὲ μᾶλλον, κατὰ τὸν [θεῖον] Ἀπόστολον· ὅπως Θεοῦ
D συνεργοὶ γενόμενοι, τοῖς αὐτοῦ ἀγαθοῖς αἰωνίως ἐντρυφήσωμεν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα, [κράτος, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ] εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

## CAPUT XVI. SERMO V.

*Solutio quarti sigilli, qua illorum flagella delineantur qui propter animi mollitiem et impatientiam Dominum negaverunt.*

VI, 7. *Et cum aperuisset sigillum quartum, au-*

## ΚΕΦΑΛ. ΙϚ'. ΛΟΓΟΣ Ε'.

*Λύσις τῆς τετάρτης σφραγῖδος, ἐμφαίνουσα τὰς ἐπαγομένας τοῖς ἀσεβέσι μάστιγας.*

*Καὶ ὅτε ἤνοιξε τὴν σφραγῖδα τὴν τετάρτην.*

Digitized by Google

*ἤκουσα φωνῆς τοῦ τετάρτου ζώου, λέγοντος, Ἔρχου [καὶ ἴδε].*

Τὸ τοῦ τετάρτου ζώου, δηλαδὴ τοῦ ἀετοῦ, ὑψιπετὲς καὶ ὀξὺ πρὸς βορὰν, ἄνωθεν ἥκειν ἐκ θεηλάτου ὀργῆς τὰς πληγὰς ἐμφαίνειν δύναται, εἰς τὴν τῶν εὐσεβῶν ἐκδίκησιν, καὶ τῶν ἀσεβῶν τιμωρίαν, εἰ μὴ ταύταις βελτιωθέντες ἐπιστρέψουσι.

A *divi vocem quarti animalis, dicentis: Veni et vide.*

Quartum animal est aquila; quæ ubi perspicacibus oculis prædam despectavit, magna statim celeritate e sublimi ad illam devolat. Significat autem hæc, clades plagasque omnes non aliunde venire, quam e supernis: Deus namque justa ira et indignatione provocatus, immittit illas partim quidem, ut justos ulciscatur, partim etiam, ut impios, nisi forte per eas excitati a sceleribus resipiscant, puniat atque affligat.

*Καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ ἵππος χλωρός· καὶ ὁ καθήμενος ἐπάνω αὐτοῦ, ὄνομα αὐτῷ ὁ Θάνατος· καὶ ὁ ᾅδης ἠκολούθει αὐτῷ· καὶ ἐδόθη αὐτοῖς ἐξουσία ἐπὶ τὸ τέταρτον [μέρος] τῆς γῆς, ἀποκτεῖναι ἐν ῥομφαίᾳ, καὶ ἐν λιμῷ, καὶ ἐν θανάτῳ, καὶ ὑπὸ τῶν θηρίων τῆς γῆς.*

VI, 8. *Et ecce equus pallidus, et qui sedebat super eum, nomen illi Mors: et infernus sequebatur eum: et data est illi potestas super quatuor partes terræ, interficere gladio, fame, et morte, et bestiis terræ.*

B Τοῦ δὲ εἱρμοῦ τῶν προεκτεθέντων καὶ τὰ παρόντα ἔχεται. Ὡς γάρ φησιν ἐν ὀγδόῳ κεφαλαίῳ τοῦ ἐννάτου λόγου τῆς Ἐκκλησιαστικῆς αὐτοῦ Ἱστορίας [ὁ] Εὐσέβιος, ἐν τῇ τῶν διωγμῶν ἀκμῇ, ἐπὶ Μαξιμιανοῦ Ῥωμαίων βασιλεύοντος, [ὑπὸ μὲν λιμοῦ καὶ λοιμοῦ κατασκήψαντος αὐτοῖς σὺν ἑτέροις συμπτώμασιν,] ἄπειρα πλήθη διεφθείροντο, ὡς ταφῇ μὴ δύνασθαι παραδίδοσθαι· καίτοι Χριστιανῶν τότε φιλοτίμως περὶ τὰς κηδείας ἠσχολημένων, καὶ τῷ φιλανθρώπῳ τοὺς πεπλανημένους ἐναγόντων πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας ἐπίγνωσιν· ὑπὸ δὲ Ἀρμενίων ἐπαναστάντων Ῥωμαίοις, οὐκ ὀλίγους ἀνῃρῆσθαι ῥομφαίᾳ φησὶ, καὶ ὑπὸ κυνῶν δὲ ἀνηλῶσθαι τὰ τῶν θανόντων σώματα· ὡς λοιπὸν τοὺς λειπομένους εἰς κυνοκτονίαν τραπῆναι, δεδιότας μὴ καὶ αὐτοὶ θανόντες, ζῶντας τούτους τάφους κτήσωνται. Οὐκ ἀπεικὸς δὲ τοῖς κυσὶ τῆς αὐτῆς θοίνης καὶ ἀγρίους θῆρας συμμετέχειν, διὰ τὸ τῆς τροφῆς ἄφθονον· καὶ ἐν τῇ ἡμετέρᾳ δὲ γενεᾷ τούτων ἕκαστον συμβὰν ἔγνωμεν.

**26** Hæc cum calamitoso rerum præsentium statu satis conspirant. Etenim cum, Maximiano Romanorum principe imperante, in ipso persecutionis æstu pestis simul et fames crudeliter grassarentur, tanta hominum multitudo, ut Eusebius Pamphili exponit, exstincta interiit, ut cadavera sepulturæ tradi ægre admodum potuerint, etiamsi Christiani accurate per id tempus circa demortuorum funera occuparentur, erroreque seductos magna humanitate ad veritatis lucem adducere niterentur. Addit idem auctor, non paucos quoque ab Armeniis, qui contra Romanos eadem tempestate insurrexerant, contrucidatos occubuisse, canesque in interfectorum cadavera immaniter sæviisse, ita ut ii qui a clade reliqui adhuc erant, in canum eadem C sese converterint, veriti ne, posteaquam e vivis excessissent, illorum ventres viva sepulcra sortirentur. Probabile fit quoque agrestes feras, cadaverum passim jacentium copia excitatas, ejusdem cum canibus pastus participes exstitisse. Quin nostra quoque ætate quædam similia usu venisse novimus.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΖʹ.

*Λύσις τῆς πέμπτης σφραγῖδος, δηλοῦσα τὴν τῶν ἁγίων [ψυχῶν] πρὸς Κύριον περὶ τῆς συντελείας καταβόησιν.*

## CAPUT XVII.

*Solutio quinti sigilli, quæ sanctorum clamores ad Deum pro sæculi consummatione proponit.*

*Καὶ ὅτε ἤνοιξε τὴν πέμπτην σφραγῖδα, εἶδον ὑποκάτω τοῦ θυσιαστηρίου τὰς ψυχὰς [τῶν ἀνθρώπων] τῶν ἐσφαγμένων διὰ τὸν Λόγον τοῦ Θεοῦ καὶ διὰ τὴν μαρτυρίαν [τοῦ Ἀρνίου] ἣν εἶχον. Καὶ ἔκραζον φωνῇ μεγάλῃ λέγοντες· Ἕως πότε, ὁ Δεσπότης [ἡμῶν] ὁ ἅγιος καὶ ὁ ἀληθινὸς, οὐ κρίνεις καὶ [οὐκ] ἐκδικεῖς τὸ αἷμα ἡμῶν ἀπὸ τῶν κατοικούντων ἐπὶ τῆς γῆς;*

VI, 9, 10. *Et cum aperuisset sigillum quintum, vidi subter altare animas interfectorum propter Verbum Dei, et propter testimonium quod habebant: et* D *clamabant voce magna, dicentes: Usquequo, Domine, (sanctus et verus) non judicas, et non vindicas sanguinem nostrum de his qui habitant in terra?*

Εἰ μέν τις τὴν λύσιν τῶν τεσσάρων σφραγίδων ταῖς τοῦ Χριστοῦ παρῳχηκυίαις οἰκονομίαις προσνεῖμαι βιάσεται, καὶ ταύτην εἰκότως τοῖς προτελειωθεῖσι προφήταις καὶ λοιποῖς ἁγίοις ἐφαρμόσει· [οἳ] τῆς θείας καταβοῶσι μακροθυμίας, ἐφ' οἷς μέχρι σταυροῦ παρὰ Ἰουδαίων ὑβριζόμενος ἀνέχεται. Εἰ δέ τις ὡς μελλόντων πρόῤῥησιν ταῦτα ἐκλάβῃ κατὰ τοὺς διδασκάλους τῆς Ἐκκλησίας, τοῖς διὰ Χριστὸν σφαγιασθεῖσι τὴν τοιαύτην πρέπειν κατὰ τῶν διωκτῶν οἰήσεται καταβόησιν, ἐφ' ᾧ τοὺς ἐν αὐτῇ

Qui quatuor sigillorum solutionem transactæ jam olim Christi œconomiæ tribuunt, illi, ut sibi constent, hanc quintam prophetis jamdudum ante consummatis cæterisque sanctis accommodent oportet. Hi namque de Dei patientia et longanimitate certa quadam ratione haud injuste queritari videri possunt; ut qui tentationi usque ad mortem restiterint, injustamque Judæorum vim et contumeliam patienter sustinuerint. Qui vero receptiorem doctorum Ecclesiæ sententiam secuti, hæc

Digitized by Google

*dierit vocem meam, et aperuerit mihi januam, intrabo ad illum, et cœnabo cum illo, et ipse mecum.*

Mea, inquit, præsentia nulli vim affert. Cordis ostium pulso; prompte aperienti super salute sua gratulor; illamque opiparæ cœnæ loco duco : siquidem iis rebus præcipue capior et pascor, quibus ipsi spiritum alunt, famemque audiendi verbum Dei sedant, ac erroris tenebras propulsant.

III, 21, 22. *Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut et ego vici, et consedi cum Patre meo in throno ejus. Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis.*

Per *solium* regnum futurique sæculi requies denotatur. Ait ergo : Quisquis hostem, qui sub aspectum non venit, devicerit, ille mecum regnabit, meæque gloriæ particeps erit. Cum autem addit, *Sicut et ego vici*, ob assumptam carnem, ut homo loquitur; neque enim Deus Verbum, cœleste regnum tanquam virtutis præmium aliquando tulit; quippe qui naturaliter et ab omni æternitate illud possederit. Nisi enim natura sua ita comparatus esset, aliis illud impertiri non posset : cum tamen, secundum tonitrui filium Theologum, pro potestatis suæ plenitudine sanctis illud impertiri consueverit. Ad eamdem quoque potestatem spectat, judices designare et instituere; sicuti sanctos apostolos duodecim tribuum Israel judices jam designavit olimque futuros promisit. Etenim posteaquam, cum Deus alioqui et sempiternus Rex esset, nostra causa semel factus est homo, nostraque omnia, solo peccato excepto, participavit, ea omnia quæ divinitatis illius propria erant, neque humanæ tamen naturæ repugnabant, iis qui diabolum superassent, vicissim impertiri constituit. Eapropter ut ille in sua ad cœlos assumptione nube tanquam vehiculo uti voluit; ita sanctos quoque, ut Apostolus testatur, per nubem in occursum suum quondam abripiet. **18** Rursum ut ipse, tanquam creaturæ Dominus, rerumque conditor, judex venturus est; ita sanctis quoque illustribusque viris eos judicandi et condemnandi potestatem largietur, qui divinæ vereque beatæ servitutis jugum superbe excusserunt. *Nescitis*, ait Apostolus, *quia angelos judicabimus*[1]? nempe tenebrarum principes. Cum ergo judicem nacti simus usque adeo benignum et clementem, ut illum benevolum clementemque experiamur, operam demus sedulam, illudque Salomonis; *Vestimenta tua omni tempore sint candida*[2], hoc est, nullis pravis operibus contaminata, omni studio explere contendamus. Ad eum enim modum nuptiali veste animas nostras convestientes, immortali Sponso et Regi nos commendabimus, ipsique per virtutem conjuncti, sempiternis illis bonis potiemur : in ipso Christo Deo et Domino nostro, eorumdemque bonorum largitori : cum quo Patri, cum vivifico sanctissimoque Spiritu, sit honor, gloria, et adoratio in sæcula sæculorum. Amen.

A [*οὖν*] *τις ἀκούσῃ τῆς φωνῆς μου καὶ ἀνοίξῃ τὴν θύραν, εἰσελεύσομαι πρὸς αὐτὸν, καὶ δειπνήσω μετ' αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς μετ' ἐμοῦ.*

[*Ἰδοὺ, ἧκα ἐπὶ τὴν θύραν, καὶ κρούω.* —] Ἀβίαστος, φησὶν, ἡ ἐμὴ παρουσία. Τὴν θύραν τῆς καρδίας κρούω· καὶ τοῖς ἀνοίγουσιν ἐπὶ τῇ αὐτῶν σωτηρίᾳ συνευφραίνομαι. Τροφὴν γὰρ καὶ δεῖπνον ταύτην ἥγημαι, τρεφόμενος ἐφ' οἷς αὐτοὶ τρέφονται, καὶ τὸν λιμὸν τοῦ ἀκοῦσαι λόγον Κυρίου καὶ τὸ σκότος τῆς πλάνης ἀποφεύγουσι.

*Ὁ νικῶν, δώσω αὐτῷ καθίσαι μετ' ἐμοῦ ἐν τῷ θρόνῳ μου· ὡς κἀγὼ ἐνίκησα καὶ ἐκάθισα μετὰ τοῦ Πατρός μου ἐν τῷ θρόνῳ αὐτοῦ. Ὁ ἔχων οὖς, ἀκουσάτω τί τὸ Πνεῦμα λέγει ταῖς Ἐκκλησίαις.*

B Διὰ δὲ *τοῦ θρόνου* ἡ βασιλεία καὶ ἡ ἀνάπαυσις τοῦ μέλλοντος αἰῶνος δείκνυται. Φησὶ τοίνυν, ὅτι Οἱ τὸν ἐχθρὸν νικήσαντες, συνδοξασθήσονταί μοι καὶ συμβασιλεύσουσι. Τὸ δὲ, *Ὡς κἀγὼ ἐνίκησα*, ἀνθρωπίνως εἴρηται, διὰ τὴν πρόσληψιν. Οὐ γὰρ ἆθλον ἀρετῆς τὴν βασιλείαν ὁ Θεὸς Λόγος ἐκτήσατο (ταύτην γὰρ ἔχει οὐσιωδῶς [ὡς] ἀΐδιον. Εἰ γὰρ μὴ τοῦτο, οὐκ ἂν ἑτέροις μεταδιδόναι ταύτης ἠδύνατο, ἀλλὰ κατὰ τὸν Θεολόγον καὶ τῆς βροντῆς υἱὸν, ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ τοῖς ἁγίοις [πᾶσι] μετέδωκεν· ὅθεν καὶ τοῖς ἱεροῖς ἀποστόλοις ἐπήγγελται καθίσειν ἐπὶ δώδεκα θρόνους κρίνειν τὰς [δώδεκα] φυλὰς τοῦ Ἰσραὴλ μέλλοντας. Ἐπειδὴ γὰρ [δι' ἡμᾶς] ἄνθρωπος γέγονε, Θεὸς ὑπάρχων καὶ βασιλεὺς προαιώνιος, C καὶ πάντων τῶν ἡμετέρων ἁμαρτίας χωρὶς μετέσχηκεν, πάντων τῶν ἑαυτοῦ τοῖς νικηταῖς τοῦ διαβόλου μετέδωκε, καθὼς ἦν δυνατὸν ἀνθρώποις ὑποδέξασθαι. Ὅθεν νεφέλην ὄχημα τῆς εἰς οὐρανοὺς ἀναβάσεως ἐν τῇ ἀναλήψει αὐτοῦ ποιησάμενος, καὶ τοὺς ἁγίους ἐπὶ νεφελῶν διὰ τοῦ Ἀποστόλου φησὶν ἁρπαγήσεσθαι πρὸς τὴν αὐτοῦ ὑπάντησιν· καὶ κριτὴς, ὡς Δημιουργὸς καὶ Δεσπότης τῆς κτίσεως, ἐλευσόμενος, κρίνειν τοῖς ἁγίοις παρέξει τοὺς τῆς θείας ὄντως καὶ μακαρίας δουλείας ἀφηνιάσαντας, ὥς φησιν ὁ Ἀπόστολος· *Οὐκ οἴδατε ὅτι ἀγγέλους κρινοῦμεν*; δηλαδὴ τοὺς τοῦ σκότους ἄρχοντας. Ἐπεὶ τοίνυν οὕτω φιλάνθρωπον τὸν κριτὴν ἔχομεν, εὐμενοῦς αὐτοῦ τυχεῖν σπουδάσωμεν· διηνεκῶς πληροῦντες τὸ Σολομώντειον λόγιον· *Ἐν παντὶ καιρῷ ἔστωσαν* D *τὰ ἱμάτιά σου λευκὰ*, [ταῖς] πονηραῖς μὴ ῥυπαινόμενα πράξεσιν. Οὕτω γὰρ νυμφικῶς τὰς ψυχὰς ἡμῶν κοσμήσαντες, ἐπεράστους ἑαυτοὺς τῷ [ἀθανάτῳ Νυμφίῳ καὶ] Βασιλεῖ [πρὸς συνάφειαν] παραστήσομεν, καὶ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν [δι' ἀρετῶν αὐτῷ συναφθέντες] τευξόμεθα, ἐν αὐτῷ Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν, τῷ τούτων χορηγῷ· μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις, ἅμα τῷ παναγίῳ Πνεύματι, [νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ] εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[1] I Cor. vi, 3. [2] Eccle. ix, 8.

Digitized by Google

## ΚΕΦΑΛ. Γ'. ΛΟΓΟΣ Δ'.

*Περὶ τῆς ὁραθείσης θύρας ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ τῶν κδ' πρεσβυτέρων [καὶ τῶν ἑξῆς].*

*Μετὰ ταῦτα εἶδον· καὶ ἰδοὺ θύρα ἠνεῳγμένη ἐν τῷ οὐρανῷ· καὶ ἡ φωνὴ ἡ πρώτη ἣς ἤκουσα, ὡς σάλπιγγος λαλούσης μετ' ἐμοῦ, λέγουσα· Ἀνάβα ὧδε· καὶ δείξω σοι ἃ δεῖ γενέσθαι μετὰ ταῦτα.*

Ἡ περιαίρεσις τῆς θύρας τῶν κρυπτῶν τοῦ Πνεύματος μυστηρίων σημαίνει τὴν δήλωσιν· ἡ δὲ *σάλπιγξ*, τὸ τοῦ ἀποκαλύπτοντος μεγαλόφωνον· τὸ δὲ, *Ἀνάβα ὧδε*, τὸ τῶν γηΐνων τελείως ἀποστῆναι καὶ ἐν οὐρανῷ γενέσθαι τὴν διάνοιαν τοῦ ἀκούοντος.

B *Καὶ εὐθέως ἐγενόμην ἐν Πνεύματι· καὶ ἰδοὺ θρόνος ἔκειτο ἐν τῷ οὐρανῷ· καὶ ἐπὶ τοῦ θρόνου καθήμενος ὅμοιος ὁράσει λίθῳ ἰάσπιδι καὶ σαρδίῳ, καὶ ἶρις κυκλόθεν τοῦ θρόνου, ὁμοία ὁράσει σμαραγδίνῳ.*

[*Καὶ εὐθέως ἐγενόμην ἐν Πνεύματι.* —] Τῆς φωνῆς, φησὶν, ἀκούσας, καὶ τῷ Πνεύματι τυπωθεὶς τὸ ἡγεμονικὸν, *θρόνον* ἐθεασάμην· δι' οὗ δηλοῦται ἡ ἐν τοῖς ἁγίοις τοῦ Θεοῦ ἀνάπαυσις· αὐτοῖς γὰρ ἐνθρονίζεται. Ἐπειδὴ δὲ τὸν Πατέρα τὸν ὁραθέντα ἐνταῦθα παρίστησι, σωματικὸν αὐτῷ χαρακτῆρα οὐ περιτίθησιν, ὥσπερ ἐν τῇ προτεραίᾳ τοῦ Υἱοῦ ὀπτασίᾳ· ἀλλὰ τιμίοις αὐτὸν λίθοις ἀπεικάζει· τῆς μὲν *ἰάσπιδος* σημαινούσης, ὡς χλοερᾶς [οὔσης], ὁμοῦ τὸ ἀειθαλὲς καὶ φερέσβιον καὶ τροφῆς χορηγὸν τῆς C θείας φύσεως, διὰ τὸ πᾶν σπέρμα χλοηφορεῖν· πρὸς τούτῳ δὲ καὶ τὸ φοβερὸν τοῖς ὑπεναντίοις. Φασὶ γὰρ τὴν ἴασπιν φοβερὰν εἶναι θηρίοις καὶ φάσμασι· μετὰ τοῦτο δὲ, καὶ τῶν ἐπιδεχομένων τὴν ψυχικὴν ἴασιν, τὸ θεραπευτικόν. Λέγει γὰρ ὁ μέγας Ἐπιφάνιος, τοῦτον τὸν λίθον ἰατρεύειν οἰδήματά τε καὶ τὰς ἀπὸ σιδήρου πληγὰς, ἐπιχριόμενον· ἡ δὲ *ἶρις*, *σμαραγδίζουσα*, τὸ ποικίλον καὶ ἀνθοῦν ἐν ἀρεταῖς τῶν ἀγγελικῶν ἐμφαίνει τάξεων.

*Καὶ κύκλῳ τοῦ θρόνου, θρόνοι εἰκοσιτέσσαρες· καὶ ἐπὶ τοῖς θρόνοις εἰκοσιτέσσαρας πρεσβυτέρους καθημένους [καὶ] περιβεβλημένους [ἐν] ἱματίοις λευκοῖς· καὶ ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν* D *στεφάνους χρυσοῦς.*

*Εἰκοσιτέσσαρας* δὲ *πρεσβυτέρους* τις τῶν πρὸ ἡμῶν Ἄβελ καὶ ἑτέρους εἴκοσι τῆς Παλαιᾶς ἐξελάβετο, καὶ τρεῖς τῆς Νέας. Εἴτε δὲ τοῦτό ἐστιν, εἴτε μᾶλλον τοὺς πρὸς ταῖς πράξεσι καὶ τῷ λόγῳ κεκοσμημένους, χρὴ νοεῖν τὸ διὰ τῶν εἰκοσιτεσσάρων στοιχείων δηλούμενον, ὁ ἀναγινώσκων δοκιμαζέτω. Τάχα δὲ ἐκλαβεῖν ἀκολουθότερον διὰ τῶν ιβ' πρεσβυτέρων, τοὺς ἐν τῇ Παλαιᾷ διαλάμψαντας· διὰ δὲ τῶν ἑτέρων ιβ', τοὺς ἐν τῇ Νέᾳ διαπρέψαντας· κἀκείνων γὰρ δώδεκα φύλαρχοι, καὶ τῶν ἐν τῇ Νέᾳ δώδεκα ἀπόστολοι προηγήσαντο· οἷς καθίσαι ἐπὶ δώδεκα θρόνων ὁ Κύριος ἐπηγγείλατο. *Τὰ δὲ λευκὰ ἱμάτια* τοῦ λαμπροῦ βίου καὶ τῆς ἀλήκτου ἑορτῆς

## CAPUT X. SERMO IV.

*De ostio quod in cœlo visum est apertum : deque viginti quatuor senioribus, et aliis quibusdam, quæ hinc ordine consequuntur.*

IV, 1. *Post hæc vidi, et ecce ostium apertum in cœlo, et vox prima quam audivi, tanquam tubæ loquentis mecum, dicens : Ascende huc, et ostendam tibi quæ oportet fieri cito.*

Cœlestis ostii patefactio, occultorum mysteriorum Spiritus explicationem significat : *Tuba* autem, grandisonam patefacientis vocem. Illud vero, *Ascende huc*, audientis mentem a rebus hisce fluxis atque terrenis perfecte avulsam, in cœlo versari indicat.

IV, 2, 3. *Post hæc statim fui in spiritu. Et ecce sedes posita erat in cœlo ; et supra sedem sedens. Et qui sedebat, similis erat aspectui lapidis jaspidis et sardinis : et iris erat in circuitu sedis, similis visioni smaragdinæ.*

Cum, inquit, vocem audivissem, mensque mea divini Spiritus allapsu tacta fuisset, ecce mox *thronum* in cœlo positum vidi. Per hanc autem *sedem* Christi in sanctis requies designatur : siquidem in illis veluti in throno quodam insidet. Cæterum Patri, quem hoc loco visum inducit, nullam omnino corpoream figuram affingit, ut in prima visione Filio affinxerat; verum pretiosis tantum lapidibus illum comparat. Jaspidi quidem, quod is viridis exsistat, suaque viriditate divinæ naturæ symbolum præ se ferat. Hæc namque semper floret et viret, vitamque et escam viventibus omnibus præstat. Sed et omne quoque terræ semen viridem herbam fundere solet. Assimulatur adhæc *sardio*, ob terrorem quem hostibus incutere natus est. Aiunt namque sardium feris spectrisque terribilem videri : vi præterea, quam natura insitam habet, ægra corpora sanare solitum. Sane, ut magno Epiphanio placet, non modo tumoribus, si commode adhibeatur, medetur; verum etiam ferro illatis vulneribus. Porro *iris*, quæ *smaragdi* colorem æmulatur, varia et florida cœlestium virtutum et ordinum ornamenta, diversaque eorumdem munia et ministeria adumbrat.

**19** IV, 3. *Et in circuitu sedis sedilia viginti quatuor : et super thronos viginti quatuor seniores sedentes, circumamicti vestimentis albis : et in capitibus suis coronæ aureæ.*

Hunc *viginti quatuor seniorum* numerum quidam ex priscis interpretibus constituisse existimant Abelem, cum aliis viginti Veteris, et tribus Novi Testamenti patribus. Ast certumne id sit, an vero pro viginti quatuor elementorum Græcorum numero, rectius per hos accipiantur viginti quatuor qui actione et cognitione præ cæteris excelluerunt, hoc judicium penes lectorem esto. Nobis illorum opinio magis probatur, qui per duodecim seniores intellexerunt duodecim viros qui in veteri lege sapientia et virtute præ aliis illustres exstitere : per reliquos autem duodecim, totidem alios Novi Testamenti heroas. Apud Judæos celebres fuere duodecim pa-

Digitized by Google
Распознавание текста ABK/FR

triarchæ, duodecim tribuum principes et quasi capita. In Novo autem, duodecim apostoli; quos propter excellentem virtutem et sapientiam, Christus Dominus duodecim tribuum Israel judices olim futuros docuit. *Candidæ* autem *stolæ*, symbolum sunt integræ puræque vitæ: tum perpetuæ quoque festivitatis solidæque lætitiæ, qua beati potientur. *Coronæ* tandem *aureæ*, victoriæ adversus malignos dæmones, non absque magna animi fortitudine obtentæ, sunt notæ.

A καὶ εὐφροσύνης σύμβολά [εἰσιν·] οἱ δὲ *στέφανοι*, τῆς νίκης ἣν πρὸς τοὺς πονηροὺς δαίμονας κατώρθωσαν ἀνδρισάμενοι.

IV, 5. *Et de throno procedebant fulgura, et voces, et tonitrua.*

Et hinc quoque planum fit, quam terribilem ac formidabilem Deus iis exhibere sese soleat, qui illius patientia et mansuetudine abutuntur. Nam hominibus salute dignis *tonitrua* isthæc et *fulgura* lucem verius et voluptatem quam terrorem afferent. Alterum namque ex his, mentis illorum oculos lumine perfundet; alterum vero, spiritales eorumdem aures perficiet, et quadam suavitate afficiet.

*Καὶ ἐκ τοῦ θρόνου ἐκπορεύονται ἀστραπαὶ καὶ φωναὶ καὶ βρονταί.*

Κἀντεῦθεν τὸ φοβερὸν καὶ καταπληκτικὸν τοῦ Θεοῦ κατὰ τῶν ἀναξίων τῆς αὐτοῦ μακροθυμίας δείκνυται. Τοῖς μέντοι σωτηρίας ἀξίοις τούτων ἑκάτερα φωτισμὸν ἐντίθησιν· ἡ μὲν τοῖς τῆς διανοίας ὄμμασιν, ἡ δὲ τοῖς πνευματικοῖς ὠσὶν ἐμπίπτουσα.

IV, 5, 6. *Et septem lampades ardentes ante thronum; quæ sunt septem spiritus Dei: et in conspectu sedis tanquam mare vitreum simile crystallo.*

Per *septem* hos *spiritus*, aut septem angelos cæteris præstantiores cum Irenæo accipere oportet: aut septem vivifici illius Spiritus charismata. Quorum mentionem facit Isaias propheta. Utraque expositio ratione et auctoritate nititur. Cæterum per *mare vitreum* immensa illa sanctarum Virtutum multitudo, rerumque cœlestium ab omni labe immunitas; necnon pax illa summaque futuræ vitæ tranquillitas designatur. Sunt tamen qui per *mare vitreum* aquas illas quæ secundum Psalmistam super cœlos firmatæ, homini prorsus incognitæ et inaccessæ sunt, denotatas putant: aut crystallinam cœli naturam, aut singularem certe divini illius pavimenti fulgorem et perspicuitatem. Verum rerum quæ mentis nostræ captum excedunt, investigationi prolixius, quam par est, insistere, ridiculum fortassis fuerit.

B *Καὶ ἑπτὰ λαμπάδες πυρὸς καιόμεναι ἐνώπιον τοῦ θρόνου· αἵ εἰσι τὰ ἑπτὰ πνεύματα τοῦ Θεοῦ. Καὶ ἐνώπιον τοῦ θρόνου, θάλασσα ὑαλίνη, ὁμοία κρυστάλλῳ.*

Τὰ δὲ *ἑπτὰ πνεύματα* τοῦ Θεοῦ, εἴτε, ὥς φησιν Εἰρηναῖος, ἑπτὰ ἀγγέλους τῶν λοιπῶν ὑπερέχοντας δεῖ νοεῖν, εἴτε τὰς ἐνεργείας τοῦ ζωοποιοῦ Πνεύματος, ὧν Ἡσαΐας μέμνηται. Οὐδ' ἕτερον οἶμαι ἀπίθανον· *ἡ δὲ ὑαλίνη θάλασσα* τὸ πλῆθος τῶν ἁγίων Δυνάμεων καὶ τὸ καθαρὸν καὶ ἀκηλίδωτον, καὶ τὸ τῆς μελλούσης ζωῆς χαρακτηρίζει ἀτάραχον. Τάχα δὲ διὰ ταύτης δηλοῦται τὰ οὐράνια νῶτα, ἀνεφίκτοις ἡμῖν ὕδασι, κατὰ τὸν Ψαλμῳδὸν, στεγαζόμενα. Εἰ δέ τισι κρυσταλλοειδὴς ἡ τοῦ οὐρανοῦ φύσις νενόμισται, σκοπεῖν χρὴ εἰ μὴ ἡ οὐσία τοῦ C θεοστιβοῦς ἐκείνου ἐδάφους διὰ τούτων σημαίνεται, τὸ στίλβον ὁμοῦ καὶ διαυγὲς ἔχουσα. Ἀλλὰ τῶν ὑπὲρ κατάληψιν ἡ ἔρευνα καταγέλαστος.

IV, 6. *Et in medio sedis, et in circuitu sedis, quatuor animalia plena oculis ante et retro.*

Per hæc ostenditur *thronum Dei* nihil fere aliud esse, quam regnum Dei, jucundamque ejusdem in sanctis requiem. Cernit autem in regno illo *Seraphim* oculis plena thronumque, de quo hic sermo est, jugiter obeuntia. *Oculorum* autem numero, vim qua ad hauriendos Divinitatis radios pollent,
20 haud dubie subindicat, quandoquidem ea perfectione a Deo illustrantur, ut et illa videant quæ jam dudum ante sunt facta, et illa rursum quæ olim sunt futura.

*Καὶ ἐν μέσῳ τοῦ θρόνου, καὶ κύκλῳ τοῦ θρόνου, τέσσαρα ζῶα γέμοντα ὀφθαλμῶν ἔμπροσθεν καὶ ὄπισθεν.*

[*Καὶ κύκλῳ τοῦ θρόνου, τέσσαρα ζῶα γέμοντα ὀφθαλμῶν.* —] Καὶ διὰ τούτου δείκνυται ὁ θρόνος σημαντικὸς εἶναι τῆς τοῦ Θεοῦ βασιλείας τε καὶ ἀναπαύσεως· ἐν ᾗ καὶ περὶ ἣν τὰ *Σεραφὶμ* ἐθεώρησε· διὰ τοῦ πλήθους τῶν *ὀφθαλμῶν* τὸ πρὸς τὰς θείας αὐγὰς θεοπτικὸν αὐτῶν διδασκόμενος. *Ἔμπροσθεν καὶ ὄπισθεν*· ὅτι καὶ τῶν ἔμπροσθεν καὶ τῶν ὄπισθεν
D [θεόθεν] τὴν γνῶσιν ἐναυγάζονται.

IV, 7. *Et animal primum simile leoni; et secundum animal simile vitulo; et tertium animal habens faciem velut hominis; et quartum animal simile aquilæ volanti.*

Ejusmodi animalia propheta Ezechiel contemplatus quoque legitur. Cæterum per quatuor facies, quatuor elementa, ex quibus homo coagmentatur, eorumdemque procreatio et conservatio, ut nonnullis placet, hoc loco denotantur: aut Dei in res omnes, sive illæ in cœlo, sive in terra, sive in mari,

*Καὶ τὸ ζῶον τὸ πρῶτον, ὅμοιον λέοντι· καὶ τὸ δεύτερον ζῶον, ὅμοιον μόσχῳ· καὶ τὸ τρίτον ζῶον, ἔχον πρόσωπον ἀνθρώπου· καὶ τὸ τέταρτον ζῶον, ὅμοιον ἀετῷ πετομένῳ.*

Ταῦτα τὰ [τέσσαρα] ζῶα καὶ τὸν Ἡσαΐαν τεθεᾶσθαι νομίζομεν· διὰ τῶν τεσσάρων προσώπων δηλοῦντα [εἴτε] τὴν τῶν τεσσάρων στοιχείων τοῦ Θεοῦ δημιουργίαν τε καὶ συντήρησιν, ὥς τισιν ἔδοξεν, εἴτε τῶν οὐρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ τῶν ἐν θαλάσσῃ [καὶ καταχθονίων] τὴν [θείαν] δεσποτείαν·

Digitized by Google
Распознавание текста АВК/FR

εἶτα τὰς ἀρετὰς τὰς τέσσαρας, καὶ τὰ τέσσαρα A Εὐαγγέλια, ὡς ἑτέροις καλῶς ἔχειν λελόγισται· *τοῦ μὲν λέοντος* δηλοῦντος τὴν ἀνδρείαν καὶ τὸ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγέλιον, ὥς φησιν Εἰρηναῖος· διὰ τὸ τῆς προαιωνίου βασιλείας τούτου σημαντικόν· ἐν ἀρχῇ γὰρ εἶναι τὸν Λόγον ἐκήρυξε· *τοῦ δὲ μόσχου*, ἅτε τοῖς οἰκείοις ἀρκουμένου πόνοις, τὴν δικαιοσύνην καὶ τὸ κατὰ Λουκᾶν Εὐαγγέλιον, ὡς νομικῶς καὶ ἱερατικῶς τὸν Χριστὸν γενεαλογῆσαν· *τοῦ δὲ ἀετοῦ*, τὴν σωφροσύνην· ταύτην γὰρ [φιλεῖν] μαρτυρεῖται [τοῦτο] τὸ ζῶον· καὶ τὸ κατὰ Μάρκον Εὐαγγέλιον, ὡς σύντομον καὶ ἀπὸ τοῦ προφητικοῦ Πνεύματος ἀρξάμενον· *τοῦ δὲ ἀνθρώπου* τὴν φρόνησιν, καὶ τὸ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγέλιον, ὡς φύσει καὶ οὐ νόμῳ κηρύξαν τὴν [τοῦ] Χριστοῦ γέννησιν. Εἰκὸς δὲ διὰ τούτων καὶ τὴν οἰκονομίαν [τοῦ] Χρι- B στοῦ δηλοῦσθαι· διὰ *τοῦ λέοντος*, ὡς βασιλέως· διὰ *τοῦ μόσχου*, ὡς ἱερέως, μᾶλλον δὲ καὶ ἱερείου· διὰ *τοῦ ἀνθρώπου*, ὡς δι' ἡμᾶς ἀνδρωθέντος· διὰ δὲ *τοῦ ἀετοῦ*, ὡς χορηγοῦ τοῦ ζωοποιοῦ Πνεύματος, τοῦ ἐπιπτάντος ἡμῖν ἄνωθεν.

sive in aere, sive sub terra exsistant, dominatus, aut quatuor primariæ virtutes: aut quatuor Evangelia: aut, quod aliis magis probatur, utrumque simul: *leone* quidem fortitudinem et Evangelium secundum Joannem significante. Nam, ut Irenæus admonet, unum hoc in ipso statim exordio sempiterni regni mentionem infert. Prædicat namque Dei Verbum a principio exstitisse. *Vitulo* vero, tanquam propriis opibus laboribusque contento sibique sufficiente, justitiam et Evangelium secundum Lucam, qui Christi genealogiam simul per legalem et sacerdotalem lineam ducit: *aquila* autem, temperantiam, (huic enim animali isthæc virtus familiaris fertur), et Evangelium secundum Marcum, quod et breve est, et a prophetico Spiritu exordium facit: *homine* tandem prudentiam et Evangelium secundum Matthæum, quod legali missa, naturalem tantum Christi generationem texit. Probabile fit quoque præcipuas œconomiæ Christi partes per quatuor hæc animalia designare voluisse. Regem exstitisse, indicatum videri potest per *leonem*: sacerdotem porro, aut verius sacrificium, per *vitulum*: nostri autem causa carnem assumpsisse, per *hominem*: vivifici denique Spiritus, qui e supernis devolat, benignum largitorem esse, per *aquilam*.

*Καὶ τέσσαρα ζῶα, ἓν καθ' ἓν αὐτῶν ἔχον ἀνὰ πτέρυγας ἓξ κύκλωθεν, καὶ ἔσωθεν γέμουσιν ὀφθαλμῶν.*

[*Καὶ τέσσαρα ζῶα ἓν καθ' ἓν αὐτῶν ἔχον ἀνὰ πτέρυγας ἕξ.* —] Ταῦτα ὁ μέγας φησὶ Διονύσιος διὰ τοῦτο ταῖς δυσὶ πτέρυξι καλύπτειν τὰ πρόσωπα, καὶ ταῖς δυσὶ τοὺς πόδας, καὶ ταῖς μέσαις πέτεσθαι· C ἵνα ἡ περὶ τὰ ὑψηλότερα [αὐτῶν] καὶ βαθύτερα τῆς οἰκείας καταλήψεως φανῇ εὐλάβεια· δι' ἣν τοῖς μέσοις πρὸς τὰς θεαρχικὰς αὐγὰς [τοῖς] θείοις ζυγοῖς ἀνατείνονται.

IV, 8. *Et quatuor animalia, singula eorum habebant alas senas in circuitu, et intus plena sunt oculis.*

Quatuor hæc animalia, ut magno Dionysio visum est, duabus alis ob id facies suas tegebant, duabus rursum pedes; et duabus tandem mediis volabant: quo hinc constaret quanto cum metu et reverentia in sublimiorum rerum theoriam et inquisitionem, profundiorumque mysteriorum comprehensionem ferantur; quantaque cautione haustos Divinitatis radios, ad alios interjectos ordines et sedes non absque Dei jussu transmittere soleant.

*Καὶ ἀνάπαυσιν οὐκ ἔχουσιν, ἡμέρας καὶ νυκτὸς λέγοντες· Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος· Κύριος ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος.*

IV, 8. *Et requiem non habent die ac nocte, dicentia: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus omnipotens, qui est, et qui erat, et qui venturus est.*

Ἀνάπαυσις δὲ ταῖς ἁγίαις ταύταις δυνάμεσι, τὸ ἐκ τῆς θείας ὑμνῳδίας μὴ παύεσθαι, καὶ τὸν τρισσὸν ἁγιασμὸν τῇ τρισυποστάτῳ προσφέρειν Θεότητι. Τὸ δὲ, *Ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος* [*ὁ παντοκράτωρ*], τὴν ἁγίαν Τριάδα δηλοῦν ἔφημεν.

Sanctæ istæ virtutes ob id requiem habere negantur, quod a divinis laudibus nunquam cessent. Cæterum per sanctitatis nomen tertio repetitum, Divinitati, quæ in tribus hypostasibus, ex æquo subsistit, laudem deferunt. Porro autem illud, *Qui est, et qui erat, et qui venturus est*, sacrosanctæ Trinitatis mysterium, ut ante quoque dictum est, ob oculos nobis ponit.

*Καὶ ὅταν δώσουσι τὰ ζῶα δόξαν καὶ τιμὴν καὶ* D *εὐχαριστίαν τῷ καθημένῳ ἐπὶ τοῦ θρόνου, τῷ ζῶντι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, πεσοῦνται οἱ εἰκοσιτέσσαρες πρεσβύτεροι ἐνώπιον τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ θρόνου· καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ.*

IV, 9, 10. *Et cum darent illa animalia gloriam et honorem et benedictionem sedenti super thronum, viventi in sæcula sæculorum, viginti quatuor* **21** *seniores procidebant ante sedentem in throno, et adorabant viventem in sæcula sæculorum.*

[*Πεσοῦνται οἱ εἰκοσιτέσσαρες πρεσβύτεροι.* —] Διὰ τούτων δηλοῦται, καὶ τοὺς νοηθέντας ἡμῖν πρεσβυτέρους κοινωνοὺς εἶναι [τῆς ὑμνῳδίας] τῶν οὐρανίων δυνάμεων· ὁμολογοῦντας ἐκ Θεοῦ κεκομίσθαι τῆς [κατὰ] τῶν νοητῶν ἐχθρῶν νίκης τὴν δύναμιν.

Hinc discimus seniores, de quibus actum est ante, in divinæ laudis decantatione virtutibus cœlestibus consociari: victoriamque de hostibus, qui sub aspectum non veniunt, nulli alteri quam Deo acceptam ferre.

*Καὶ βαλοῦσι τοὺς στεφάνους αὐτῶν ἐνώπιον*

IV, 10, 11. *Et mittebant coronas suas ante thro-*

Digitized by Google

*num, dicentes: Dignus es, Domine, Deus noster, accipere gloriam et honorem et virtutem; quia tu creasti omnia, et per voluntatem tuam erant, et creata sunt.*

A *τοῦ θρόνου, λέγοντες· Ἄξιος εἶ, Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, λαβεῖν* [ὁ ἅγιος] *τὴν δόξαν καὶ τὴν τιμὴν καὶ τὴν δύναμιν· ὅτι σὺ ἔκτισας* [τὰ] *πάντα, καὶ διὰ τὸ θέλημά σου ἐκτίσθησαν καὶ εἰσίν.*

Tu, inquit, Domine, victricium coronarum auctor et largitor exstitisti. Quam ob rem ab universa creatura gloria et gratiarum actio jure meritoque tibi debetur.

Σὺ [γὰρ], φησὶ, Δέσποτα, τῶν στεφάνων τῆς νίκης αἴτιος καὶ χορηγὸς γέγονας· καὶ σοὶ παρὰ πάντων ὡς κτισμάτων ἡ εὐχαριστία ὀφείλεται.

## CAPUT XI.

*De libro septem sigillis obsignato, quem nulla creata natura aperire potuit.*

## ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

*Περὶ τῆς βίβλου τῆς ἐσφραγισμένης ἑπτὰ σφραγῖσιν, ἣν οὐδεὶς ἀνοῖξαι τῆς κτιστῆς φύσεως δύναται.*

V, 1. *Et vidi in dextera sedentis supra thronum, librum scriptum intus et foris, obsignatum sigillis septem.*

*Καὶ εἶδον ἐπὶ τὴν δεξιὰν τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ θρόνου, βιβλίον γεγραμμένον ἔσωθεν καὶ ἔξωθεν, κατεσφραγισμένον σφραγῖσιν ἑπτά.*

B Per hunc *librum* tenacissimam sapientissimamque Dei memoriam accipimus; in qua, juxta divinum Davidem, omnes homines descripti sunt: operumque divinorum abyssum. *Libri hujus intima*, propter spiritum in eo inclusum, captu sunt difficilia; *extrema* vero, nempe ea quæ per litteram offeruntur, minori negotio capiuntur. *Septem* autem *sigilla*, certam libri hujus fidem, nullique mortalium satis perspectam ejusdem firmitatem significant: aut ejus sane ordinem et dispositionem, qui divini Spiritus profunda scrutatur: quæ omnia solvere nulla omnino creata natura valet. Aut per librum prophetia ipsa universe intelligitur, quam Christus Dominus in Evangelio secundum Lucam impletam asserit. Quæ autem adhuc reliqua sunt, ea novissimis diebus certo implebuntur.

*Βιβλίον* τὴν πάνσοφον τοῦ Θεοῦ μνήμην νοοῦμεν, ἐν ᾗ πάντες, κατὰ τὸν [θεῖον] Δαβὶδ, γράφονται, καὶ τῶν θείων κριμάτων τὴν ἄβυσσον. Ταύτης δὲ τὰ μὲν ἔσω, διὰ τὸ πνεῦμα, [εὔληπτα οὐκ εἰσὶν, ἀλλὰ] δυστέκμαρτα· τὰ δὲ ἔξω, διὰ τὸ γράμμα εὐληπτότερα. *Τὰς δὲ ἑπτὰ σφραγῖδας*, ἢ τὴν τελείαν τῆς βίβλου ἀσφάλειαν καὶ πᾶσιν ἄγνωστον [δηλοῦν φημι], ἢ τὰς οἰκονομίας τοῦ ἐρευνῶντος τὰ βάθη τοῦ θείου Πνεύματος· ἃς λῦσαι πάσας οὐδεμία κτιστὴ φύσις δύναται. Βίβλος δὲ καὶ ἡ προφητεία νοεῖται· ἣν αὐτὸς ὁ Χριστὸς ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ πεπληρῶσθαι ἔφη· ἧς τὰ ἑξῆς ἐπ' ἐσχάτων πληρωθήσονται.

V, 2, 3. *Et vidi angelum fortem prædicantem voce magna: Quis est dignus aperire librum et solvere signacula ejus? Et nemo poterat, neque in cœlo, neque in terra, neque subtus terram aperire librum, neque aspicere illum.*

C *Καὶ εἶδον ἄγγελον ἰσχυρὸν κηρύσσοντα* [ἐν] *φωνῇ μεγάλῃ· Τίς ἄξιός ἐστιν ἀνοῖξαι τὸ βιβλίον, καὶ λῦσαι τὰς σφραγῖδας αὐτοῦ; Καὶ οὐδεὶς ἠδύνατο ἐν τῷ οὐρανῷ, οὔτε ἐπὶ τῆς γῆς, οὔτε ὑποκάτω τῆς γῆς, ἀνοῖξαι τὸ βιβλίον, οὔτε βλέπειν αὐτό.*

Per hæc manifeste ostenditur, neque angelos, neque homines in carne adhuc degentes, neque sanctos corpore jam exutos, accuratam judiciorum Dei notitiam tenere; sed ipsum Dei Agnum solum. Hic unus enim oracula jam olim per prophetas de ipso edita, per suum adventum accurate dissolvit, suæque Ecclesiæ patefecit.

Διὰ δὲ τοῦ, *Οὐδεὶς ἠδύνατο ἀνοῖξαι τὸ βιβλίον*, δηλοῦται μήτε ἀγγέλους, μήτε ἀνθρώπους τοὺς ἐν σαρκὶ ὄντας, μήτε τοὺς ἐκ σαρκὸς ἀποδεδημηκότας ἁγίους, τὴν ἀκριβῆ τῶν θείων κριμάτων κατειληφέναι γνῶσιν, πλὴν τοῦ Ἀμνοῦ τοῦ Θεοῦ, τοῦ τῶν προφητευθέντων περὶ αὐτοῦ ἔκπαλαι διὰ τῆς παρουσίας αὐτοῦ τὴν ἀσφάλειαν λύσαντος.

V, 4. *Et ego flebam multum, quod nemo dignus inventus est aperire librum, nec videre illum.*

*Κἀγὼ ἔκλαιον πολὺ, ὅτι οὐδεὶς ἄξιος εὑρέθη ἀνοῖξαι καὶ ἀναγνῶναι τὸ βιβλίον, οὔτε βλέπειν*
D *αὐτό.*

*Et ego*, inquit, *flebam*; ob id forsan, quod animo versaret, ne ipsa etiam angelica natura in mortiferam ignorationem prolapsa esset.

*Κἀγὼ ἔκλαιον*, φησίν· ἴσως ὡς εἰς ἀγνωσίαν πεσούσης τῆς καθαρωτάτης τῶν ἀγγελικῶν οὐσιῶν τάξεως.

V, 5. *Et unus de senioribus dicit mihi: Ne fleveris. Ecce vicit Leo de tribu Juda, radix David, aperire librum, et solvere septem signacula ejus.*

*Καὶ εἷς ἐκ τῶν πρεσβυτέρων λέγει μοι· Μὴ κλαῖε· ἰδοὺ ἐνίκησεν ὁ λέων ὁ* [ὢν] *ἐκ τῆς φυλῆς Ἰούδα, ἡ ῥίζα* [τοῦ] *Δαβὶδ, ἀνοῖξαι τὸ βιβλίον, καὶ* [λῦσαι] *τὰς ἑπτὰ σφραγῖδας αὐτοῦ.*

Etsi, inquit, liber hic angelorum captum excedit, Dei tamen, qui nostra causa factus est homo, non
22 ita: qui quidem secundum divinam naturam, prout nimirum rerum omnium conditor est, Davidis radix et origo est: at vero secundum naturam assumptam, ex ejusdem radice in vitalem hanc lucem progressus est.

*Μὴ κλαῖε.*— Εἰ γὰρ καὶ ἀγγέλοις, φησὶν, ἡ βίβλος ἀκατάληπτος, ἀλλ' οὐ τῷ Θεῷ τῷ διὰ τοὺς ἀνθρώπους ἐνανθρωπήσαντι· ὃς ῥίζα μὲν Δαυῒδ, ὡς Κτίστης, διὰ τὴν θεότητα· ἐκ ῥίζης δὲ αὐτοῦ, διὰ τὴν ἀνθρωπότητα.

Digitized by Google

## ΚΕΦΑΛ. ΙΒʹ.

*Περὶ τῆς ἐν μέσῳ τοῦ θρόνου καὶ τῶν δʹ ζώων θεωρίας.*

*Καὶ εἶδον ἐν μέσῳ τοῦ θρόνου καὶ τῶν τεσσάρων ζώων, καὶ ἐν μέσῳ τῶν πρεσβυτέρων, Ἀρνίον ἑστηκὸς ὡς ἐσφαγμένον, ἔχον κέρατα ἑπτὰ καὶ ὀφθαλμοὺς ἑπτά· οἵ εἰσι τὰ ἑπτὰ πνεύματα τοῦ Θεοῦ, ἀποστελλόμενα εἰς πᾶσαν τὴν γῆν.*

Τὰ ἑπτὰ κέρατα καὶ οἱ ἑπτὰ ὀφθαλμοὶ τοῦ Ἀρνίου δηλοῦσι Χριστοῦ τὰ ἑπτὰ πνεύματα, ὧν Ἡσαΐας ἐμνημόνευσε καὶ Ζαχαρίας οἱ προφῆται. Τὸ δὲ, ὡς *ἐσφαγμένον*, δηλοῖ τὴν μετὰ τὴν σφαγὴν ζωὴν αὐτοῦ· ἐν ᾗ ἐδείκνυ τὰ τοῦ πάθους σύμβολα, ὡς ἐσφαγμένον ἀληθῶς μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἔγερσιν.

A

*Καὶ ἦλθε καὶ εἴληφεν ἐκ τῆς δεξιᾶς τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ θρόνου τὸ βιβλίον. Καὶ ὅτε ἔλαβε τοῦτο, τὰ τέσσαρα ζῶα καὶ οἱ εἰκοσιτέσσαρες πρεσβύτεροι ἔπεσον ἐνώπιον τοῦ Ἀρνίου, ἔχοντες ἕκαστος κιθάρας καὶ φιάλας χρυσᾶς γεμούσας θυμιαμάτων· αἵ εἰσιν αἱ προσευχαὶ τῶν ἁγίων.*

B

*Αἱ κιθάραι* δὲ τὴν ἐναρμόνιον καὶ εὔηχον δηλοῦσι θείαν δοξολογίαν· τὰ δὲ *θυμιάματα*, τὴν εὐώδη τῶν πιστῶν θυσίαν προσαγομένην διὰ βίου καθαροῦ (ὥς φησιν ὁ [θεῖος] Ἀπόστολος· *Χριστοῦ εὐωδία ἐσμέν*)· *αἱ φιάλαι* δὲ, τῶν διανοιῶν σημαντικαί· ἐξ ὧν ἡ τῶν ἀγαθῶν ἔργων εὐωδία καὶ ἡ καθαρὰ προσευχὴ προέρχεται.

C

*Καὶ ᾄδουσιν καινὴν ᾠδὴν λέγοντες· Ἄξιος εἶ λαβεῖν τὸ βιβλίον, καὶ ἀνοῖξαι τὰς σφραγῖδας αὐτοῦ, ὅτι ἐσφάγης, καὶ ἠγόρασας τῷ Θεῷ ἡμᾶς ἐν τῷ αἵματί σου ἐκ πάσης φυλῆς καὶ γλώσσης καὶ λαοῦ καὶ ἔθνους· καὶ ἐποίησας αὐτοὺς τῷ Θεῷ ἡμῶν βασιλεῖς καὶ ἱερεῖς, καὶ βασιλεύσουσιν ἐπὶ τῆς γῆς.*

Οἱ πρεσβύτεροι, οἱ ἐν τῇ Παλαιᾷ τε καὶ Νέᾳ Θεῷ εὐαρεστήσαντες, καὶ τὴν ὑπὲρ παντὸς τοῦ κόσμου τῷ σφαγιασθέντι Ἀμνῷ τοῦ Θεοῦ καὶ ἀγοράσαντι ἡμᾶς εὐαρεστίαν προσάγοντες. *Καινὴ* δὲ [ἡ] *ᾠδὴ*, ἣν τῆς παλαιότητος τοῦ γράμματος ἀπαλλαγέντες οἱ ἐκ πάσης φυλῆς καὶ γλώσσης καταυγασθέντες, ᾄδειν ἐδιδάχθημεν διὰ τοῦ Πνεύματος. Τῆς γῆς δὲ βασιλεῦσαι τούτους φησὶ τῆς καινῆς, ἣν ὁ Κύριος τοῖς πραέσιν ἐπηγγείλατο.

D

*Καὶ εἶδον, καὶ ἤκουσα ὡς φωνῆς ἀγγέλων πολλῶν κύκλῳ τοῦ θρόνου καὶ τῶν ζώων καὶ τῶν πρεσβυτέρων· καὶ ἦν ὁ ἀριθμὸς αὐτῶν μυριάδες μυριάδων, καὶ χιλιάδες χιλιάδων, λέγοντες φωνῇ μεγάλῃ· Ἄξιόν ἐστι τὸ Ἀρνίον τὸ ἐσφαγμένον λαβεῖν τὴν δύναμιν καὶ πλοῦτον καὶ σοφίαν καὶ ἰσχὺν καὶ τιμὴν καὶ δόξαν καὶ πᾶν κτίσμα ὅ ἐστιν*

## CAPUT XII.

*Ut Agnus qui habet septem cornua, aperuerit librum.*

V, 6. *Et vidi; et ecce in medio throni et quatuor animalium et in medio seniorum, Agnum stantem tanquam occisum, habentem cornua septem, et oculos septem; qui sunt septem spiritus Dei missi in omnem terram.*

Septem oculi, totidemque Agni cornua, significant septem spiritus Christi; quorum Isaias et Zacharias prophetæ meminere. Quod autem Agnus ille cernitur *veluti occisus*, hoc vitam et speciem illius post mortem et immolationem exprimit : in illa namque tanquam vere occisus manifesta perpessionis suæ vestigia ostendit; quæ post suam quoque ex mortuis resurrectionem in corpore suo reliqua esse voluit.

V, 7, 8. *Et venit, et accepit de dextera sedentis in throno librum; et cum aperuisset librum, quatuor animalia et viginti quatuor seniores prociderunt coram Agno, habentes singuli citharas, et phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum.*

*Citharæ* concinnam suaveque sonantem Dei laudem, rerumque divinarum celebrationem demonstrant : *thymiamata* autem beneolentia, sacrificium quod fideles per vitæ castimoniam et integritatem Deo offerunt : huc enim spectat illud Apostoli: *Christi bonus odor sumus* [10] : *phialæ* vero, pias castasque cogitationes : hinc namque bonorum operum fragrantia, puraque et casta precatio dimanare consuevit.

V, 9, 10. *Et cantabant canticum novum, dicentes : Dignus es, Domine, accipere librum, et aperire signacula ejus; quoniam occisus es, et redemisti nos Deo in sanguine tuo, ex omni tribu, et lingua, et populo, et natione; et fecisti nos Deo nostro regnum et sacerdotes; et regnabimus super terram.*

Per hæc ostenditur seniores illos, eximios quosdam præcellentisque sanctitatis viros esse; qui partim in Veteri, partim in Novo Testamento Deo præ cæteris placuerunt; quique adeo communi omnium nomine Agno Dei, qui pro totius mundi salute immolatus est, suoque nos sanguine redemit, continue gratias agunt. *Novum* autem hoc *carmen* dicitur : siquidem ex omni tribu et lingua ad fidei lumen vocati, et a litteræ vetustate liberati, deinceps per Spiritum canere edocti sumus. Ejusmodi autem terræ dominaturi prædicantur; non huic crassæ et caliginosæ, sed novæ illi quam Dominus mitibus se daturum promisit.

V, 11-13. *Et vidi, et audivi vocem angelorum multorum in circuitu throni, et animalium, et seniorum; et erat numerus eorum millia millium, dicentium voce magna : Dignus est Agnus, qui occisus est, accipere virtutem et divinitatem, et sapientiam, et fortitudinem, et honorem, et gloriam, et benedictionem. Et omnem creaturam, quæ in cœlo est, et super terram, et sub*

[10] II Cor. II, 15.

Digitized by Google

*terra, et quæ sunt in mari, et quæ in o, omnes audivi dicentes sedenti in throno, et Agno:* **23** *Benedictio, et honor, et gloria, et potestas in sæcula sæculorum. Amen.*

Ab omnibus, sive ea vivant, sive intelligant, sive quovis alio modo exsistant, Deus tanquam omnium principium et causa laudatur et glorificatur: nec non unigenitus et consubstantialis ejusdem Filius; qui homini totique creaturæ, quæ per ipsum facta est, novitatem impertitus est. Etsi interim secundum naturam assumptam, tanquam homo, potestatem in ea quæ sunt in cœlo et in terra, accepisse scribatur.

V, 14. *Et quatuor animalia dicebant Amen; et viginti quatuor seniores ceciderunt in facies suas, et adoraverunt viventem in sæcula sæculorum.*

Et hinc quoque demonstratur per Jesum Christum Deum et Dominum nostrum, qui divulsa conjunxit, maceriæque interstitium dissolvit, unum ex omnibus hominibus ovile, et unam rursum ex hominibus et angelis Ecclesiam factam esse. Ecce enim viginti quatuor seniores, per quos salvandorum plenitudo adumbratur, digni hoc loco prædicantur, qui consona voce cum quatuor mysticis animalibus, quæ inter cæteros angelos primatum tenent, Deum laudent et adorent. Quo laudationis munere nos quoque in ipso Christo Deo nostro pacisque datore digni habeamur, cum quo Patri, una cum Spiritu sancto, sit gloria, imperium et honor, nunc et semper, et in infinita sæcula sæculorum. Amen.

## CAPUT XIII. SERMO V.

***Solutio primi sigilli; per quam apostolorum doctrina designatur.***

VI, 1. *Et vidi quod aperuisset Agnus unum de septem sigillis. Et audivi unum de quatuor animalibus, dicens, tanquam vocem tonitrui: Veni et vide.*

Ex hoc loco concinnum rerum cœlestium ordinem cognoscere licet: siquidem ex primis ordinibus sensim fit gradus ad alios inferiores. Per primam itaque quadriformium animalium faciem, nempe *Leonem*, primam vocem factam audivit evangelista; quæ angelo qui ænigmaticam visionem imprimebat, demandabat uti veniret et videret. Cæterum primum hoc animal (quod Leonem esse diximus) regiam apostolorum prudentiam, imperterritamque eorumdem contra dæmones fortitudinem significare creditur. Huc enim dictum illud, *Ecce reges terræ congregati sunt* [11]: et illud rursum, *Constitues eos principes super omnem terram* [12], pertinere videtur.

VI, 2. *Et vidi; et ecce equus albus, et qui sedebat super illum, habebat arcum; et data est ei corona, et exivit vincens ut vinceret.*

Sunt qui et præsentis, et reliquorum et itidem quæ hinc consequuntur, sigilli patefactionem ad incarnati Verbi œconomiam referant. Et quidem

[11] Psal. XLVII, 5. [12] Psal. XLIV, 17.

A *ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ὑποκάτω τῆς γῆς· καὶ ἐπὶ τῆς θαλάσσης* [ἅ ἐστι] *καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς πάντα· λέγοντα τῷ καθημένῳ ἐπὶ τοῦ θρόνου καὶ τῷ Ἀρνίῳ· Ἡ εὐλογία καὶ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.*

[*Καὶ ἤκουσα ὡς φωνῆς ἀγγέλων πολλῶν, καὶ τῶν ζώων, καὶ τῶν πρεσβυτέρων.* —] Ἐκ πάντων γὰρ τῶν τε νοητῶν, τῶν τε αἰσθητῶν, τῶν τε ζώντων, τῶν τε ἁπλῶς ὄντων, φυσικοῖς λόγοις ὁ Θεὸς δοξάζεται, ὡς πάντων γενεσιάρχης· καὶ ὁ τούτου μονογενὴς καὶ ὁμοούσιος Υἱὸς, ὡς τὴν καινότητα τῷ ἀνθρώπῳ καὶ τὴν δι' αὐτοῦ γεγενημένην ἀνακαίνισιν χαριζόμενος, εἰ καὶ λαβεῖν τῶν ἐν οὐρανοῖς καὶ τῶν ἐπιγείων τὴν ἐξουσίαν ὡς ἄνθρωπος γέγραπται.

*Καὶ τὰ τέσσαρα ζῶα ἔλεγον Ἀμήν· καὶ οἱ*
B *πρεσβύτεροι ἔπεσαν καὶ προσεκύνησαν.*

Διὰ δὲ τῶν τεσσάρων ζώων καὶ τῶν πρεσβυτέρων δείκνυται μία ποίμνη, καὶ μία Ἐκκλησία γεγενῆσθαι ἀγγέλων καὶ ἀνθρώπων, διὰ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ, τοῦ τὰ διεστῶτα συνάψαντος, καὶ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λύσαντος· ἰδοὺ γὰρ, ὡς ἀκηκόαμεν, σὺν τοῖς τέσσαρσι ζώοις τοῖς τῶν λοιπῶν ἀγγελικῶν ὑπερέχουσι τάξεων, καὶ οἱ χαρακτηριστικοὶ τοῦ τῶν σωζομένων ἀνθρώπων πληρώματος, τῆς τοῦ Θεοῦ ἀξιοῦνται ὑμνῳδίας τε καὶ προσκυνήσεως· ἧς καὶ ἡμεῖς ἀξιωθείημεν ἐν αὐτῷ [τῷ] Χριστῷ τῷ τῆς εἰρήνης δοτῆρι καὶ Θεῷ ἡμῶν· μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα, κράτος, [τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ] εἰς τοὺς [ἀτελευτήτους] αἰῶνας τῶν αἰώνων.
C Ἀμήν.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'. ΛΟΓΟΣ Ε'.

***Λύσις τῆς πρώτης σφραγῖδος, τὴν ἀποστολικὴν διδαχὴν σημαίνουσα.***

*Καὶ εἶδον ὅτι ἤνοιξε τὸ Ἀρνίον μίαν ἐκ τῶν ἑπτὰ σφραγίδων· καὶ ἤκουσα ἑνὸς ἐκ τῶν τεσσάρων ζώων λέγοντος, ὡς φωνῆς βροντῆς· Ἔρχου καὶ ἴδε.*

Κἀνταῦθα ἡ τῶν ἐν οὐρανοῖς εὐταξία σημαίνεται, ἐκ τῶν πρώτων τάξεων εἰς τὰ δεύτερα καταβαίνουσα· διὸ [καὶ] ἐκ τοῦ ἑνὸς προσώπου τῶν τετραμόρφων, δηλαδὴ τοῦ λέοντος, τὴν πρώτην γεγενῆσθαι φωνὴν ἤκουσε, κελευομένην τὸ, *Ἔρχου*, τῷ τὴν ὀπτασίαν τυποῦντι ἀγγέλῳ, δι' αἰνίγματος. Τὸ
D δὲ πρῶτον ζῶον, ὁ λέων, ἐμφαίνειν μοι δοκεῖ τὸ βασιλικὸν τῶν ἀποστόλων κατὰ δαιμόνων φρόνημα, δι' οὓς εἴρηται· *Ἰδοὺ οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς συνήχθησαν.* Καὶ πάλιν· *Καταστήσεις ἄρχοντας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν.*

*Καὶ εἶδον· καὶ ἰδοὺ ἵππος λευκός· καὶ ὁ καθήμενος ἐπ' αὐτὸν, ἔχων τόξον· καὶ ἐδόθη αὐτῷ στέφανος· καὶ ἐξῆλθε νικῶν, καὶ ἵνα νικήσῃ.*

Τῆς δὲ παρούσης σφραγῖδος τὴν λύσιν, καὶ τῶν ἑξῆς ἁπασῶν, τινὲς εἰς τὴν ἔνσαρκον τοῦ Θεοῦ Λόγου οἰκονομίαν ἐξειλήφασιν· τὴν πρώτην, εἰς τὴν

Digitized by Google

γέννεσιν· τὴν δευτέραν, εἰς τὸ βάπτισμα· τὴν τρίτην, εἰς τὰς μετὰ τοῦτο θεοσημείας· τὴν τετάρτην, εἰς τὴν ἐπὶ Πιλάτου παράστασιν· τὴν πέμπτην, εἰς τὸν σταυρόν· τὴν ϛ', εἰς τὴν ἐν [τῷ] μνήματι κατάθεσιν· καὶ τὴν ἑβδόμην, εἰς τὴν τοῦ ᾅδου σκύλευσιν. Ἡμεῖς δὲ, ἐντετυχηκότες Μεθοδίῳ οὕτως εἰρηκότι ἐπὶ λέξεως, ὅτι *Οὐ χρὴ τὸν Χριστὸν αὐτὸν εἶναι νομίζειν τὸν γεγεννημένον· πάλαι γὰρ πρὸ τῆς Ἀποκαλύψεως ἐπεπλήρωτο τὸ μυστήριον τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ* [*Θεοῦ*] *Λόγου.* Ὁ δὲ Ἰωάννης, περὶ [τῶν] παρόντων καὶ μελλόντων θεσμῳδεῖ· ἔνθα τὴν τοῦ πυροῦ δράκοντος ἀνάπτυξιν ἐποιήσατο ὡς ὑποτέτακται. Οὕτως ἐξειλήφαμεν τὴν τῆς πρώτης σφραγῖδος λύσιν, τὴν τῶν ἀποστόλων ἐννοεῖσθαι γενεάν· οἳ καθάπερ τόξον τὸ εὐαγγελικὸν κήρυγμα κατὰ δαιμόνων ἐντείναντες, τῷ Χριστῷ τοὺς τρωθέντας τοῖς σωτηρίοις βέλεσι προσήγαγον· στέφανον εἰληφότες ἀνθ' ὧν διὰ τῆς ἀληθείας τὸν τῆς πλάνης ἀρχηγὸν ἐνίκησαν· ἐπ' ἐλπίδι δευτέρας νίκης, τῆς μέχρι βιαίου θανάτου ὁμολογίας τοῦ Δεσποτικοῦ ὀνόματος. Διὸ γέγραπται· *Ἐξῆλθε νικῶν, καὶ ἵνα νικήσῃ.* Πρώτη γὰρ νίκη, ἡ τῶν ἐθνῶν ἐπιστροφή· δευτέρα [δὲ], ἡ τοῦ σώματος δι' αὐτὴν ἑκούσιος μετὰ κολάσεων ἔξοδος.

primum ex his septem, ad illius ortum : secundum, ad Baptismum : tertium, ad signa, quæ post Baptismum susceptum patravit : quartum, ad injustam apud Pilati tribunal accusationem : quintum, ad crucem : sextum, ad sepulturam : septimum, ad descensum ad inferos, inferorumque spoliationem. Nos autem Methodii sententiæ lubenter astipulamur. Scribit is autem in hunc modum : *Nulla necessitas cogit ut hæc ad Christum* **24** *natum pertinere arbitremur, siquidem incarnati Verbi mysterium, dudum ante Apocalypsin editam, impletum erat :* Joannes autem de præsentibus olimque futuris verba facit. Hac autem pericopa, quomodo rufus ille ignitusque draco subjugatus fuerit, exponitur. Primi proinde sigilli solutio ad apostolorum generationem haud incommode transfertur. Hi namque Evangelii prædicationem veluti arcum infractum contra dæmones intenderunt, salutaribusque sagittis vulneratos ad Christum adduxerunt : coronam ob id sortiti, quod per veritatis arma erroris ducem devicerunt, secundæque victoriæ spe usque ad violentam mortem nomen Domini professi sunt. Eapropter hoc loco, *Exivit victor ut vinceret.* Prima itaque victoria, quam per apostolos Christus nactus est, gentium fuit conversio : secunda autem, spontaneus a corpore exitus, non absque cruciatu ejus rei causa susceptus.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΔ'.

*Λύσις τῆς δευτέρας σφραγῖδος (δηλοῦσα τὸν τῶν ἀπίστων κατὰ τῶν πιστῶν πόλεμον).*

***Καὶ ὅτε ἤνοιξε τὴν δευτέραν σφραγῖδα, ἤκουσα τοῦ δευτέρου ζώου, λέγοντος· Ἔρχου καὶ ἴδε.***

Ζῶον οἶμαι δεύτερον, τὸν μόσχον λέγεσθαι, τῶν ἁγίων μαρτύρων τὰς ἱερὰς θυσίας χαρακτηρίζοντα, τοῦ προτέρου τὴν ἀποστολικὴν ἐξουσίαν διαγράφοντος, ὡς εἴρηται.

***Καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ ἐξῆλθεν ἄλλος ἵππος πυῤῥός. Καὶ τῷ καθημένῳ ἐπ' αὐτῷ, ἐδόθη αὐτῷ λαβεῖν τὴν εἰρήνην ἐκ τῆς γῆς, ἵνα ἀλλήλους σφάξωσι· καὶ ἐδόθη αὐτῷ μάχαιρα μεγάλη.***

Ταύτην ἡμεῖς στοχαζόμεθα τὴν δευτέραν τῶν ἀποστόλων νοεῖσθαι διδαχὴν, διὰ μαρτύρων καὶ διδασκάλων συμπληρουμένην· ἐν ᾗ πλατυνομένου λοιπὸν τοῦ κηρύγματος, ἡ τοῦ κόσμου εἰρήνη ἐλύθη, καθ' ἑαυτῆς μερισθείσης τῆς φύσεως, κατὰ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ· ***Οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην*** [*ἐπὶ τῆς γῆς*], ***ἀλλὰ μάχαιραν.*** Δι' ἧς τὰ μαρτυρικὰ σφάγια εἰς τὸ ἄνω θυσιαστήριον ἀνηνέχθησαν. *Ὁ δὲ πυῤῥὸς ἵππος*, ἢ τῆς ἐκχύσεως τῶν αἱμάτων, ἢ τῆς πεπυρωμένης τῶν ὑπὲρ Χριστοῦ πασχόντων διαθέσεως σύμβολον. Τὸ δὲ γεγράφθαι, *δοθῆναι τῷ καθημένῳ ἐπ' αὐτῷ λαβεῖν τὴν εἰρήνην*, τὴν πάνσοφον δείκνυσι τοῦ Θεοῦ συγχώρησιν, τοὺς πιστοὺς δούλους διὰ πειρασμῶν δοκιμάζουσαν

## CAPUT XIV.

*Secundi sigilli solutio, qua prælium quod infideles contra fideles ineunt, describitur.*

VI, 3. *Et cum aperuisset sigillum secundum, audivi secundum animal dicens : Veni et vide.*

Secundum animal vitulum dici existimo. Hoc autem sacrosanctas beatorum martyrum hostias designat, sicuti primum apostolicam potestatem, uti paulo ante indicabatur.

VI, 4. *Et exivit alius equus rufus. Et qui sedebat super illum, datum est ei ut sumeret pacem de terra, et ut invicem se interficiant ; et datus est illi gladius magnus.*

Hanc secundam ab apostolis successionem interpretari possumus, quæ per martyres et doctores constituta est. In hac enim Ecclesiæ ætate, dilatata jam Evangelii prædicatione, mundi hujus pax dissoluta, hominumque natura contra seipsam quodammodo divisa est. Huc namque pertinet illud Christi : *Non veni pacem mittere, sed gladium* [12]; per quem martyrum hostiæ mactatæ, et in cœlesti ara oblatæ sunt. Porro *equus rufus*, aut effusi sanguinis symbolum est, aut inflammatum illorum affectum significat, qui mortem pro Christo oppetierunt. Cum autem additur, *rufo equo insidenti datam esse potestatem ut tolleret pacem de terra*, sapientissima Dei permissio ob oculos nobis ponitur. Hæc una enim est, quæ fidos Dei servos per tentationes probari et explorari sinit.

[12] Matth. x, 34.



Digitized by Google
Распознавание текста ABK/FR

## CAPUT XV.

*Solutio tertii sigilli, quæ illorum a Christo defectionem proponit qui minus firmiter in ipsum crediderant.*

VI, 5. *Et cum aperuisset tertium sigillum, audivi tertium animal, dicens : Veni et vide.*

Tertium animal hominem, ut arbitror, designat : hic autem, mortalium omnium casum. Nam ob voluntatis libertatem et carnis infirmitatem homo facile prolabitur in peccatum; eaque de causa mitiorem quoque pœnam promereri videtur.

VI, 5, 6. *Et ecce equus niger : et qui sedebat super* 25 *illum, habebat stateram in manu sua; et audivi tanquam vocem in medio quatuor animalium, dicentem : Bilibris tritici, denario uno; et tres bilibres hordei, denario uno : et vinum et oleum ne læseris.*

Probabile fit aliquam tum temporis sensilem externamque famem exstitisse : qua de re suo postea loco aliquanto plura. Per *equum* autem *nigrum* denotatur luctus et mœror ille qui, ut credi potest, apud justos de illis orietur qui propter suppliciorum immanitatem a fide quæ est in Christum, desciscent. Per *stateram* autem, examen quod eorum animos explorabit qui ob mentis lubricitatem et inconstantiam, aut propter inanem gloriam, aut corporis quoque infirmitatem, fidem abjicient. *Tritici* porro *chœnicem seu bilibrem denario uno æstimari*, tropo quodam, ut quidam putant, illorum statum insinuat, qui legitime certaverunt, impressamque a Deo imaginem accurate custodiverunt. *Tres* autem *hordei chœnices tantidem fieri*, illorum fortunam exprimit, qui cum pecudum more ignavi, persecutorum furiis ante cessissent, postea pro lapsuum suorum ratione pœnitentiam egerunt, imaginemque peccatorum sordibus ante conspurcatam lacrymis abluerunt. Quando vero, *ne vinum aut oleum lædatur*, jubetur, ne per turbam Christi medicina evertatur, aut per fraudem et imposturam infirmetur, serio injungitur : ut quæ illos sanare sit idonea, qui in latrones inciderunt. Ad hæc per mortem illos intercipere non licere, qui per Dei longanimitatem et patientiam, post lapsum denuo exsurrecturi, decusque pristinum recuperaturi sunt. Ut igitur nos quoque Deum Opt. Max. benignum clementemque animarum nostrarum medicum experiamur, fratribus nostris errantibus benignos clementesque nos exhibere studeamus, *objurgationis vinum commiserationis oleo miscentes*; ne nimia severitate, quod Apostolus damnat, id quod claudum nutilumve erat, distorqueamus verius quam sanemus; eaque ratione Dei adjutores effecti, in bonis illius non absque jucunda voluptate in omne ævum versemur; gratia et clementia Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri et Spiritui sancto sit gloria in sæcula sæculorum. Amen.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΕ'.

*Λύσις τῆς τρίτης σφραγῖδος [δηλοῦσα τῶν μὴ παγίως πιστευόντων τῷ Χριστῷ τὴν ἀπ' αὐτοῦ ἔκπτωσιν.]*

*Καὶ ὅτε ἤνοιξε τὴν σφραγῖδα τὴν τρίτην, ἤκουσα τοῦ τρίτου ζώου λέγοντος· Ἔρχου [καὶ ἴδε].*

[Τὸ] τρίτον ζῶον ἐνταῦθα τὸν ἄνθρωπον οἶμαι λέγεσθαι, τὴν τῶν ἀνθρώπων δηλοῦντα ἔκπτωσιν, καὶ διὰ τοῦτο κόλασιν, διὰ τὸ πρὸς ἁμαρτίαν εὐόλισθον, τῇ ἐξουσίᾳ τῆς προαιρέσεως.

*[Καὶ εἶδον,] καὶ ἰδοὺ ἵππος μέλας· καὶ ὁ καθήμενος ἐπ' αὐτῷ ἔχων ζυγὸν ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ· καὶ ἤκουσα φωνῆς ἐν μέσῳ τῶν τεσσάρων ζώων λεγούσης· Χοῖνιξ σίτου, δηναρίου· καὶ τρεῖς χοίνικες κριθῶν, δηναρίου· καὶ τὸ ἔλαιον καὶ τὸν οἶνον μὴ ἀδικήσῃς.*

Διὰ δὲ τοῦ μέλανος ἵππου τὸ πένθος δηλοῦσθαι νομίζομεν, τὸ ἐπὶ τοῖς ἐκπεσοῦσι τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως, διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῶν κολάσεων· τὸν δὲ ζυγὸν, δοκιμαστὴν εἶναι τῶν τε δι' εὐκολίαν γνώμης ἢ κενοδοξίαν, τῶν τε διὰ σώματος ἀσθένειαν ἐκπεπτωκότων τῆς πίστεως. *Χοῖνιξ σίτου, δηναρίου.* Εἰκὸς μὲν καὶ αἰσθητὸν λιμὸν τότε γενέσθαι, καθὼς καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς ῥηθήσεται· τὴν δὲ τοῦ σίτου χοίνικα τὸν δηναρίου ἄξιον, τροπικῶς δηλοῦν τοὺς νομίμως ἀθλήσαντας, καὶ τῆς δοθείσης εἰκόνος τῆς θείας ἀκριβῶς φύλακας. *Τοὺς δὲ τρεῖς χοίνικας τῆς κριθῆς*, τοὺς κτηνοπρεπῶς τοῖς διώκταις δι' ἀνανδρίαν ὑποκύψαντας, ἀναλόγως δὲ μετανοήσαντας ὕστερον, καὶ τὴν ῥυπωθεῖσαν εἰκόνα δάκρυσιν ἀποπλύναντας. Τὸ μέντοι ἐντετάλθαι *μὴ ἀδικεῖσθαι τὸν οἶνον καὶ τὸ ἔλαιον*, τὸ μὴ ἀθετεῖσθαι λέγει τὴν δι' ἐπιστροφῆς [τοῦ] Χριστοῦ ἰατρείαν, ἢ τοὺς ἐμπεπτωκότας τοῖς λῃσταῖς καὶ τραυματισθέντας θεραπεῦσαι, καὶ μὴ ἐᾶσαι προαρπαγῆναι θανάτῳ τούτους οἳ διὰ μακροθυμίας τὴν ἧτταν ἔμελλον ἀναμαχήσασθαι. Ἵνα τοίνυν καὶ ἡμεῖς φιλάνθρωπον ἰατρὸν τὸν Θεὸν ἐπὶ τοῖς ψυχικοῖς ἡμῶν πάθεσι κτησώμεθα, τοιοῦτοι τοῖς ἀδελφοῖς ἡμῶν σφαλλομένοις γενέσθαι σπουδάσωμεν, τῷ *ἐλαίῳ τῆς συμπαθείας μεμιγμένον τὸν τῆς παραινέσεως οἶνον* [τούτοις] προσφέροντες· ἵνα μὴ τὸ χωλὸν ἐκτραπῇ, ἰαθῇ δὲ μᾶλλον, κατὰ τὸν [θεῖον] Ἀπόστολον· ὅπως Θεοῦ συνεργοὶ γενόμενοι, τοῖς αὐτοῦ ἀγαθοῖς αἰωνίως ἐντρυφήσωμεν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα, [κράτος, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ] εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

## CAPUT XVI. SERMO V.

*Solutio quarti sigilli, qua illorum flagella delineantur qui propter animi mollitiem et impatientiam Dominum negaverunt.*

VI, 7. *Et cum aperuisset sigillum quartum, au-*

## ΚΕΦΑΛ. ΙϚ'. ΛΟΓΟΣ Ε'.

*Λύσις τῆς τετάρτης σφραγῖδος, ἐμφαίνουσα τὰς ἐπαγομένας τοῖς ἀσεβέσι μάστιγας.*

*Και οτε ηνοιξε την σφραγῖδα την τετάρτην.*

Digitized by Google

*ἤκουσα φωνῆς τοῦ τετάρτου ζώου, λέγοντος,* A *Ἔρχου [καὶ ἴδε].*

Τὸ τοῦ τετάρτου ζώου, δηλαδὴ τοῦ ἀετοῦ, ὑψιπετὲς καὶ ὀξὺ πρὸς βορὰν, ἄνωθεν ἥκειν ἐκ θεηλάτου ὀργῆς τὰς πληγὰς ἐμφαίνειν δύναται, εἰς τὴν τῶν εὐσεβῶν ἐκδίκησιν, καὶ τῶν ἀσεβῶν τιμωρίαν, εἰ μὴ ταύταις βελτιωθέντες ἐπιστρέψουσι.

*Καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ ἵππος χλωρός· καὶ ὁ καθήμενος ἐπάνω αὐτοῦ, ὄνομα αὐτῷ ὁ Θάνατος· καὶ ὁ ᾅδης ἠκολούθει αὐτῷ· καὶ ἐδόθη αὐτοῖς ἐξουσία ἐπὶ τὸ τέταρτον [μέρος] τῆς γῆς, ἀποκτεῖναι ἐν ῥομφαίᾳ, καὶ ἐν λιμῷ, καὶ ἐν θανάτῳ, καὶ ὑπὸ τῶν θηρίων τῆς γῆς.*

Τοῦ δὲ εἱρμοῦ τῶν προεκτεθέντων καὶ τὰ παρόντα B ἔχεται. Ὡς γάρ φησιν ἐν ὀγδόῳ κεφαλαίῳ τοῦ ἐννάτου λόγου τῆς Ἐκκλησιαστικῆς αὐτοῦ Ἱστορίας [ὁ] Εὐσέβιος, ἐν τῇ τῶν διωγμῶν ἀκμῇ, ἐπὶ Μαξιμιανοῦ Ῥωμαίων βασιλεύοντος, [ὑπὸ μὲν λιμοῦ καὶ λοιμοῦ κατασκήψαντος αὐτοῖς σὺν ἑτέροις συμπτώμασιν,] ἄπειρα πλήθη διεφθείροντο, ὡς ταφῇ μὴ δύνασθαι παραδίδοσθαι· καίτοι Χριστιανῶν τότε φιλοτίμως περὶ τὰς κηδείας ἠσχολημένων, καὶ τῷ φιλανθρώπῳ τοὺς πεπλανημένους ἐναγόντων πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας ἐπίγνωσιν· ὑπὸ δὲ Ἀρμενίων ἐπαναστάντων Ῥωμαίοις, οὐκ ὀλίγους ἀνῃρῆσθαι ῥομφαίᾳ φησὶ, καὶ ὑπὸ κυνῶν δὲ ἀνηλῶσθαι τὰ τῶν θανόντων σώματα· ὡς λοιπὸν τοὺς λειπομένους εἰς κυνοκτονίαν τραπῆναι, δεδιότας μὴ καὶ αὐτοὶ θανόντες, ζῶντας τούτους τάφους κτήσωνται. Οὐκ C ἀπεικὸς δὲ τοῖς κυσὶ τῆς αὐτῆς θοίνης καὶ ἀγρίους θῆρας συμμετέχειν, διὰ τὸ τῆς τροφῆς ἄφθονον· καὶ ἐν τῇ ἡμετέρᾳ δὲ γενεᾷ τούτων ἕκαστον συμβὰν ἔγνωμεν.

A *divi vocem quarti animalis, dicentis: Veni et vide.*

Quartum animal est aquila; quæ ubi perspicacibus oculis prædam despectavit, magna statim celeritate e sublimi ad illam devolat. Significat autem hæc, clades plagasque omnes non aliunde venire, quam e supernis: Deus namque justa ira et indignatione provocatus, immittit illas partim quidem, ut justos ulciscatur, partim etiam, ut impios, nisi forte per eas excitati a sceleribus resipiscant, puniat atque affligat.

VI, 8. *Et ecce equus pallidus, et qui sedebat super eum, nomen illi Mors: et infernus sequebatur eum: et data est illi potestas super quatuor partes terræ, interficere gladio, fame, et morte, et bestiis terræ.*

B **26** Hæc cum calamitoso rerum præsentium statu satis conspirant. Etenim cum, Maximiano Romanorum principe imperante, in ipso persecutionis æstu pestis simul et fames crudeliter grassarentur, tanta hominum multitudo, ut Eusebius Pamphili exponit, exstincta interiit, ut cadavera sepulturæ tradi ægre admodum potuerint, etiamsi Christiani accurate per id tempus circa demortuorum funera occuparentur, erroreque seductos magna humanitate ad veritatis lucem adducere niterentur. Addit idem auctor, non paucos quoque ab Armeniis, qui contra Romanos eadem tempestate insurrexerant, contrucidatos occubuisse, canesque in interfectorum cadavera immaniter sævisse, ita ut ii qui a clade reliqui adhuc erant, in canum cæ- C dem sese converterint, veriti ne, posteaquam e vivis excessissent, illorum ventres viva sepulcra sortirentur. Probabile fit quoque agrestes feras, cadaverum passim jacentium copia excitatas, ejusdem cum canibus pastus participes exstitisse. Quin nostra quoque ætate quædam similia usu venisse novimus.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΖ'.

*Λύσις τῆς πέμπτης σφραγῖδος, δηλοῦσα τὴν τῶν ἁγίων [ψυχῶν] πρὸς Κύριον περὶ τῆς συντελείας καταβόησιν.*

*Καὶ ὅτε ἤνοιξε τὴν πέμπτην σφραγῖδα, εἶδον ὑποκάτω τοῦ θυσιαστηρίου τὰς ψυχὰς [τῶν ἀνθρώπων] τῶν ἐσφαγμένων διὰ τὸν Λόγον τοῦ Θεοῦ καὶ διὰ τὴν μαρτυρίαν [τοῦ Ἀρνίου] ἣν εἶχον.* D *Καὶ ἔκραζον φωνῇ μεγάλῃ λέγοντες· Ἕως πότε, ὁ Δεσπότης [ἡμῶν] ὁ ἅγιος καὶ ὁ ἀληθινὸς, οὐ κρίνεις καὶ [οὐκ] ἐκδικεῖς τὸ αἷμα ἡμῶν ἀπὸ τῶν κατοικούντων ἐπὶ τῆς γῆς;*

Εἰ μέν τις τὴν λύσιν τῶν τεσσάρων σφραγίδων ταῖς τοῦ Χριστοῦ παρῳχηκυίαις οἰκονομίαις προσνεῖμαι βιάσεται, καὶ ταύτην εἰκότως τοῖς προτελειωθεῖσι προφήταις καὶ λοιποῖς ἁγίοις ἐφαρμόσει· [οἳ] τῆς θείας καταβοῶσι μακροθυμίας, ἐφ' οἷς μέχρι σταυροῦ παρὰ Ἰουδαίων ὑβριζόμενος ἀνέχεται. Εἰ δέ τις ὡς μελλόντων πρόῤῥησιν ταῦτα ἐκλάβῃ κατὰ τοὺς διδασκάλους τῆς Ἐκκλησίας, τοῖς διὰ Χριστὸν σφαγιασθεῖσι τὴν τοιαύτην πρέπειν κατὰ τῶν διωκτῶν οἰήσεται καταβόησιν, ἐφ' ᾧ τοὺς ἐν αὐτῇ

## CAPUT XVII.

*Solutio quinti sigilli, quæ sanctorum clamores ad Deum pro sæculi consummatione proponit.*

VI, 9, 10. *Et cum aperuisset sigillum quintum, vidi subter altare animas interfectorum propter Verbum Dei, et propter testimonium quod habebant: et* D *clamabant voce magna, dicentes: Usquequo, Domine, (sanctus et verus) non judicas, et non vindicas sanguinem nostrum de his qui habitant in terra?*

Qui quatuor sigillorum solutionem transactæ jam olim Christi œconomiæ tribuunt, illi, ut sibi constent, hanc quintam prophetis jamdudum ante consummatis cæterisque sanctis accommodent oportet. Hi namque de Dei patientia et longanimitate certa quadam ratione haud injuste queritari videri possunt; ut qui tentationi usque ad mortem restiterint, injustamque Judæorum vim et contumeliam patienter sustinuerint. Qui vero receptiorem doctorum Ecclesiæ sententiam secuti, hæc

Digitized by Google

tanquam futurorum prædictionem accipere malunt, illi præsentis loci querelas atque clamores in eos magis convenire statuunt, qui propter Christum occisi, contra persecutores vindictam expetunt; quatenus qui inter ipsos Dei clementia non prorsus indigni invenientur, ad Dominum convertantur, obstinate autem impii, per universalem totius orbis consummationem excidantur, ne justi ad iniquitatem extendant manus suas. Nam etsi permulti impii jamdudum ante Dei iram experti sunt, nihilo secius illorum reliquiæ flagellis adhuc egent; quibus aut convertantur, aut pro meritis certe plectantur.

A ἀξίους ἐπιστρέψαι· τῶν δὲ ἀπειθῶν τῇ παγκοσμίῳ συντελείᾳ ἐκκόψαι τὴν ἀσέβειαν ὅπως ἂν μὴ ἐκτείνωσιν οἱ δίκαιοι ἐν ἀνομίαις χεῖρας αὐτῶν. Εἰ γὰρ καὶ ἤδη τότε, καθὼς εἴρηται, οἱ δυσσεβεῖς θείας ὀργῆς ἐπειράθησαν, ἀλλ' οὐδὲν ἧττον τὰ τούτων λείψανα ἐπιστρεπτικῶν ἢ κολαστικῶν μαστίγων ἐδέοντο.

VI, 11. *Et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ, et dictum est illis ut requiescerent adhuc pusillum temporis; donec compleantur conservi eorum, et fratres eorum, qui interficiendi sunt, sicut et illi.*

*Καὶ ἐδόθη αὐτοῖς ἑκάστῳ στολὴ λευκή· καὶ ἐῤῥέθη αὐτοῖς ἵνα ἀναπαύσωνται ἔτι χρόνον μικρὸν, ἕως οὗ πληρώσωσι καὶ οἱ σύνδουλοι αὐτῶν, καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτῶν οἱ μέλλοντες ἀποκτείνεσθαι ὡς καὶ αὐτοί.*

Quin per hæc quoque sæculi consummationem expetere sancti probantur: interim usque ad fratrum suorum mortem, ne ante illos, juxta Apostolum, consummentur, moram istam patienter ferre jubentur. *Candidæ* **27** autem *stolæ*, virtutum splendorem, qui illustris in illis exsistit, insinuat; quo splendore jam nunc undique sunt circumfusi, etiamsi promissorum bonorum hæreditatem necdum adepti sunt. Eorum itaque bonorum spe, quæ spiritali oculo nunc contemplantur ab omni interea crassitudine exuti, merito lætantur; nec non in Abrahæ sinu pacate requiescere feruntur. Multorum namque sanctorum sententia est, unumquemlibet virtutis cultorem locum factis suis dignum post hanc vitam sortiri; ex quo de gloria sibi præparata certam conjecturam facere valeat.

B Τὸ δὲ, *Ἕως οὗ πληρώσωσι καὶ οἱ σύνδουλοι αὐτῶν*, δηλοῖ ὅτι τὴν τοῦ κόσμου συντέλειαν αἰτούμενοι φαίνονται οἱ ἅγιοι· διὸ καὶ μακροθυμεῖν ἄχρι τῆς τῶν ἀδελφῶν τελειώσεως κελεύονται, ἵνα μὴ χωρὶς αὐτῶν τελειωθῶσι, κατὰ τὸν Ἀπόστολον. Ἡ δὲ *λευκὴ στολὴ* τὴν ἐπανθοῦσαν αὐτοῖς τῶν ἀρετῶν ἐμφαίνει λαμπρότητα, ἣν ἀμφιέννυνται, εἰ καὶ μήπω τὰς ἐπαγγελίας ἐκομίσαντο. Τῇ γοῦν ἐλπίδι τούτων, ἅπερ νοερῶς ἐνοπτρίζονται, πάσης ἀπηλλαγμένοι παχύτητος, εἰκότως εὐφραίνονται, τοῖς κόλποις Ἀβραὰμ ἐπαναπαυόμενοι· πολλοῖς γὰρ τῶν ἁγίων τοῦτο εἴρηται, τὸ χώρους ἀξίους εἰληφέναι τῶν τῆς ἀρετῆς ἐργατῶν ἕκαστον δι' ὧν καὶ περὶ τῆς μελλούσης αὐτῶν δόξης τεκμαίρονται.

C

## CAPUT XVIII.

*Sexti sigilli solutio, quæ plagas quæ sub sæculi catastrophen mortalium generi inferentur, breviter percenset.*

## ΚΕΦΑΛ. ΙΗ'.

*Λύσις τῆς ἕκτης σφραγῖδος, τὰς ἐν τῇ συντελείᾳ ἐπαγομένας πληγὰς σημαίνουσα.*

VI, 12, 13. *Et vidi cum aperuisset sigillum sextum: et ecce terræmotus magnus factus est; et sol factus est niger tanquam saccus cilicinus, et luna tota facta est sicut sanguis: et stellæ de cœlo ceciderunt super terram, sicut ficus emittit grossos suos, cum a vento magno movetur.*

*Καὶ εἶδον· καὶ ὅτε ἤνοιξε τὴν σφραγῖδα τὴν ἕκτην, σεισμὸς μέγας ἐγένετο. Καὶ ὁ ἥλιος ἐγένετο μέλας ὡς ἀσκὸς τρίχινος· καὶ ἡ σελήνη [ὅλη] ἐγένετο ὡς αἷμα· καὶ οἱ ἀστέρες τοῦ οὐρανοῦ ἔπεσον εἰς τὴν γῆν, ὡς συκῆ βάλλει τοὺς ὀλύνθους αὐτῆς ὑπὸ μεγάλου ἀνέμου σειομένη.*

Etsi non desint qui hæc omnia ad Hierosolymorum obsidionem et eversionem quæ a Tito Vespasiano facta est, pertinere existiment, eoque referant, singula quæ hic dicuntur, tropicos exponentes, nobis tamen probabilius fit a persecutionis tempore transitum hoc loco fieri ad tempus quod Antichristi adventum antecedet; in quod clades et persecutiones de quibus hic sermo est, incident. Cæterum calamitates et cruces, quæ tantæ tunc exstabunt, quantæ antea nunquam visæ vel auditæ leguntur, haud alio fine prædictæ videntur, quam ut homines dudum ante de iis præmoniti animum non despondeant, cum per Antichristum ejusdemque ministros re ipsa irrogabuntur, siquidem mala prævisa et quodammodo præmeditata, minus offendere solent. Per *terræ* autem *motum* sacræ Litteræ rerum mutationem passim significant.

Καὶ ταῦτά τινες εἰς τὴν ἐπὶ Οὐεσπασιανοῦ [βασιλέως] πολιορκίαν ἐξέλαβον ἅπαντα, τῶν εἰρημένων
D ἕκαστον τροπολογήσαντες. Ἡμῖν δὲ φαίνεται μετάβασιν ἐνταῦθα γεγενῆσθαι ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς διωγμοῖς χρόνων εἰς τὸν καιρὸν τὸν πρὸ τῆς τοῦ Ἀντιχρίστου ἀφίξεως, ἐν ᾧ τοσαύτας προεφητεύθη ἔσεσθαι τὰς πληγάς· ἴσως πρὸς τὸ ἐμμελετῶντας ταύταις τοὺς ἀνθρώπους, μὴ ἀπειπεῖν πρὸς τὰς ἐπαγομένας [ἐκ] τοῦ Ἀντιχρίστου κολάσεις, [τοιαύτας οὔσας] οἵας οὐδέποτε γεγενημένας ἔγνωμεν. Σεισμὸν μέντοι τὴν τῶν πραγμάτων μετάθεσιν πολλαχοῦ τῆς Γραφῆς εὑρίσκομεν. Τὸ γὰρ, *Ἔτι ἅπαξ σείσω*, δηλοῖ τὴν τῶν σαλευομένων μετάθεσιν, ὥς φησιν ὁ Ἀπόστολος· καὶ ἐν τῇ Παλαιᾷ δὲ εἴρηται περὶ τῆς ἐξ Αἰγύπτου πορείας τῶν Ἰσραηλιτῶν, *Γῆ ἐσείσθη· καὶ γὰρ οἱ οὐρανοὶ ἔσταξαν.* — *Τὸ δὲ μέλαν τοῦ ἡλίου, καὶ τῆς σελήνης τὸ ἀφεγγὲς καὶ αἱματῶ-*

Digitized by Google
Распознавание текста ABK/FR

δες, τὸ τοῖς παρὰ τῆς θείας ὀργῆς καταληφθεῖσιν A ἀφώτιστον ἐνδείκνυται. Οὕτω γὰρ πολλάκις ταῦτα καὶ ὁ μακάριος Κύριλλος ἐξείληφε. Τὸ δὲ *πεσεῖν τοὺς ἀστέρας*, καθὼς καὶ ἤδη περὶ τῶν ὑπὸ Ἀντιόχου ἀπατηθέντων γέγραπται, τὸ καὶ *τοὺς φωστῆρας* εἶναι δοκοῦντας *ἐν κόσμῳ*, πίπτειν τοῖς γινομένοις ἐποκλάζοντας, ὡς, φησὶν ὁ Κύριος, πλανηθῆναι, εἰ δυνατὸν, καὶ τοὺς ἐκλεκτοὺς, διὰ τὸ τῆς θλίψεως μέγεθος. Ἴσως γὰρ διὰ τοῦτο καὶ ἡ συκῆ εἰς παράδειγμα παραλαμβάνεται· ὡς τοὺς ἀτελεῖς καρποὺς καὶ μήπω πεπανθέντας τῷ τῶν πειρασμῶν καύσωνι, καὶ [μήπω] γλυκανθέντας τῇ χάριτι, ἐν τῷ ὑπὸ τοῦ διαβολικοῦ ἀνέμου τινάσσεσθαι καταβάλλουσα. Δισσῶς γὰρ ταύτην ἐπί τε καλῷ ἐπί τε κακῷ ἐκλαμβανομένην οἴδαμεν· ἔκ τε τῶν δύω καλάθων τῶν χρηστῶν καὶ τῶν πονηρῶν σύκων τῶν τῷ Ἱερεμίᾳ B φανέντων, ἔκ τε τῆς ξηρανθείσης ὑπὸ [τοῦ] Χριστοῦ συκῆς, καὶ τῆς φερομένης ἐν τῷ Ἄσματι. Εἰ δὲ καὶ αἰσθητῶς ταῦτα τοῦ Χριστοῦ κριτοῦ μετὰ δόξης ἐρχομένου συμβήσεται, αὐτὸς ἂν εἰδείη ὁ τοὺς ἀποκρύφους ἔχων θησαυροὺς τῆς γνώσεως καὶ τῆς σοφίας.

*Adhuc semel*, ait Scriptura, *et ego movebo terram* [14]; quod Apostolus ad rerum mobilium translationem refert. Sic Israelitarum quoque ex Ægypto profectio terræ motus vocatur; *Terra*, scribit David, *mota est; etenim cœli distillaverunt* [15]. At vero *solis nigredo*, *et lunæ obscuratio*, *colorque ejusdem sanguineus*, eorum cæcitatem et obscuritatem denotant, quos Dominus in ira sua tunc comprehendet : ad hunc enim modum beatus Cyrillus non uno loco isthæc exponit. Quod autem *stellæ cadant* (id quod de iis quoque traditum legitur qui ab Antiocho seducti fuerant), significat eos qui *mundi luminaria* putabantur, suppliciorum terrore fractos dejectosque, a fide et veritate in perfidiam et errorem defecturos. Nam ut Christus Dominus præmonet, tanta tunc erit afflictio ut seducantur electi quoque, si fieri possit. Forsan ad id designandum in exemplum assumpta est *ficus*; ut quæ fructus imperfectos (cujusmodi sunt qui tentationum igne necdum excocti, neque charitatis ardore ad dulcedinem adhuc perducti sunt) dum a diabolico vento vehementius quatitur, decutere ac in terram dejicere soleat. Novimus enim vocabulum *ficus* in bonam et malam partem accipi. Colligitur hoc cum ex duobus illis bonarum et malarum ficuum calathis, quarum fit mentio apud Isaiam ; tum rursum ex ficu quam maledictione sua Christus a refecit; tum ex illa denique quæ fertur in Canticis. Porro autem an Christo Domino **28** cum gloria et majestate ad judicium veniente, aliquid ex prædictis sensili modo eventurum sit, hoc unus ille novit qui omnes scientiæ et sapientiæ thesauros in se abditos continet.

*Καὶ ὁ οὐρανὸς ἀπεχωρίσθη ὡς βιβλίον ἑλισσόμενος.*

*Τὸ δὲ τὸν οὐρανὸν ἑλίσσεσθαι ὡς βιβλίον*, C ἢ τὸ ἄγνωστον τῆς δευτέρας Χριστοῦ παρουσίας αἰνίττεται· ἀψοφητὶ γὰρ καὶ ἐν ἀκαριαίῳ ἡ βίβλος ἀνοίγεται· ἢ ὅτι καὶ αἱ οὐράνιαι δυνάμεις τοῖς ἐκπίπτουσι τῆς πίστεως ἐπαλγοῦσαι, οἱονεὶ συμπάθειαν καὶ λύπην ἕξουσι. Διὰ τούτου δὲ καὶ ἕτερόν τι σημαίνεται· τὸ μὴ ἀφανισμὸν τὸν οὐρανὸν ὑποστῆναι· ἀλλ' οἷον εἱλιγμόν τινα καὶ ἀλλαγὴν ἐπὶ τὸ βέλτιον, ὥς φησιν Εἰρηναῖος ἐν τῷ πέμπτῳ λόγῳ τοῦ ἐλέγχου τῆς ψευδωνύμου γνώσεως ἐπὶ λέξεως, οὕτως· *Οὐ γὰρ ἡ ὑπόστασις, οὐδὲ ἡ οὐσία τῆς κτίσεως ἐξαφανίζεται· ἀληθὴς γὰρ καὶ βέβαιος ὁ συστησάμενος αὐτήν· ἀλλὰ τὸ σχῆμα παράγει τοῦ κόσμου τούτου, ἐν οἷς ἡ παράβασις ἐγένετο, ὡς οἱ πρεσβύτεροι λέγουσι.* Καὶ ταῦτα μὲν ὁ μέγας Εἰρηναῖος· D ἡγούμεθα δὲ καὶ τῇ ἀρχαίᾳ συνηθείᾳ χρήσασθαι τὸν Ἀπόστολον. Εἰληταρίοις γὰρ οἱ Ἑβραῖοι ἀντὶ τῶν παρ' ἡμῖν βιβλίων ἐκέχρηντο· ὧν ἡ ἀνείλιξις, οὐκ ἀφανισμὸν, ἀλλὰ τῶν γεγραμμένων φανέρωσιν ἀπειργάζετο· ὡς καὶ τοῦ οὐρανίου σώματος ἡ ἀνάπτυξις τῶν ἀποκειμένων τοῖς ἁγίοις ἀγαθῶν τὴν ἀποκάλυψιν δεικνύει. Καὶ τοῦτο μὲν τετραχῶς πρὸς τὸ χορηγηθὲν ἡμῖν θεόθεν νενοήκαμεν· τῶν δὲ ἑξῆς ἐχώμεθα.

VI, 14. *Et cœlum recessit sicut liber involutus.*

*Cœlum instar libri involvi*, vel secundum Christi adventum incertum esse indicat; siquidem libri subito et absque ullo pene strepitu aperiuntur : aut virtutes cœlestes, dum eos qui ex fide excidunt, ex commiseratione lugent, molestam quamdam animi ægritudinem et quasi torturam præ se laturas. Quin aliud quoque per hoc significatur, nempe cœlum non subiturum aliquem interitum aut abolitionem, sed tantum quamdam involutionem, et ad meliorem statum mutationem. Qua de re Irenæus libro quinto reprehensionum falsi nominis scientiæ, ad verbum fere ita scribit : *Neque enim cœli substantia aut creaturæ essentia abolebitur : (siquidem qui hanc coagmentavit, verus et stabilis est) sed mundi figura, in quo prævaricatio accidit, in statum primo venustiorem, ut veteres asserunt, transitura est.* Hæc magnus Irenæus. Arbitramur autem Apostolum veterum consuetudini orationem accommodasse : siquidem Hebræi loco librorum, quorum apud nos est usus, involutis quibusdam chartis utebantur; quarum evolutio vel explicatio non pariebat interitum aut exstinctionem, sed rerum quæ in illis descriptæ continebantur, manifestationem. Eapropter cœlestis quoque corporis explicatio, bonorum quæ sanctis istic reposita sunt, patefactionem ostendit. Atque ita præsentem locum quadrifariam prout divinitus nobis datum est, exposuimus; jam sequentia persequamur.

*Καὶ πᾶν ὄρος καὶ νῆσος ἐκ τῶν τόπων αὐτῶν ἐκινήθησαν· καὶ οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς καὶ οἱ με-*

VI, 14-17. *Et omnis mons et insulæ de locis suis motæ sunt : reges terræ, et principes, et tri-*

[14] Agg. II, 7. [15] Psal. LXVII, 9.

*buni, et fortes, et omnis servus, et omnis liber absconderunt se in speluncis, et in petris montium. Et dicunt montibus et petris : Cadite super nos, et abscondite nos a facie sedentis super thronum, et ab ira Agni, quoniam venit dies magnus iræ ipsorum, et quis potest stare?*

*γιστᾶνες, καὶ οἱ χιλίαρχοι, καὶ οἱ πλούσιοι, καὶ οἱ ἰσχυροὶ, καὶ πᾶς δοῦλος καὶ πᾶς ἐλεύθερος ἔκρυψαν ἑαυτοὺς εἰς τὰ σπήλαια καὶ εἰς τὰς πέτρας τῶν ὀρέων· καὶ ἔλεγον τοῖς ὄρεσι καὶ ταῖς πέτραις· Πέσετε ἐφ' ἡμᾶς, καὶ κρύψατε ἡμᾶς ἀπὸ προσώπου τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ θρόνου, καὶ ἀπὸ τῆς ὀργῆς τοῦ Ἀρνίου· ὅτι ἦλθεν ἡ ἡμέρα ἡ μεγάλη τῆς ὀργῆς αὐτοῦ, καὶ τίς δύναται σταθῆναι;*

Dominus noster Jesus Christus apostolis de Hierosolymitani templi eversione et sæculi consummatione interrogantibus, quæ olim futura erant, quatenus ejus rei capaces erant, prædixit. Ex quibus quidem cladibus et incommodis multa in Vespasiana obsidione Judæis, qui Christum in crucem egerunt, ut Josephus scriptor Hebræus diffuse in sua historia explicat, evenerunt. At vero sub sæculi finem, nempe sub Antichristi adventum, multo plura multoque sæviora et crudeliora mala totum, ut ita dicam, orbem oppriment. Ea namque tempestate tam ii qui mundana potentia præ cæteris præstant, quam ii etiam qui inter ecclesiasticos primatum tenent, *montes* figura quadam appellati; tum fidelium quoque Ecclesiæ, quæ *insulæ* metaphoricōs vocantur, et in novatæ a Deo apud Isaiam leguntur, sedes suas deserent, deque loco ad locum propter Antichristi immanitatem subinde se transferent. **29** Cujusmodi incommoda et clades nos quoque ante Antichristi adventum propter peccata nostra jam experti sumus. Cæterum *reges terræ* ii hoc loco dici videntur, quorum studium et dominium circa terram præcipue occupatur, nihilque commune cum cœlo habent. Qua in re conspirant cum omnibus terrenis principibus, et divitibus, rerumque terrenarum servis, et liberis, hoc est, a Christi servitute absolutis. Hi igitur omnes sub speluncis et petris et montibus abdi expetent potius, quam Agni iram et flagella, quæ in Antichristi adventu secundum justam Dei permissionem ex fame et peste, aliisque ejusmodi plagis orta, instar impetuosi imbris miseros illos obruent, experiri. Aut certe tanto illo terrore concutientur propter præparata post carnis resurrectionem supplicia nunquam finem habitura; quando nimirum divina ira, et quidem juste, magis exardescet in eos qui supra fidei fundamentum ædificaverunt ligna, fœnum, et stipulam, quam incensa fornax; omniaque, veluti paleas ignis solet, consumet. A qua ira clemens et benignus Deus nos liberet, æternorumque bonorum, quæ sanctis illius reposita sunt, participes reddat, illorum plenitudini nos accensens qui salvi fient; gratia et benignitate unigeniti Filii sui, cum quo Patri et Spiritui sancto sit gloria, honor, et adoratio in sæcula sæculorum. Amen.

Ὁ Κύριος ἡμῶν τοῖς ἀποστόλοις ἐρωτῶσι περὶ τῆς τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις ναοῦ καταστροφῆς καὶ τῆς συντελείας, καθὼς ἠδύναντο χωρεῖν προεῖπε τὰ μέλλοντα· ἅπερ [καὶ] ἤδη μὲν ἐν τῇ πολιορκίᾳ [ἐπὶ] Οὐεσπασιανοῦ καὶ Τίτου τοῖς Χριστοκτόνοις Ἰουδαίοις συμβέβηκε, καθὼς ἱστορεῖ ὁ Ἑβραῖος Ἰώσηπος· ἐπὶ τέλει δὲ μεθ' ὑπερβολῆς πλείονος παντὶ, ὡς εἰπεῖν, τῷ κόσμῳ ἐν τῇ τοῦ Ἀντιχρίστου ἐπιδημίᾳ ἐπελεύσεται, καθὼς εἴρηται· ἐν ᾗ οἱ κατ' ἐξοχὴν εἴτε ἐκκλησιαστικῆς εὐταξίας, εἴτε κοσμικῆς δυναστείας ὑπάρχοντες, *ὄρη* τροπικῶς ὀνομαζόμενοι· αἵ τε τῶν πιστῶν ἐκκλησίαι μεταφορικῶς *νῆσοι* καλούμεναι, καὶ πρὸς Θεὸν, κατὰ τὸν Ἡσαΐαν, ἐγκαινιζόμεναι, ἐκ τῶν τόπων αὐτῶν φεύξονται· τόπον ἐκ τόπου διὰ τὸν ψευδόχριστον ἀμείβοντες· ὧν καὶ ἡμεῖς πρὸ τῆς αὐτοῦ παρουσίας δι' ἁμαρτίας φιλανθρώπως πεπειράμεθα. *Οἱ δὲ τῆς γῆς βασιλεῖς*, τουτέστιν οἱ ταύτης κατεξουσιάζοντες, καὶ μηδὲν ἐν οὐρανοῖς κεκτημένοι, σὺν πᾶσι μεγιστᾶσι καὶ πλουσίοις, ἐν τοῖς δούλοις τῶν κάτω, καὶ ἐλευθέροις, [ὡς οὐκ ὤφειλε,] τῆς Χριστοῦ δουλείας, ὑπὸ τῶν σπηλαίων καὶ πετρῶν καὶ ὀρέων καλυφθῆναι εὔξονται, ἢ πειραθῆναι τῆς θείας ὀργῆς τῆς ἐπομβρούσης αὐτοῖς ἐν τῇ τοῦ Ἀντιχρίστου παρουσίᾳ κατὰ συγχώρησιν τὰς ἀπὸ λιμοῦ καὶ ἑτέρων πληγῶν μάστιγας· ἢ ἐν ταῖς προσδοκωμέναις μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἀπεράντοις κολάσεσιν· ὅτε καὶ μᾶλλον ἡ θεία ὀργὴ δικαίως ὡς κλίβανος ἐκκαυθήσεται, τοὺς τῷ θεμελίῳ τῆς πίστεως ἐποικοδομοῦντας ξύλα [καὶ] χόρτον [καὶ] καλάμην ὡς τροφὴν πυρὸς, καταναλίσκουσα· ἧς ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς λυτρούμενος ἡμᾶς, τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν, τῶν ἡτοιμασμένων τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ, μετόχους ἀπεργάσαιτο, συντάττων τῷ τῶν σωζομένων πληρώματι, χάριτι τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ αὐτοῦ· μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ πρέπει δόξα σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

## CAPUT XIX. SERMO VII.

*De centum quadraginta quatuor hominum millibus qui a quatuor angelorum plaga illæsi conservantur.*

VII, 1. *Post hæc vidi quatuor angelos stantes super quatuor angulos terræ, tenentes quatuor ventos terræ, ne flarent super terram, neque super mare, neque in ullam arborem.*

Etsi isthæc ad illa incommoda a quibusdam re-

## ΚΕΦΑΛ. ΙΘ'. ΛΟΓΟΣ Ζ'.

*Περὶ τῶν σωζομένων ἐκ τῆς πληγῆς τῶν τεσσάρων ἀγγέλων χιλιάδων ἑκατὸν τεσσαράκοντα τεσσάρων.*

*Καὶ μετὰ ταῦτα εἶδον τέσσαρας ἀγγέλους ἑστῶτας ἐπὶ τὰς τέσσαρας γωνίας τῆς γῆς, κρατοῦντας τοὺς τέσσαρας ἀνέμους [τῆς γῆς], ἵνα μὴ πνέῃ ἄνεμος ἐπὶ τὴν γῆν, μήτε ἐπὶ τὴν θάλασσαν, μήτε ἐπὶ πᾶν δένδρον.*

Εἰ καὶ ταῦτά τισιν ὑπὸ Ῥωμαίων πάλαι τοῖς

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

A Ἰουδαίοις γεγενῆσθαι ἐξείληπται, τῶν τεσσάρων θείων ἀγγέλων δηλοῦν αὐτοῖς νομισθέντων τὸ ἐπί τε γῆς ἐπί τε θαλάττης, τῶν τὴν ὀργὴν πειρωμένων διαδιδράσκειν ἄφυκτον, πολλῷ μᾶλλον τοῦτο ἐν τῇ τοῦ Ἀντιχρίστου ἐπελεύσει γενήσεται, οὐχ ἐν τῇ μερικῇ γῇ τῆς Ἰουδαίας, ἀλλ' ἐν πάσῃ ἧς ἐπὶ τῶν τεσσάρων γωνιῶν ἑστάναι τοὺς ἀγγέλους διέξεισιν, ὡς πληροῦντας διακονίας θεόθεν αὐτοῖς ἐγκεχειρισμένας, ἡμῖν δὲ ἀγνώστους. *Ἡ δὲ τῶν ἀνέμων ἐποχὴ* προδήλως λύσιν τῆς εὐταξίας τῆς κτίσεως, καὶ τὸ τῶν κακῶν ἐμφαίνει ἀδιάδραστον. Δι' ἀνέμων γὰρ καὶ τὰ τῆς γῆς φυτὰ τρέφονται, καὶ πλεῖται ἡ θάλασσα.

feruntur, quæ Judæi quondam a Romanis perpessi sunt : (arbitrantur enim per quatuor mystica animalia effectum, ut neque terra, neque mari, neque ulla alia via iram divinam impendentemque cladem evitare potuerint) multo tamen rectius ad Antichristi adventum locus hic refertur. Tunc enim sæva illa tempestas furibunde desæviet, non in una aliqua terræ parte solum, aut in Judæorum regione tantum, sed in universa terra. Quare etiam super quatuor ejus angulos quatuor angelos stetisse narratur, qui implerent ministerium divinitus quidem sibi demandatum, nobis autem incognitum. Ast vero [*ventorum cohibitio* legitimi ordinis dissolutionem inevitabilemque comminatorum malorum eventum haud dubie insinuat : siquidem per ventorum flatum arbores et plantæ nutriuntur et refocillantur, et maria navibus sulcantur.

B *Καὶ εἶδον ἄλλον ἄγγελον ἀναβαίνοντα ἀπὸ ἀνατολῆς ἡλίου, ἔχοντα σφραγῖδα Θεοῦ ζῶντος· καὶ ἔκραξε φωνῇ μεγάλῃ τοῖς τέσσαρσιν ἀγγέλοις οἷς ἐδόθη [αὐτοῖς] ἀδικῆσαι τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν, λέγων·*

VII, 2, 3. *Et vidi alterum angelum ascendentem ab ortu solis, habentem signum Dei vivi; et clamavit voce magna quatuor angelis, quibus datum est nocere terræ et mari, dicens.*

Ὅπερ | τῷ Ἰεζεκιὴλ πάλαι ἀποκεκάλυπτο περὶ τοῦ ἐνδεδυμένου τὸ βαδδὶν, καὶ τῶν καταστεναζόντων τὰ μέτωπα σφραγίζοντος πρὸς τὸ μὴ συναπολέσθαι τοὺς δικαίους τοῖς ἀδίκοις, διὰ τὸ τῆς κεκρυμμένης τῶν ἁγίων ἀρετῆς καὶ τοῖς ἀγγέλοις ἄγνωστον· τοῦτο κἀνταῦθα τῷ μακαρίῳ δείκνυται, ὑπερτέρας ἁγίας δυνάμεως τοῖς τιμωροῖς ἁγίοις ἀγγέλοις ἐγκελευομένης μηδὲν δρᾶσαι εἰς τοὺς πλημμελήσαντας, πρὶν ἂν διὰ τοῦ σφραγισθῆναι διακριθέντας ἐπιγνῶσι τοὺς τῆς ἀληθείας θεραπευτάς. C Τοῦτο δὲ εἰ καὶ μερικῶς πάλαι γεγένηται, τῶν τῷ Χριστῷ πεπιστευκότων τὴν τῆς Ἱερουσαλὴμ ὑπὸ Ῥωμαίων ἐκπεφευγότων πόρθησιν, εἰς πολλὰς τελούντων μυριάδας, κατὰ τὸν μέγαν Ἰάκωβον, τὸν τῷ μακαρίῳ Παύλῳ τὸ πλῆθος αὐτῶν ἐμφαίνοντα· ἀλλ' οὖν, ὡς εἴρηται, ἐν τῷ καιρῷ τῆς τοῦ Ἀντιχρίστου ἐπελεύσεως μάλιστα γενήσεται, τῆς σφραγῖδος τοῦ ζωοποιοῦ σταυροῦ διειργούσης τῶν ἀπίστων τοὺς πιστοὺς ἀνεπαισχύντως καὶ πεπαρρησιασμένως τὴν τοῦ Χριστοῦ σημείωσιν ἐνώπιον τῶν ἀσεβῶν φέροντας. Διό φησιν ὁ ἄγγελος·

Quod prophetæ Ezechieli per illum jam olim significabatur, qui linea stola indutus gementium frontes signabat, ne justi simul interirent cum injustis : (sunt enim sanctorum virtutes sæpe occultæ, et ne ipsis quidem angelis satis compertæ) hoc ipsum beato Joanni pari fere modo hoc loco ostenditur. Etenim per sublimioris virtutis et sanctitatis angelos **30** angelis pœnis irrogandis præfectis serio hic indicitur, ne quid prius contra peccatores tentent, quam veritatis cultores per signaculum ab aliis distinctos videant. Hoc autem etsi iis quondam ex parte acciderit qui ex Judæis in Christum credentes depopulationem illam quæ Hierosolymorum civitati a Romanis illata est, admirabiliter evaserunt, qui secundum magnum Jacobum, qui illorum multitudinem apostolo Paulo allegabat, aliquot myriades conficiebant; verumtamen adventus Antichristi tempore maxime, ut ante quoque dictum est, hoc locum habebit; quando nimirum vivificæ crucis signum fideles ab infidelibus secernet. Hi enim intrepide citraque ullum ruborem Christi crucis signaculum in conspectu impiorum deferent : et ob id angelus hic mox subjungit :

D *Μὴ ἀδικήσητε τὴν γῆν μήτε τὴν θάλασσαν μήτε τὰ δένδρα, ἄχρις οὗ σφραγίσωμεν τοὺς δούλους τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐπὶ τῶν μετώπων αὐτῶν.*

VII, 3. *Nolite nocere terræ, et mari, neque arboribus; quoadusque signemus servos Dei nostri in frontibus eorum.*

Ἡ κτίσις, ὡς δι' ἡμᾶς γεγενημένη, παιδευομένοις ἡμῖν κοινωνεῖ ἐπὶ ταῖς μάστιξιν, ὥσπερ [οὖν] καὶ δοξαζομένοις τοῖς ἁγίοις συμφαιδρυνθήσεται. Διὰ τούτων δὲ μανθάνομεν καὶ τοὺς ἐναρέτους δεῖσθαι δυναμωθῆναι δι' ἀγγελικῆς βοηθείας πρὸ τῆς τῶν πειρασμῶν ἐπαγωγῆς τῇ δεδομένῃ [ἡμῖν] *σφραγῖδι τοῦ Πνεύματος*, καὶ κατὰ τοσοῦτον ἐπιδεικνυμένῃ τὴν οἰκείαν δύναμιν, καθ' ὅσον ἂν αὐτοὶ ἐργασίαν παρασχώμεθα· τῶν λοιπῶν μενόντων ἀβοηθήτων παρ' οἰκεῖον τοῦ μὴ βοηθηθῆναι θέλημα.

Creatura, nostri causa facta, nobis castigatis una nobiscum plagarum particeps efficitur; quemadmodum e diverso sanctis ad gloriam evectis, ipsa quoque simul cum illis lætabitur, et suo etiam modo glorificabitur. Discimus autem hinc, virtute quoque ornatos angelorum præsidio egere : quo nimirum adversus graviores tentationes firmentur et corroborentur. Cæterum *Spiritus signaculum*, quod homini contra tentationes donatur, eatenus vim suam ostendit, quatenus ipsi collaboramus. Qui igitur auxilio hoc destituuntur, ideo destituuntur, quia una cum ipso manum operi adhibere non volunt.

Digitized by Google

VII, 4-8. *Et audivi numerum signatorum : centum quadraginta quatuor millia signati ex omni tribu filiorum Israel. Ex tribu Juda, duodecim millia signati.*

*Judas*, confessionem sonat : per quem illi designantur, qui per Christi confessionem, qui ex Juda ortum ducit, salutem consequuntur.

*Ex tribu Ruben, duodecim millia signati.*

*Ruben*, si nomen interpreteris, visionis filium sonat : per quem denotantur, qui per cordis puritatem cœlesti visione potiuntur.

*Ex tribu Gad, duodecim millia signati.*

*Gad*, tentationem significat : per quem illos accipere licet, qui per tentationum tolerantiam et patientiam, ad similitudinem Jobi corona donantur.

*Ex tribu Aser, duodecim millia signati.*

Per *Aser*, qui interpretatus beatitudinem sonat, illi intelliguntur, qui per dignam vitæ conversationem Dominicam beatitatem promeriti, stationem ad dexteram Christi consequuntur, *filiique lucis et diei* appellantur.

*Ex tribu Nephthalim, duodecim millia signati.*

Per *Nephthalim*, qui precationem denotat, ii insinuantur, qui assiduo precandi studio Deo indivulse adhærent.

*Ex tribu Manasse, duodecim millia signati.*

*Manasses*, qui ab oblivione nomen trahit, designat illos qui divino amore incensi, ea quæ retro sunt, domumque paternam, oblivioni tradunt.

*Ex tribu Simeon, duodecim millia signati.*

31 Per *Simeonem*, qui idem fere sonat quod obedientia, innuuntur illi, qui per studiosam divinorum præceptorum observationem, justificationis gratiam consecuti sunt.

*Ex tribu Levi, duodecim millia signati.*

*Levi*, assumptum significat; quo nomine denotantur ii qui per conversationem sacerdote dignam, a Christo assumpti sunt. Collocatur autem Levi ordine octavus, quod octavo demum resurrectionis die verum sacerdotium ostensum sit.

*Ex tribu Issachar, duodecim millia signati.*

Per *Issachar*, qui de mercede appellationem sortitur, illi adumbrantur, qui propter mercedem, quam ex Deo exspectant, studiosæ vitæ rationem inierunt.

*Ex tribu Zabulon, duodecim millia signati.*

*Zabulon*, interpretatur virtutis aut suaveolentiæ habitaculum : per quem intelligi videntur, qui per inhabitantem Dei Spiritum adversus animi perturbationes, carnisque sensum, firmati et corroborati, facti sunt bonus odor Christi, ut Paulus loquitur.

*Ex tribu Joseph, duodecim millia signati.*

*Joseph*, idem sonat quod additio vel incrementum : denotat autem eos qui in partem augmenti,

A *Καὶ ἤκουσα τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐσφραγισμένων· [ἑκατὸν τεσσαράκοντα τέσσαρες χιλιάδες ἐσφραγισμένοι,] ἐκ πάσης φυλῆς [τῶν] υἱῶν Ἰσραήλ· ἐκ φυλῆς Ἰούδα, δώδεκα χιλιάδες ἐσφραγισμένοι.*

[Αἱ σημασίαι τῶν κλήσεων τῶν ιβ' πατριαρχῶν.]

*Ἰούδας*, ἐξομολόγησις ἑρμηνεύεται· δι' οὗ δηλοῦνται οἱ δι' ἐξομολογήσεως τῆς πρὸς Χριστὸν τὸν ἐξ Ἰούδα βλαστήσαντα σωζόμενοι.

*Ἐκ φυλῆς Ῥουβὶμ, δώδεκα χιλιάδες ἐσφραγισμένοι.*

*Ῥουβὶμ*, ὁράσεως υἱὸς ἑρμηνεύεται· δι' οὗ δηλοῦνται οἱ διὰ καθαρότητα καρδίας τὴν πνευματικὴν ὅρασιν κτησάμενοι.

*Ἐκ φυλῆς Γὰδ, δώδεκα χιλιάδες ἐσφραγισμένοι.*

B *Γὰδ*, πειρασμός· δι' οὗ δηλοῦνται οἱ δι' ὑπομονῆς πειρασμῶν κατὰ τὸν Ἰὼβ στεφανούμενοι.

*Ἐκ φυλῆς Ἀσὴρ, δώδεκα χιλιάδες ἐσφραγισμένοι.*

*Ἀσὴρ*, μακαρισμός· δι' οὗ δείκνυνται οἱ τὸν Δεσποτικὸν μακαρισμὸν διὰ πολιτείας ἀξίας κληρονομοῦντες, καὶ τῆς Δεσποτικῆς τῆς ἐκ δεξιῶν τοῦ Χριστοῦ στάσεως ἀξιούμενοι, καὶ υἱοὶ φωτὸς καὶ ἡμέρας ἀναδεικνύμενοι.

*Ἐκ φυλῆς Νεφθαλεὶμ, δώδεκα χιλιάδες.*

*Νεφθαλεὶμ*, προσευχή· δι' ἧς χαρακτηρίζονται οἱ διὰ προσευχῆς ἀδιαλείπτου τῷ Θεῷ κολλώμενοι.

C

*Ἐκ φυλῆς Μανασσῆ, δώδεκα χιλιάδες.*

*Μανασσῆς*, ἐπιλησμοσύνη, τουτέστιν, οἱ τῶν ὄπισθεν ἐπιλανθανόμενοι καὶ τῶν πατρῴων οἴκων, διὰ τὸν θεῖον ἔρωτα.

*Ἐκ φυλῆς Συμεὼν, δώδεκα χιλιάδες.*

*Συμεὼν*, ὑπακοή· δηλαδὴ, οἱ δι' ὑπακοῆς τῶν θείων ἐντολῶν δικαιούμενοι.

*Ἐκ φυλῆς Λευΐ, δώδεκα χιλιάδες.*

*Λευΐ*, προσειλημμένος· δι' οὗ νοοῦνται οἱ διὰ πολιτείας ἱεροπρεποῦς ὑπὸ Χριστοῦ προσειλημμένοι. Ὄγδοος δὲ Λευῒ τέτακται, ὡς κατὰ τὴν ὀγδόην ἡμέραν τῆς ἀναστάσεως τῆς ἀληθοῦς ἱερωσύνης ἀνα-
D δεικνυμένης.

*Ἐκ φυλῆς Ἰσάχαρ, δώδεκα χιλιάδες.*

*Ἰσάχαρ*, μισθός· τουτέστιν οἱ τὸν ἐκ Θεοῦ μισθὸν λαμβάνοντες, ὡς ἐναρέτως πολιτευόμενοι.

*Ἐκ φυλῆς Ζαβουλὼν, δώδεκα χιλιάδες.*

*Ζαβουλὼν*, κατοικητήριον δυνάμεως, ἢ εὐωδίας· δι' οὗ νοοῦνται οἱ τῇ ἐνοικήσει [τοῦ] Χριστοῦ κατὰ τῶν παθῶν δυναμωθέντες, καὶ εὐωδία αὐτοῦ, ὥς φησιν ὁ Παῦλος, γινόμενοι.

*Ἐκ φυλῆς Ἰωσὴφ, δώδεκα χιλιάδες.*

*Ἰωσὴφ*, πρόσθεσις· τουτέστιν οἱ ἐν προσθήκης μέρει σὺν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν τὰ πρὸς τὸ

Digitized by Google
Распознавание текста ABK/FR

ζῆν ἀναγκαῖα λαμβάνοντες, ὥς φησιν ὁ Κύριος.

*Ἐκ φυλῆς Βενιαμὶν, δώδεκα χιλιάδες ἐσφραγισμένοι.*

*Βενιαμὶν*, υἱὸς ὀδύνης, ἢ υἱὸς ἡμέρας, ἢ υἱὸς δεξιᾶς· δηλαδὴ οἱ διὰ καρδιακῶν ὀδυνῶν, εἴτε οἱ τότε ἐξ Ἑβραίων πιστοὶ καὶ διαπεφευγότες τὴν [τῶν] Ῥωμαίων αἰχμαλωσίαν, τὸν ἀριθμὸν τοῦτον ἀναπληροῦντες· εἴτε, ὃ καὶ μᾶλλον πιστότερον, οἱ ἐπὶ συντελείᾳ ἐξ Ἰουδαίων [διὰ πίστεως] σωζόμενοι, ὅτε, καθώς φησιν ὁ Ἀπόστολος, μετὰ τὸ εἰσελθεῖν τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν, πᾶς Ἰσραὴλ σωθήσεται· [καὶ] οὐδέτερον ἀπαράδεκτον. Ἡ μέντοι ἀκρίβεια τῆς ἐξ ἑκάστης φυλῆς ἰσότητος ἐμφαίνειν μοι δοκεῖ τὸν πολυπλασιασμὸν τοῦ ἀποστολικοῦ σπόρου· *δωδεκάκις* δώδεκα πολυπλασιαζομένου ἐπὶ τὸν τέλειον τῆς χιλιάδος ἀριθμὸν, καὶ οὕτω τὰς ῥηθείσας χιλιάδας ἀποτελοῦντος· μαθηταὶ γὰρ ἦσαν τοῦ κόκκου τοῦ εἰς τὴν γῆν διὰ φιλανθρωπίαν πεσόντος, καὶ πολύφορον τῆς παγκοσμίου σωτηρίας τὸν καρπὸν βλαστήσαντος. Ἐπισημαντέον δὲ τοῦτο, ὅτι ἡ φυλὴ τοῦ *Δὰν*, ὡς ἐξ αὐτῆς τικτομένου τοῦ Ἀντιχρίστου, ταῖς λοιπαῖς οὐ συντέτακται· ἀλλ' ἀντ' αὐτῆς ἡ τοῦ *Λευΐ*, ὡς ἱερατικὴ πάλαι, εἰς ἀριθμὸν μὴ ἐρχομένη· ἐκ δὲ τῆς τῶν ὀνομάτων ἑρμηνείας, ἔστι τινὰ τῶν φυλῶν ἑκάστῃ προσαρμόσαι διάνοιαν, ὡς ἐν τοῖς πλησίοις παρατίθεται· τὸν δὲ *Ἰωσὴφ* ἀντὶ τοῦ *Ἐφραῒμ* τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ τέθεικεν. Ἁρμόδιος δὲ τούτοις ὁ λεχθεὶς ἀριθμὸς [τέθειται], ὡς εἴρηται, [διά τε τοὺς πάλαι Ἑβραίων δώδεκα φυλάρχους,] διά τε τοὺς ἀντ' αὐτῶν καταστάντας ἄρχοντας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν θεσπεσίους ἀποστόλους, ὡς γέγραπται· δι' ὧν οἱ ἐν τῇ διασπορᾷ τῆς γῆς Ἰουδαῖοι [ἐπ' ἐσχάτων] σώζονται.

A una cum regno cœlorum, ea quoque a Domino accipiunt quæ ad vitæ usum necessaria habentur.

*Ex tribu Benjamin, duodecim millia signati.*

Per *Benjamin*, qui interpretatus, doloris aut diei, aut dexteræ filium significat, eos accipere possumus qui per cordis dolorem servantur; sive ii ex illorum numero sint qui tum ex Judæis fideles facti erant; sive ex illorum qui ex Romanorum captivitate fidelium cœtui adjuncti fuerunt; sive, quod nobis verisimilius fit, ex eorum qui sub sæculi consummationem ex Judæis per fidem salvabuntur: quando nimirum, juxta Apostoli sententiam, post gentium multitudinem ingressam, omnis quoque Israel salvus fiet. Neutrum a ratione vide-
B tur alienum. Cæterum exacta illa accurataque ex quavis tribu æqualitas, apostolici seminis multiplicationem insinuat; siquidem *numerus duodenarius* duodecies multiplicatus, prædictorum millium numerum integre absolvit. Apostoli namque verbi vel grani potius illius discipuli erant, quod in terram lapsum, multiformem pro sua clementia salutis fructum universo terrarum orbi progerminavit. Observandum est quoque tribum *Dan*, quod Antichristus ex illa nasciturus feratur, cum reliquis tribubus hoc loco non recenseri: verum ejus loco tribum *Levi*, quæ olim, quod sacerdotalis esset, in tribuum divisionem non veniebat, suffectam esse. Porro ex nominum interpretatione unicuique
C tribui sententiam aliquam accommodare licet; sicuti nos quoque in proxime expositis aliquam unicuilibet accommodavimus. Cæterum *Joseph* pro *Ephraim* filio ab evangelista positus est. Convenienter autem prædictus *duodenarius numerus* illis assignatus est, tum ob duodecim veteres Hebræorum patriarchas tribuumve principes; tum etiam propter apostolos, qui illorum loco constituti sunt principes super universam terram, ut scriptum exstat; per quos etiam Judæi, per orbem terrarum dispersi, salvi fiunt.

## ΚΕΦΑΛ Κ'.

*Περὶ τοῦ ἀναριθμήτου ὄχλου τῶν ἐξ ἐθνῶν λαμπροφορούντων.*

*Μετὰ ταῦτα εἶδον· καὶ ἰδοὺ ὄχλος πολὺς, ὃν ἀριθμῆσαι οὐδεὶς ἠδύνατο, ἐκ παντὸς ἔθνους καὶ λαῶν, καὶ φυλῶν, καὶ γλωσσῶν· ἑστῶτες ἐνώπιον τοῦ θρόνου, καὶ ἐνώπιον τοῦ Ἀρνίου, περιβεβλημένοι στολὰς λευκάς· καὶ φοίνικες ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν· καὶ κράζοντες φωνῇ μεγάλῃ, καὶ λέγοντες· Ἡ σωτηρία τῷ Θεῷ ἡμῶν τῷ καθημένῳ ἐπὶ τῷ θρόνῳ, καὶ τῷ Ἀρνίῳ.*

Οὗτοί εἰσι περὶ ὧν φησιν ὁ Δαβίδ· *Ἐξαριθμήσομαι αὐτοὺς, καὶ ὑπὲρ ἄμμον πληθυνθήσονται*, οἵ τε πάλαι ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρικῶς διηγωνισμένοι, οἵ τε ἐπ' ἐσχάτων ἀνδρικῶς ἀθλήσαντες ἐκ πάσης φυλῆς καὶ γλώσσης· [καὶ] τῇ ἐκχύσει τοῦ ἰδίου διὰ Χριστὸν αἵματος, τὰς στολὰς τῶν οἰκείων πράξεων λευκάναντες καὶ λευκαίνειν μέλλοντες· καὶ τοὺς τῆς νίκης χαρακτηριστικοὺς κλάδους τῶν εὐχρήστων

## 32 CAPUT XX.

*De innumera illorum turba qui ex gentium nationibus conversi, candidis induentur, unaque cum Christo regnabunt.*

VII, 9, 10. *Post hæc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, et*
D *tribubus, et populis, et linguis: stantes ante thronum, et in conspectu Agni, amicti stolis albis: et palmæ in manibus eorum, et clamabant voce magna dicentes: Salus Deo nostro qui sedet super thronum, et Agno.*

Hi sunt de quibus David aiebat; *Enumerabo eos, et super arenam multiplicabuntur* [14]. E quibus alii jam olim fortitudine digna martyribus pro Christo decertarunt, suarumque actionum stolas sanguine propter Jesum profuso dealbarunt: alii vero sub novissima tempora, ex omni tribu et lingua, fortium athletarum more, adhuc decertaturi ac dealbaturi sunt. Omnes autem directos suavium et

[14] Psal. CXXXVIII, 18.

Digitized by Google

(quod ad cor attinet) candidarum *palmarum ramos* victoriæ symbola manibus gestantes, circa divinum summæque quietis thronum choros ducunt, et in omne ævum ducturi sunt, tanquam grati famuli, victoriam omnem contra dæmonem, carnem et mundum obtentam, non sibi, sed largitori, ex animo adscribentes.

A καὶ ὀρθοτάτων καὶ λευκῶν τῶν καρδιῶν φοινίκων ἐν ταῖς χερσὶν ἔχοντες· καὶ περὶ τὸν θεῖον θρόνον τῆς θεαρχικῆς ἀναπαύσεως χορεύοντες, καὶ ὡς εὐγνώμονες οἰκέται τῷ χορηγῷ τὴν κατὰ [τῶν] δαιμόνων νίκην ἐπιγράφοντες.

VII, 11, 12. *Et omnes angeli stabant in circuitu throni, et seniorum, et quatuor animalium: et ceciderunt in conspectu throni in facies suas, et adoraverunt Deum, dicentes: Amen, benedictio, et claritas, et sapientia, et gratiarum actio, et honor, et virtus, et fortitudo Deo nostro in sæcula sæculorum. Amen.*

*Καὶ πάντες οἱ ἄγγελοι εἱστήκεισαν κύκλῳ τοῦ θρόνου, καὶ τῶν πρεσβυτέρων, καὶ τῶν τεσσάρων ζώων· καὶ ἔπεσον ἐνώπιον τοῦ θρόνου ἐπὶ πρόσωπον αὐτῶν· καὶ προσεκύνησαν τῷ Θεῷ λέγοντες· Ἀμήν· ἡ εὐλογία καὶ ἡ δόξα, καὶ ἡ τιμὴ καὶ ἡ εὐχαριστία· καὶ ἡ σοφία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ ἰσχὺς τῷ Θεῷ ἡμῶν εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.*

Ecce una ex angelis et hominibus ecclesia constituitur. Et quidem priscis sanctis, tametsi angelis non dissimilibus, formidabiles apparebant angeli; quemadmodum ex Daniele propheta et aliis quibusdam cognoscere licet: tunc autem una cum hominibus ministrabunt; sive corpore vestiti locoque circumscripti, ut eruditis quibusdam placet, inter ipsos compareant; sive (ut aliis magis probatur) trina illa longitudinis, latitudinis, et profunditatis intercapedine (ut quæ corporum sit propria) destituti, non in propria natura conspiciantur, sed in ea figura et forma quam Deo illis tribuere visum fuerit. Utut sit, in circuitu animalium et seniorum consistere cernentur. Per hanc autem stationem, honoris magnitudinem et excellentiam, qua illi potiuntur qui per seniorum numerum designantur, ostendunt. Ab omnibus autem præpotenti Deo, propter eximiam illius in res omnes a se productas curam et providentiam, admirandamque œconomiam et dispensationem nostri causa susceptam, gratiarum actio impenditur, et in omne ævum impendetur.

B [*Καὶ πάντες οἱ ἄγγελοι εἱστήκεισαν κύκλῳ τοῦ θρόνου καὶ τῶν πρεσβυτέρων.*] — Ἰδοὺ μία ἐκκλησία ἀγγέλων καὶ ἀνθρώπων· καὶ οἱ πάλαι τοῖς ἰσαγγέλοις ἀνθρώποις καταπληκτικοὶ φαινόμενοι, καθὼς διὰ τοῦ Δανιὴλ ἔγνωμεν, τότε συλλειτουργοὶ ἀνθρώποις γενήσονται· εἴτε κατά τινας τῶν ἁγίων ἐν τοῖς οἰκείοις σώμασι διὰ τὴν ἐν τόπῳ περιγραφὴν αὐτοῖς ἐμφανιζόμενοι· εἴτε καθ' ἑτέρους, ὡς τὸ τριχῆ διαστατὸν ἐν μήκει καὶ πλάτει καὶ βάθει μὴ ἔχοντες· ὅπερ σωμάτων ἴδιον· οὐκ ἐν τῇ οἰκείᾳ φύσει φαινόμενοι, ἀλλὰ κατὰ τὸ δοκοῦν τῷ Θεῷ τυπούμενοι καὶ σχηματιζόμενοι. Κύκλῳ μέντοι τῶν χερουβὶμ καὶ τῶν πρεσβυτέρων ἑστῶτες, ἐμφαίνουσι διὰ τῆς στάσεως τὸ τῆς τιμῆς μέγεθος· ᾗ δοξά-

C ζονται οἱ [διὰ] τοῦ ἀριθμοῦ τῶν πρεσβυτέρων δηλούμενοι. Ὑφ' ὧν πάντων ἡ εὐχαριστία τῷ Θεῷ ἐπὶ ταῖς θεοπρεπέσιν αὐτοῦ εἰς τὴν σύμπασαν κτίσιν οἰκονομίαις ὑπὲρ ἡμῶν ἀναπεμφθήσεται.

VII, 13. *Et respondit unus de senioribus, et dixit mihi: Hi qui amicti sunt stolis albis, qui sunt? et unde venerunt? Et dixi illi: Domine mi, tu scis.*

*Καὶ ἀπεκρίθη εἷς ἐκ τῶν πρεσβυτέρων, λέγων μοι· Οὗτοι οἱ περιβεβλημένοι τὰς στολὰς τὰς λευκὰς, τίνες εἰσί; καὶ πόθεν ἦλθον; Καὶ εἴρηκα αὐτῷ· Κύριέ μου, σὺ οἶδας.*

Unus e senioribus per interrogationem excitat apostolum Joannem, ut de iis quæ viderat inquirat. Joannes vero dum inscitiam suam ingenue profitetur, amanter ab eo quem cernebat, de rei veritate instruitur.

[*Καὶ ἀπεκρίθη εἷς τῶν πρεσβυτέρων.*] — Διεγείρει διὰ τῆς πεύσεως τὸν μακάριον ὁ ὀφθεὶς πρὸς τὴν τῶν ὁραθέντων ἔρευναν. Ὁ δὲ, τὴν ἄγνοιαν εὐγνωμόνως προβαλλόμενος, παρὰ τοῦ ὀφθέντος σοφίζεται.

33 VII, 14, 15. *Et dixit mihi: Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna, et laverunt stolas suas, et dealbaverunt eas in sanguine Agni: ideo sunt ante thronum Dei, et serviunt ei die ac nocte in templo ejus: et qui sedet in throno, habitabit super eos.*

D *Καὶ εἶπέ μοι· Οὗτοί εἰσιν οἱ ἐρχόμενοι ἐκ τῆς θλίψεως τῆς μεγάλης, καὶ ἔπλυναν τὰς στολὰς αὐτῶν· καὶ ἐλεύκαναν αὐτὰς ἐν τῷ αἵματι τοῦ Ἀρνίου. Καὶ διὰ τοῦτό εἰσιν ἐνώπιον τοῦ θρόνου τοῦ Θεοῦ, καὶ λατρεύουσιν αὐτῷ ἡμέρας καὶ νυκτὸς ἐν τῷ ναῷ αὐτοῦ· καὶ ὁ καθήμενος ἐπὶ τοῦ θρόνου, σκηνώσει ἐπ' αὐτούς.*

Beati plane qui per temporarios labores exiguasque corporis molestias sempiternam requiem compararunt; quique ob id quod una cum Christo impigre certarunt crucemque pertulerunt, simul cum illo regnant, et perpetuo illi ministrant, siquidem per *diem et noctem* quædam temporis perennitas, actionisque continuitas hoc loco designatur: quandoquidem ibi nulla nox est, sed una

Μακάριοι οἱ διὰ προσκαίρων πόνων αἰώνιον ἀνάπαυσιν καρπούμενοι· καὶ διὰ τοῦ συμπάσχειν Χριστῷ, τούτῳ συμβασιλεύοντες, καὶ διηνεκῶς αὐτῷ λατρεύοντες. Τὸ γὰρ, *ἡμέρας καὶ νυκτὸς*, ἐνταῦθα δηλοῖ τὸ ἀκατάπαυστον. Ἐκεῖ γὰρ νὺξ οὐκ ἔσται· ἀλλ' ἡμέρα μία ἀντὶ [τοῦ] αἰσθητοῦ ἡλίου τῷ [νοητῷ] τῆς δικαιοσύνης ἡλίῳ καταλαμπομένη. Ἴσως δὲ *νὺξ* νοεῖται καὶ τὰ ἀπόκρυφα καὶ βαθέα

Digitized by Google

τῆς γνώσεως μυστήρια· *ἡμέρα* δὲ, τὰ σαφῆ τε καὶ εὔληπτα. *Ναὸς δὲ τούτου*, πᾶσα μὲν ἡ ἀνακαινιζομένη κτίσις διὰ τοῦ Πνεύματος· μάλιστα δὲ οἱ τὸν ἀῤῥαβῶνα τοῦ Πνεύματος σῶον καὶ ἄσβεστον φυλάξαντες· οἷς ἐνοικήσειν καὶ ἐμπεριπατήσειν ἐπήγγελται.

A tantum dies, non sole hoc qui sensibus objicitur, illustrata; sed Sole justitiæ, qui mente cernitur, illuminata. Forsan etiam per *noctem* profunda prorsusque abdita cognitionis mysteria denotantur : per *diem* autem quædam evidentia captuque facilia. *Templum* autem *Dei* est quævis creatura per Spiritum innovata; præcipue vero homines illi qui vivum inexstinctumque Spiritus pignus fideliter custodiverunt : in quibus quoque Dominus se habitaturum et ambulaturum promisit.

*Οὐ πεινάσουσιν ἔτι, οὐδὲ διψήσουσιν ἔτι.*

Εἰκότως. Τὸν γὰρ ἄρτον τὸν οὐράνιον καὶ τὸ ὕδωρ τῆς ζωῆς ἕξουσι.

*Οὐδ' οὐ μὴ πέσῃ ἐπ' αὐτοὺς [ὁ] ἥλιος, οὐδὲ πᾶν καῦμα.*

Καὶ ὑπὸ πειρασμῶν ἔτι, τῶν διὰ τοῦ ἡλίου καὶ τοῦ καύσωνος σημαινομένων, οὐκ ὀδυνηθήσονται, τοῦ καιροῦ τῶν ἀγώνων παρῳχηκότος.

VII, 16. *Non esurient neque sitient amplius.*

Merito istud : habituri sunt enim panem illum cœlestem, vitæque fontem.

*Nec cadet super illos sol, neque ullus æstus.*

B Neque enim ullis amplius tentationibus, quæ per solem et ardorem significantur, tunc vexabuntur vel affligentur : transacto nimirum jam omnium certaminum tempore.

*Ὅτι τὸ Ἀρνίον τὸ ἀνὰ μέσον τοῦ θρόνου, ποιμανεῖ αὐτοὺς, καὶ ὁδηγήσει αὐτοὺς ἐπὶ ζώσας πηγὰς ὑδάτων [καὶ ἐξαλείψει ὁ Θεὸς πᾶν δάκρυον ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν].*

Τὸ δὲ, *Ποιμανεῖ αὐτοὺς*, δηλοῖ ὅτι οἱ ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ τότε ποιμαινόμενοι, ἐπιδρομὰς λύκων οὐ φοβηθήσονται ἅτε πεμπομένων [τῶν λύκων] εἰς τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον· ἀλλ' ἐπὶ τὰς καθαρὰς καὶ τρανοτάτας τῶν θείων νοήσεων πηγὰς ἀΰλως ποιμανθήσονται, δηλουμένας διὰ τοῦ ὕδατος τοῦ καὶ ἤδη τὴν ἄφθονον χύσιν τοῦ [θείου] Πνεύματος χαρακτηρίσαντος· εἰρηκότος τοῦ Κυρίου περὶ τοῦ εἰλικρινῶς εἰς αὐτὸν πιστεύοντος, ὅτι *Ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος*. Ὦ οἱ ἅγιοι τότε δαψιλῶς ποτιζόμενοι, ἐν ἀγαλλιάσει καὶ εὐφροσύνῃ ἀπεράντως ἔσονται· τῆς μερικῆς γνώσεως καταργουμένης, τὴν τελείαν κτώμενοι, καὶ τὴν τροπὴν μετὰ τῆς φθορᾶς ἀπεκδυόμενοι.

VII, 17. *Quoniam Agnus, qui in medio throni est, reget eos, et deducet eos ad vivos fontes aquarum ; et absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum.*

Qui, inquit, tum temporis a Christo pascentur, luporum incursiones amplius non formidabunt; quippe cum omnes tunc lupi in gehennæ incendium, quod nunquam exstinguitur, amandandi sint. Deducentur autem ad liquidos purosque divinarum intelligentiarum *fontes*, per *aquam* designatos : ibidemque non crassa aut, corporea pa- C scentur et potabuntur esca vel aqua, sed immateriali et spiritali. Quin hoc ipso quoque tempore fons ille suavem divini Spiritus liquorem fundere nunquam desinit. Neque enim Dominus frustra de illis qui sincere in ipsum credituri erant, fore prædixit, *ut flumina aquæ vivæ de ventre illorum dimanarint* [17] : qua sancti ubertim tunc potati, in perpetua lætitia et exsultatione degent : etenim scientia illa quæ ex parte est, exuti, perfectaque locupletati, et ab omni præterea mutatione et corruptione liberi, æternam beatamque vitam ducturi sunt.

## ΚΕΦΑΛ. ΚΑ'.

*Λύσις τῆς ἑβδόμης σφραγῖδος, δηλοῦσα ἀγγελικὰς δυνάμεις προσάγειν τῷ Θεῷ τὰς τῶν ἁγίων προσευχὰς, ὡς θυμιάματα.*

*Καὶ ὅτε ἤνοιξε τὴν σφραγῖδα τὴν ἑβδόμην, ἐγένετο σιγὴ ἐν τῷ οὐρανῷ ὡσεὶ ἡμιώριον· καὶ εἶδον τοὺς ἑπτὰ ἀγγέλους οἳ ἐνώπιον [τοῦ θρόνου] τοῦ Θεοῦ ἑστήκασι· καὶ ἐδόθησαν αὐτοῖς ἑπτὰ σάλπιγγες.*

Συχνῶς ὁ ἀριθμὸς τῶν ἑπτὰ ἀγγέλων τῷ ἁγίῳ τούτῳ παραλαμβάνεται, ὡς τῷ αἰῶνι τούτῳ καὶ τῷ σαββατισμῷ καὶ ἀναπαύσει τῶν ἁγίων σύστοιχος· διὸ κἀνταῦθα ἐπὶ τῇ *λύσει τῆς ἑβδόμης σφραγῖδος*, ἡ λύσις τῆς γηΐνης πολιτείας διασημαίνεται· ἑπτὰ ἀγγέλων διακονούντων ταῖς κατὰ τῶν παιδείας ἢ κολάσεως δεομένων ἀνθρώπων μάστιξιν. Ἡ δὲ *σιγὴ* δηλοῖ τήν τε ἀγγελικὴν εὐταξίαν καὶ εὐλάβειαν, τό τε περὶ τῆς δευτέρας παρουσίας ἄγνωστον·

## CAPUT XXI.

*Solutio septimi sigilli, qua explicatur quomodo angelicæ virtutes sanctorum preces veluti thymiama quoddam Deo offerant.*

D VIII, 1, 2. *Et cum aperuisset sigillum septimum, factum est silentium in cœlo media fere hora. Et vidi septem angelos in conspectu Dei, et datæ sunt illis septem tubæ.*

**34** Frequenter et familiariter admodum hic sanctus *septenarium numerum* assumit; ut qui præsentis sæculi symbolum præ se ferat, et ad sabbatismum sanctorumque requiem recta tendat. Quare hoc quoque loco per *septimi sigilli solutionem* aliud nihil denotari putandum est, quam impendentem regni terreni terrenæque vitæ et conversationis finem et dissolutionem. Cui rei subservient septem angeli ad supplicia hominibus qui disciplina et ca-

[17] Joan. VII, 38.

**stigatione indigent, irroganda a Deo constituti. Porro *silentium*, quod factum dicitur *in cælo*, compositam angelorum modestiam, modestamque eorumdem compositionem et reverentiam significat; vel secundum Christi adventum : nam hic ipsis quoque angelis incognitus est : *Horæ* denique *dimidium*, temporis brevitatem, quod inter plagas illatas resque in terra consummatas, et regni Christi manifestationem intercedet.**

A **τὸ δὲ *ἡμιώριον* τὸ τοῦ καιροῦ ἐμφαίνει βραχύ· ἐν ᾧ τῶν πληγῶν ἐπαγομένων, καὶ τῶν ἐπὶ γῆς συντελουμένων, ἡ τοῦ Χριστοῦ βασιλεία φανήσεται.**

**VIII, 3. *Et alius angelus venit, et stetit ante altare, habens thuribulum aureum.***

***Καὶ ἄλλος ἄγγελος ἦλθε, καὶ ἐστάθη ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου, ἔχων λιβανωτὸν χρυσοῦν.***

**Etsi ea quæ sanctis ostenduntur, non absque materiæ colorumque schemate ostendi soleant, sive id altare sit, sive thuribulum, sive aliud quippiam ejusmodi, sunt tamen ea omnia materiæ et colorum expertia, neque sub corporalium oculorum obtutum veniunt. Juxta istiusmodi igitur mysticam *aram* stetit angelus, *acerram thurisve receptaculum* manu tenens, precesque sanctorum tanquam quædam suffimenta Deo offerens. Per quæ petebat ut orbe consummato, pœnæ et flagella quæ impiis et prævaricatoribus hic inferuntur, supplicia in altero sæculo in illos constituta, diminuerent, simulque per suum adventum justam mercedem illis qui laboraverant, persolveret; atque hoc ex proxime sequentibus clarius evadet.**

**Εἰ καὶ σχηματίζονται εἰς ὕλας καὶ χρώματα τὰ τοῖς ἁγίοις ὁρώμενα· εἴτε θυσιαστήριον, εἴτε θυμιατήριον, εἴτε ἕτερόν τι· ἀλλ' ἀόρατα καὶ νοητὰ τυγχάνουσιν. Ἐπὶ τοιούτου τοίνυν *θυσιαστηρίου* στὰς ὁ ἄγγελος, καὶ *τὸν λιβανωτὸν*, δηλαδὴ *τὸ τὸν λίβανον δεχόμενον θυμιατήριον*, κρατῶν, τὰς**
B **εὐχὰς τῶν ἁγίων ὡς θυμιάματα τῷ Θεῷ προσέφερε· δι' ὧν ᾐτοῦντο διὰ τῆς παγκοσμίου συντελείας, ταῖς μὲν τιμωρητικαῖς μάστιξι τῶν δυσσεβῶν καὶ παρανόμων ἐλαττῶσαι τὴν ἐν τῷ μέλλοντι [αἰῶνι] κόλασιν· τῇ δὲ οἰκείᾳ παρουσίᾳ τοὺς μισθοὺς κατανεῖμαι τοῖς κοπιάσασι. Καὶ τοῦτο ἐκ τῶν ἑξῆς δείκνυται.**

***Et data sunt illi incensa multa, ut daret de orationibus sanctorum omnium super altare aureum, quod est ante thronum.***

***Καὶ ἐδόθη αὐτῷ θυμιάματα πολλὰ, ἵνα δώσῃ ταῖς προσευχαῖς τῶν ἁγίων πάντων ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον τὸ χρυσοῦν τὸ ἐνώπιον τοῦ θρόνου.***

***Altare* hoc, est Christus; in quo omnis sancta et ministratoria vis posita est, omniumque martyrum victimæ et sacrificia immolantur et offeruntur : cujus quoque typus erat illud quod simul cum tabernaculo ostensum est Moysi in monte. *Thymiamata* autem sunt orationes sanctorum, quæ Deo, ut dictum est, grati odoris loco sunt. Cæterum *altare* illud, quod Christum esse diximus, *ante thronum*, hoc est in conspectu sanctarum supremarumque virtutum, quæ proximum ad Deum accessum habent, situm est. Hæ enim propter effusum incensumque divinæ charitatis ardorem, exquisitamque scientiam et sapientiam, quæ in ipsis exsistunt, et singularem præterea excellentiam, thronorum appellationem haud incommode sortiuntur; quemadmodum ex nominum quoque, quæ illis imposita sunt, interpretatione facile ostendi id queat.**

***Θυσιαστήριον* δὲ *χρυσοῦν* ὁ Χριστός ἐστιν· ἐν ᾧ πᾶσα λειτουργικὴ καὶ ἁγία συνέστηκε δύναμις,**
C **καὶ αἱ μαρτυρικαὶ θυσίαι προσκομίζονται· οὗ ἦν τύπος τὸ δειχθὲν ἐν τῷ ὄρει τῷ Μωσῇ σὺν τῇ σκηνῇ θυσιαστήριον. Τὰ δὲ *θυμιάματα*, αἱ προσευχαὶ τῶν ἁγίων, ὡς εὐώδεις τῷ Θεῷ, καθὰ λέλεκται. *Ἐνώπιον δὲ τοῦ θρόνου*, δηλαδὴ τῶν ὑπερτάτων [ἁγίων] δυνάμεων [τὸν Χριστὸν] εἴρηκε, διὰ τὴν χύσιν τῆς ἐν αὐταῖς ἐμπύρου θείας ἀγάπης, καὶ τῆς ἀκραιφνοῦς σοφίας τε καὶ γνώσεως. Ὅπερ ἐμφαίνει ἡ ἑρμηνεία τῶν ὀνομάτων τῶν τῷ Θεῷ πλησιαζουσῶν ὑπερτάτων δυνάμεων.**

**VIII, 4. *Et ascendit fumus incensorum, de orationibus sanctorum, de manu angeli, coram Deo. Et accepit angelus thuribulum aureum et implevit illud de igne altaris, et misit in terram.***

***Καὶ ἀνέβη ὁ καπνὸς τῶν θυμιαμάτων ταῖς προσευχαῖς τῶν ἁγίων ἐκ χειρὸς τοῦ ἀγγέλου***
D ***ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ· καὶ εἴληφεν ὁ ἄγγελος τὸν λιβανωτὸν, καὶ ἐγέμισεν αὐτὸν ἐκ τοῦ πυρὸς τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ἔβαλεν εἰς τὴν γῆν.***

**Sanctorum preces per angelum acceptæ et oblatæ, effecere ut 35 *thuribulum punitorio igne plenum* in terram effunderetur, sicuti olim quoque unus ex Cherubim apparuit Ezechieli, qui istiusmodi punitorium ignem accepit, acceptumque angelis, qui ad impiorum habitatorum civitatis Hierosolymorum internecionem mittebantur, tradidit. Hujus autem angeli typum gerit unusquilibet pontifex, utpote mediator inter Deum et hominem constitutus. Nam et hujus preces sursum evehit, illius autem gratiam et propitiationem deorsum revehit. Alios rursum**

**Αἱ διακονηθεῖσαι δι' ἀγγέλου τῶν ἁγίων προσευχαὶ προσδεχθεῖσαι, καὶ τοῦ τιμωρητικοῦ πυρὸς *τὸν λιβανωτὸν πληρώσασαι*, ἐπὶ τὴν γῆν ἐκχυθῆναι πεποιήκασιν· ὥσπερ πάλαι τῷ Ἰεζεκιὴλ ἐφάνη ἐξ ἑνὸς τῶν Χερουβὶμ ἐκ τοῦ τοιούτου πυρὸς ληφθὲν τοῖς ἀγγέλοις δίδοσθαι, τοῖς πεμφθεῖσιν εἰς τὴν τῶν οἰκητόρων τῆς Ἰερουσαλὴμ τῶν δυσσεβεστέρων ἐκκοπήν. Τοῦ δὲ ἀγγέλου τούτου τύπον ἐπέχει ἕκαστος ἱεράρχης, ὡς μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων· καὶ τῶν μὲν τὰς κλήσεις ἀνάγων· τῶν δὲ τὸν ἱλασμὸν κατάγων· τοὺς δὲ τῶν**

Digitized by Google

ἁμαρτανόντων ἐπιστρέφων, ἢ λόγῳ, ἢ παιδείαις A
αὐστηροτέραις.

*Καὶ ἐγένοντο φωναὶ καὶ βρονταὶ καὶ ἀστραπαὶ καὶ σεισμός· καὶ οἱ ἑπτὰ ἄγγελοι οἱ ἔχοντες τὰς ἑπτὰ σάλπιγγας, ἡτοίμασαν ἑαυτοὺς ἵνα σαλπίσωσιν.*

Διὰ τούτων πάντων τὰ πρὸ τῆς συντελείας χαρακτηρίζονται φόβητρα, καθάπερ ἐν τῷ Σινᾷ ὄρει θείας παρουσίας ἐγνωρίζοντο σύμβολα, πάντας καταπλήττοντα, καὶ πρὸς ἐπιστροφὴν τοὺς εὐγνωμονεστέρους ἐνάγοντα. *Ἄγγελοι* δὲ τούτοις διακονοῦσιν, ὡς ἰατροὶ συμπαθεῖς Χριστομιμήτως· καυτῆρσι καὶ τομαῖς τοὺς τὴν δεινοτάτην τῆς ἁμαρτίας νόσον ἀσθενοῦντας θεραπεύοντες· ἢ τό γε μετριώτερον, τοῖς ῥᾳθυμοτέροις τὴν μέλλουσαν ἐπικουφίζοντες κόλασιν, εἰ ὁπωσοῦν B
εὐχαρίστως ἐνέγκωσιν. Ἡμᾶς δὲ, τοὺς τῷ τιμίῳ [τοῦ] Χριστοῦ ἐσφραγισμένους ὀνόματι, καὶ τὴν δόξαν τῶν ἁγίων ἐπιποθοῦντας, καὶ τοῖς ἐνταῦθα ἀλγεινοῖς τὴν τῶν μελλόντων πόνων φυγὴν εὐχομένους, παιδεύων ὁ φιλάνθρωπος Κύριος, τῷ τῆς ἁμαρτίας θανάτῳ μὴ παραδώσοι, καθὼς γέγραπται· ἀλλὰ πραΰνοι ἡμῖν τὰς πονηρὰς ἡμέρας τῶν αἰωνίων κολάσεων, ὅταν ὀρυγῇ βόθρος τῷ τῆς ἁμαρτίας εὑρετῇ ὁ ἀφεγγὴς τῆς γεέννης χῶρος καὶ βαθύτατος· ὅπως, ἔνθα εὐφραινομένων πάντων ἡ κατοικία, τοῖς ἁγίοις συναυλιζόμενοι, σὺν αὐτῷ τῷ Σωτῆρι Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν [ἐσόμεθα]· ᾧ πρέπει πᾶσα δοξολογία, τιμή τε καὶ προσκύνησις, ἅμα τῷ Πατρὶ καὶ τῷ παναγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

suavi blandoque admonitionis verbo a peccatis avertit; alios autem severiori quadam castigatione et disciplina ad sanam mentem reducit.

VIII, 5, 6. *Et facta sunt tonitrua et voces, et fulgura, et terræmotus. Et septem angeli, qui habebant septem tubas, præparaverunt se ut tuba canerent.*

Per hæc omnia terrores illi et minæ, quæ sæculi consummationem antecedent, adumbrantur: sicut eadem in monte Sina quoque certi divinæ præsentiæ indices erant, salutaremque timorem omnibus, bene præsertim affectis incutiebant. *Angeli* autem harum rerum administri, tanquam misericordes condolentesque medici, dum ad Christi exemplum cauteria et sectiones illis adhibent qui graviori peccatorum morbo tenentur, aut omnino curant morbumque profligant, aut ignavis certe ingratisque hominibus futurum supplicium nonnihil sublevare moderatiusque reddere satagunt. Nos autem, qui pretioso Christi nomine insigniti sumus, sanctorumque gloriam expetimus, necnon per pœnas et molestias, quæ hic inferuntur, futurorum laborum et molestiarum pondus evadere peroptamus, misericors Deus clemensque Pater in hac mortali vita ita expiet et castiget, ut in peccati mortem non tradat; quin potius acerbos illos æternorum cruciatuum dies nobis tum mitigare, imo vero prorsus adimere dignetur, cum impietatis inventori fovea fodietur, obscurus nimirum profundissimusque gehennæ locus: quo tandem omnibus
C lætantibus in sanctorum habitaculum recepti, una cum illis Christoque Deo et Servatore nostro perpetuo vivamus: quem decet omnis gloria, et honor, et adoratio, simul cum Patre et sanctissimo Spiritu in sæcula sæculorum. Amen.

## ΚΕΦΑΛ. ΚΒ'. ΛΟΓΟΣ Η'.

*Περὶ τῶν ἑπτὰ ἀγγέλων· [ἐξ] ὧν τοῦ πρώτου σαλπίσαντος, χάλαζα καὶ πῦρ καὶ αἷμα ἐπὶ τῆς γῆς φέρεται.*

*Καὶ ὁ πρῶτος ἄγγελος ἐσάλπισε· καὶ ἐγένετο χάλαζα καὶ πῦρ μεμιγμένον ἐν αἵματι· καὶ ἐβλήθη εἰς τὴν γῆν· καὶ τὸ τρίτον τῆς γῆς κατεκάη· καὶ τὸ τρίτον τῶν δένδρων κατεκάη· καὶ πᾶς χόρτος χλωρὸς κατεκάη.*

Ταῦτά τισιν ἔδοξεν αἰνίττεσθαι τὴν ἐν γεέννῃ τῶν ἁμαρτωλῶν κόλασιν, πολυτρόπως διὰ τῶν αἰσθητῶν D
ὀδυνηρῶν τροπολογουμένην· ἡμεῖς δὲ νομίζομεν διὰ τὸ μάλιστα οὐ τὴν τρίτην μοῖραν εἶναι τῶν κολαζομένων ἐν τῷ μέλλοντι [αἰῶνι] ἐκ τοῦ παντὸς τῶν ἀνθρώπων πληρώματος, ἀλλὰ τὴν πλείονα (*Πλατεῖα γὰρ* [φησὶν] *ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ἀπώλειαν*), τὰς πρὸ τῆς συντελείας μᾶλλον ταῦτα πληγὰς ἐμφαίνειν· καὶ τὴν μὲν *χάλαζαν* δηλοῦν τὸ οὐρανόθεν ἥκειν κατὰ δίκαιον κρῖμα τὰς τοιαύτας μάστιγας· *τὸ δὲ πῦρ σὺν τῷ αἵματι*, τὰς ἐκ βαρβαρικῶν χειρῶν γινομένας πυρπολήσεις τε καὶ ἀνδροκτασίας ὁσημέραι. Ὑφ' ὧν οὐκ ἔλαττον τοῦ τρίτου μέρους, ὡς ὁρῶμεν, τῶν ἐν τῇ γῇ κτισμάτων

## CAPUT XXII. SERMO VIII

*De septem angelis, e quorum numero dum primus tuba canit, grando, et ignis, ac sanguis in terram fertur.*

VIII, 7. *Et primus angelus tuba cecinit; et facta est grando et ignis mista in sanguine; et missum est in terram et tertia pars terræ combusta est; et tertia pars arborum concremata est; et omne fenum viride combustum est.*

Isthæc, ut quibusdam placet, denotant supplicia
D impiis et peccatoribus apud inferos constituta, variis modis atque metaphoris per res sensiles, pœnam inferre aptas, adumbrata. Nos autem arbitramur non tertiam tantum mortalium partem ex tota hominum multitudine in futuro sæculo pœnas daturam, sed longe maximam: **36** *Lata namque*, ut Dominus ait, *est porta, et spatiosa est via, quæ ducit ad perditionem* [18], adeoque per hæc significari tormenta et cruciatus, qui hominibus ante sæculi consummationem inferentur: et *grandinem* quidem indicare, Deum justa ira provocatum ejusmodi flagella cœlitus immittere: *ignem* autem *sanguine mistum*, quotidianas depopulationes, incendia iti-

[18] Matth. vii, 13.

Digitized by Google | Распознавание текста ABK/FR

dem et cædes per Barbarorum manus illatas, a quibus nimirum tertia pars rerum quæ in terra exstant, absumetur. Bellum enim non tantum homines, sed humi quoque nascentia, ut videmus, lædere et consumere solet. Quin beatus Joel quoque, dum ante magnum diem Domini *sanguinem, et ignem*, *et vaporem fumi* exoritura dicit, nostram de jam propositis opinionem valide confirmat.

A καὶ κατὰ τὸ αἰσθητὸν ἀνήλωται· τοῦ πολέμου οὐ τοὺς ἀνθρώπους μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ τῆς γῆς ἐκφόρια πάντα καταναλίσκοντος. Καὶ ὁ μακάριος δὲ Ἰωὴλ *αἷμα καὶ πῦρ καὶ ἀτμίδα καπνοῦ* πρὸ τῆς μεγάλης ἡμέρας εἰπὼν ἐλεύσεσθαι, τὴν ἡμετέραν κρατύνει περὶ τῶν ἐκτεθέντων ὑπόληψιν.

## CAPUT XXIII.

*De secundo angelo, eorumque interitu quæ vitam in mari degunt.*

VIII, 8, 9. *Et secundus angelus tuba cecinit; et tanquam mons magnus igne ardens, missus est in mare: et facta est tertia pars maris sanguis: et mortua est tertia pars creaturæ eorum quæ habebant animas in mari, et tertia pars navium interiit.*

Quin ipsum quoque *mare* simul cum iis quæ vitam in eo degunt, expiatorio igne post communem carnis resurrectionem conflagraturum, hoc loco insinuari videtur: quam insinuationem, eruditorum quorumdam opinionem secuti, haud improbabilem existimamus. Nihil sane obstare videtur, nisi forsan tertiæ partis mentio. Nam multo plures, ut dictum est, sempiternis pœnis subjiciuntur, quam æternam salutem consequantur. Interim minus fortassis a scopo aberrabimus, si præsentem vitam, quæ metaphorice *mare* appellatur, isthæc incommoda subituram, tertiamque, quæ in ipsa vivit, partem plagis istis exercendam, et consumendam dixerimus, siquidem ob divinorum judiciorum abyssum fit, ut alii quidem scelerati evestigio puniantur; alii vero ad conversionem et pœnitentiam diu multumque exspectentur. Cæterum per *montem magnum* diabolum designatum arbitramur: id quod quibusdam quoque doctoribus visum est. Hic enim est qui et furoris igne contra genus nostrum ardet, et gehennæ incendiis reservatur, et tempore illo quod illi ad tentandum permissum est, tertiam insularum, et navium, et animantium quæ in mari natant, partem corrumpere et interimere enixe contendet, quemadmodum olim ætate nimirum beati Job, clarum ejus rei specimen dedit. Nam et mortalium hostis, et justo Dei judicio peccatorum vindex est; et lege præterea receptum est, ut quivis ejus efficiatur servus, a quo legitime superatus est. Quod si illis qui vitam in mari agunt, sacramque Triadem per verba vel opera blasphemant, mors animæ infertur, nihil est novum aut a ratione alienum.

## ΚΕΦΑΛ. ΚΓ'.

*Περὶ τοῦ δευτέρου ἀγγέλου, καὶ τῆς ἀπωλείας τῶν ἐν θαλάσσῃ ἐμψύχων.*

*Καὶ ὁ δεύτερος ἄγγελος ἐσάλπισε, καὶ ὡς ὄρος μέγα πυρὶ καιόμενον ἐβλήθη εἰς τὴν θάλασσαν· καὶ ἐγένετο τὸ τρίτον τῆς θαλάσσης αἷμα· καὶ* B *ἀπέθανε* [*καὶ*] *τὸ τρίτον τῶν κτισμάτων ἐν τῇ θαλάσσῃ καὶ τὰ ἔχοντα ψυχάς· καὶ τὸ τρίτον τῶν πλοίων διεφθάρη.*

Καὶ τὴν θάλασσαν, κατὰ τὸ δόξαν τισὶ, σὺν τοῖς ἐν αὐτῇ τῷ καθαρσίῳ πυρὶ καιομένην μετὰ τὴν ἀνάστασιν διὰ τούτων δηλοῦσθαι ἐνομίζομεν, εἰ μὴ ἡ τοῦ τρίτου μνήμη ἀνάρμοστος ἡμῖν πρὸς τοῦτο κατεφαίνετο· πλείονες γάρ, ὡς εἴρηται, τῶν σωζομένων οἱ κολαζόμενοι. Κατὰ μέντοι ἀναγωγὴν οὐδὲν ἀπεικὸς τὸν παρόντα βίον, τροπικῶς ὠνομασμένον *θάλασσαν*, ταῦτα ὑφίστασθαι, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ τὸ τρίτον ταῖς πληγαῖς συντελεῖσθαι· διὰ δὲ τὴν τῶν θείων κριμάτων ἄβυσσον, [ἣ] τοὺς μὲν παρὰ πόδας κολάζει, τοῖς δὲ μακροθυμεῖ, πρὸς ἐπιστροφὴν καὶ μετάνοιαν [ἄγουσα]. *Ὄρος* δὲ *μέγα* ἡγούμεθα νοεῖσθαι τὸν διάC βολον, ὡς καὶ τισι τῶν διδασκάλων ἔδοξε, [τῷ] πυρὶ τοῦ καθ' ἡμῶν θυμοῦ καιόμενον, [καὶ] τῇ γεέννῃ τηρηθησόμενον, ἐν τῷ καιρῷ [δὲ] τῆς αὐτοῦ συγχωρήσεως, τὸ τρίτον τῶν ἐν θαλάσσῃ νήσων τε καὶ πλοίων καὶ νηκτῶν διαφθείροντα, ὥσπερ πάλαι ἐπὶ τοῦ Ἰὼβ πεποίηκεν· ἐχθρὸς γάρ ἐστι καὶ ἐκδικητὴς κατὰ τὸ θεῖον δίκαιον κρῖμα. Ὧ γάρ τις ἥττηται, τούτῳ καὶ δεδούλωται. Εἰ δὲ καὶ τοῖς ἐν θαλάσσῃ τοῦ βίου δι' ἔργων ἢ λόγων τὴν Τριάδα βλασφημοῦσιν, ὁ ψυχικὸς ἐπάγεται θάνατος, οὐδὲν ξένον οὐδὲ τοῦ σκοποῦ ἀπεμφαῖνον.

## CAPUT XXIV.

*De tertio angelo, et profluentium aquarum amaritudine.*

VIII, 10, 11. *Et tertius angelus tuba cecinit: et cecidit e cœlo stella magna, ardens tanquam facula; et cecidit in tertiam partem fluminum, et in fontes aquarum: (et nomen stellæ dicitur Absinthium:) et facta est tertia pars aquarum in absinthium; et multi hominum mortui sunt de aquis, quia amaræ factæ sunt.*

**37** Amaritudinem *absinthii* vocabulo denotatam, dolorem qui peccatores in gehenna torquet, hic significare tradunt nonnulli; eosdemque peccatores,

D

## ΚΕΦΑΛ. ΚΔ'.

*Περὶ τοῦ τρίτου ἀγγέλου καὶ τοῦ πικρασμοῦ τῶν ποταμίων ὑδάτων.*

*Καὶ ὁ τρίτος ἄγγελος ἐσάλπισε· καὶ ἔπεσεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἀστὴρ μέγας, καιόμενος ὡς λαμπάς· καὶ ἔπεσεν ἐπὶ τὸ τρίτον τῶν ποταμῶν, καὶ ἐπὶ τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων· καὶ τὸ ὄνομα τοῦ ἀστέρος λέγεται Ἄψινθιος· καὶ ἐγένετο τὸ τρίτον τῶν ὑδάτων εἰς ἄψινθον· καὶ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ἀπέθανον ἐκ τῶν ὑδάτων, ὅτι ἐπικράνθησαν.*

Τὴν διὰ τοῦ *ἀψινθίου* δηλουμένην πικρίαν, τὴν τοῖς κολαζομένοις ἐν γεέννῃ ἁμαρτωλοῖς ἐγγινομένην ὀδύνην φασί τινες αἰνίττεσθαι· οὓς διὰ τὸ πλη-

Digitized by Google

θος εἰκὸς καλεῖσθαι *ὕδατα*· ἡγούμεθα δὲ καὶ διὰ τούτων τὰ κατὰ τὸν δηλωθέντα καιρὸν ἀλγεινὰ σημαίνεσθαι. Τὸν δὲ *ἀστέρα* δηλοῦν, ἢ οὐρανόθεν ταῦτα τοῖς ἀνθρώποις ἐπέρχεσθαι· ἢ τὸν διάβολον διὰ τούτου σημαίνεσθαι· περὶ οὗ φησιν [ὁ] Ἡσαΐας· *Πῶς ἔπεσεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ὁ Ἑωσφόρος ὁ πρωῒ ἀνατέλλων*; Οὗτος γὰρ ἀνατροπὴν θολερὰν καὶ πικρὰν δι' ἡδονῆς ποτίζων τοὺς ἀνθρώπους, καὶ διὰ ταύτην συγχωρούμενος τὰς τιμωρητικὰς αὐτοῖς ἐπάγειν ἐνταῦθα μάστιγας, οὐ πᾶσι, τῷ δὲ τρίτῳ μέρει, διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ μακροθυμίαν, καὶ τὸ μὴ ἀπιστεῖσθαι τὴν ἐν τῷ μέλλοντι [αἰῶνι] ἀνταπόδοσιν, τοῖς ἀνυπομονήτοις θανάτου ψυχικοῦ καθίσταται αἴτιος. Ὅτι γὰρ πικρὰ συμβήσεται τοῖς πρὸ τῆς συντελείας εὑρισκομένοις· ὧν τὰ ὁρώμενα πρόδρομα, μᾶλλον δὲ προοίμια, προλαβὼν ὁ Κύριος ἐπιστώσατο. Δέον τοίνυν μὴ βουλομένους κρίνεσθαι, ἡμᾶς αὐτοὺς ἀνακρίνειν, κατὰ τὸν [θεῖον] Ἀπόστολον· *Εἰ γὰρ ἑαυτούς*, φησὶν, *ἐκρίνομεν, οὐκ ἂν ἐκρινόμεθα*· κρινομένους δὲ ὑπὸ [τοῦ] Κυρίου παιδεύεσθαι καὶ εὐχαρίστως τὰς ἐπαγωγὰς τῶν ἀλγεινῶν δέχεσθαι· ὡς ὁρῶμεν τοὺς εὐγνώμονας τῶν ἀσθενῶν τῷ σώματι, μεθ' ὑπομονῆς τὰς ἐκ τῶν ἰατρῶν τομὰς καὶ τοὺς καυστῆρας φέροντας, ἐπιθυμίᾳ τῆς ἰάσεως· ἵνα καὶ ἡμεῖς ψυχικῶς ὑγιαίνοντες, καὶ μηδεμίαν ὕλην πρὸς τροφὴν τῇ γεέννῃ τοῦ πυρὸς ἐπιφερόμενοι, μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθῶμεν, ἀλλὰ τῷ Χριστῷ αἰωνίως συμβασιλεύσωμεν. Ὧ πρέπει [πᾶσα] δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις [μεγαλωσύνη τε καὶ μεγαλοπρέπεια], ἅμα τῷ ἀνάρχῳ Πατρὶ καὶ τῷ παναγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς ἀτελευτήτους αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

propter multitudinem, *aquarum* nomine convenienter exprimi. Nos vero per hæc ipsa etiam tristia illa et acerba vulnera denotari existimamus, quæ tempore de quo supra diximus, hominibus peccatis obstrictis passim inferentur: per *stellam* autem, vel mala hæc cœlitus venire, vel ipsum certe diabolum. De hoc enim apud Isaiam scriptum exstat: *Quomodo e cœlo cecidisti, Lucifer, qui mane oriebaris* [19]? Diabolus namque dum homines per carnis voluptates inebriat, amaram turbulentamque eversionem inducit, necnon flagella cruciatibus plena propter illa inferre sinitur; non quidem omnibus, sed tertiæ tantum mortalium parti: atque hoc partim quidem propter Dei patientiam et longanimitatem, quæ eos tuetur; partim etiam quod non omnes supplicia, quæ in altero sæculo illis sunt præparata qui propter impatientiam, mortis causam sibi attulerunt, vel contempserunt, vel perfide inficiati sunt. Quod vero illis qui circa sæculi consummationem in vivis comperti fuerint, multa acerba evenient, quorum malorum prodromos aut procemia verius nos jam experti sumus, Dominus ipse dudum ante prædixit. Si ergo judicari a Deo non volumus, nos ipsos judicemus oportet: *Si nosmetipsos judicaremus*, inquit Apostolus, *non utique judicaremur* [20]. Par est ergo ut resipiscamus, illataque ab illo vulnera et tristia cum gratiarum actione suscipiamus: sicut videmus homines ægro corpore affectos, modo judicio destituti non sint, sectiones et adustiones, quæ a medicis adhibentur, sanitatis desiderio, æquo patientique animo ferre; quo nos quoque ab animo valentes, nullamque ad fovendum gehennæ ignis incendium materiam afferentes, mundi hujus condemnationem evadamus; cum Christo vero in omne ævum felices regnemus; quem decet omnis gloria, et honor, et adoratio, et majestas, et magnificentia, cum Patre principii experte, et sanctissimo Spiritu, nunc, et semper, et in infinita sæcula sæculorum. Amen.

## ΚΕΦΑΛ. ΚΕ'. ΛΟΓΟΣ Θ'.

### *Περὶ τοῦ τετάρτου ἀγγέλου καὶ τοῦ σκοτισμοῦ τῶν φωστήρων.*

*Καὶ ὁ τέταρτος ἄγγελος ἐσάλπισε· καὶ ἐπλήγη τὸ τρίτον τοῦ ἡλίου, καὶ τὸ τρίτον τῆς σελήνης, καὶ τὸ τρίτον τῶν ἀστέρων, ἵνα σκοτισθῇ τὸ τρίτον αὐτῶν, καὶ ἡ ἡμέρα μὴ φαίνῃ [τὸ τρίτον αὐτῆς], καὶ ἡ νὺξ ὁμοίως.*

Ἡγούμεθα συγγενῆ καὶ ταῦτα τοῖς παρὰ τοῦ Ἰωὴλ εἰρημένοις περὶ ἡλίου καὶ σελήνης, τοῖς ἤδη προεκτεθεῖσι κατὰ τὴν Δεσποτικὴν περὶ τῆς συντελείας ἀπόφασιν. Φαμὲν δὲ *διὰ τοῦ τρίτου τῶν φωστήρων τε καὶ ἀστέρων* τὸ τρίτον τῆς ἡμέρας τε καὶ [τῆς] νυκτὸς δηλοῦσθαι διάστημα· ὡς ἂν γνοίημεν ὅτι οὐδὲ τότε ἄκρατον ὁ Θεὸς ἐπάγει τὴν κάκωσιν· ἀλλὰ τὸ τρίτον τοῦ χρονικοῦ διαστήματος συγχωρῶν τοὺς πεπληγότας ἀλγύνεσθαι, λεληθότως τούτους παρακαλεῖ κατὰ τὸ πλεῖον μέρος τὸ λειπόμενον· τίς γὰρ οἴσει τὸ ποτήριον τῆς θείας ὀργῆς ἄκρατον;

## CAPUT XXV. SERMO IX.

### *De quarto angelo, et luminarium obscuratione.*

(VIII, 12. *Et quartus angelus tuba cecinit; et percussa est tertia pars solis, et tertia pars lunæ, et tertia pars stellarum; ita ut obscuraretur tertia pars eorum, et diei non luceret pars tertia, et noctis similiter.*

Arbitramur hæc quoque illis cognata esse quæ de sole et luna et utriusque obscuratione apud prophetam Joelem leguntur; quæ multo ante Dominicam de sæculi consummatione sententiam prædicta fuisse constat. Per *tertiam* autem *luminarium et stellarum partem* tertium diei et noctis spatium significari putamus: ut hinc discamus neque tunc quoque Deum pœnam omnis misericordiæ expertem illaturum: neque enim die et nocte tota sauciatos affligi patietur, sed tertia tantum, hoc est minori temporarii intervalli parte: per illam indulgentiam pœnarumque relaxationem

[19] Isa. XIV, 12. [20] I Cor. XI, 31.

ad resipiscentiam tacite eos provocans. Quis enim divinæ iræ calicem perferre posset, si pure, hoc est, nulla clementia temperatus, propinetur?

**38** VIII, 13. *Et vidi, et audivi vocem unius aquilæ volantis per medium cœli, dicentis* [Aliter, *unum angelum volantem per medium cœli, dicentem*] *voce magna: Væ, væ, væ, habitantibus in terra, de cæteris vocibus trium angelorum qui erant tuba canituri.*

Ex his quoque discimus quanta divinorum angelorum sit miseratio, quantaque eorumdem erga homines humanitas. Etenim ad Dei imitationem miseret eos hominum, qui durius propter peccata excipiuntur; multo vero magis illorum, qui ne plagis quidem suaviter admoniti, emendantur: in quos vel maxime ipsum Væ quadrat; ut qui in terra degant et terrena tantum sapiant; et cœnum verius et pulverem, quam suave unguentum, quod nostri causa Christus effudit. Porro autem, qui suam conversationem in cœlis habent, iis tristia resque adversæ immortalem coronam amplissimaque præmia conciliant.

*Καὶ ἤκουσα ἑνὸς ἀγγέλου πετομένου ἐν μεσουρανήματι, λέγοντος φωνῇ μεγάλῃ· Οὐαὶ, οὐαὶ, οὐαὶ τοῖς κατοικοῦσιν ἐπὶ τῆς γῆς ἐκ τῶν λοιπῶν φωνῶν τῆς σάλπιγγος τῶν τριῶν ἀγγέλων τῶν μελλόντων σαλπίζειν.*

*Οὐαὶ τοῖς κατοικοῦσιν ἐπὶ τῆς γῆς.* Καὶ διὰ τούτων τὸ συμπαθὲς καὶ φιλάνθρωπον τῶν θείων ἀγγέλων δείκνυται· θεομιμήτως οἰκτειρόντων παιδευομένους τοὺς πλημμελήσαντας· πολλῷ δὲ πλέον τοὺς μηδὲ ταῖς μάστιξι πρὸς ἐπιστροφὴν βλέποντας· οἷς [καὶ] μάλιστα τὸ Οὐαὶ ἁρμόζει· ὡς ἐπὶ γῆς οἰκοῦσι καὶ φρονοῦσι τὰ γήϊνα, καὶ χοῦν ἀντὶ τοῦ ἐκκενωθέντος μύρου δι' ἡμᾶς πνέουσι. Τοῖς γὰρ ἐν οὐρανῷ ἔχουσι τὸ πολίτευμα ἀφορμὴ τὰ δυσχερῆ στεφάνων ἀμαράντων καὶ βραβείων γίνονται.

## CAPUT XXVI.

*De quinto angelo, mysticisque locustis, ac varia earumdem forma.*

IX, 1-5. *Et quintus angelus tuba cecinit: et vidi stellam de cœlo cecidisse in terram; et data est ei clavis putei abyssi, et aperuit puteum abyssi, et ascendit fumus putei, sicut fumus fornacis magnæ; et obscuratus est sol et aer de fumo putei; et de fumo exierunt locustæ in terram; et data est illis potestas, sicut habent potestatem scorpiones terræ: et præceptum est illis, ne læderent fenum terræ, neque omne viride, neque omnem arborem, nisi tantum homines, qui non habent signum Dei in frontibus suis: et datum est illis ne occiderent eos, sed ut cruciarentur mensibus quinque: et cruciatus eorum, ut cruciatus scorpii, cum perculit hominem.*

*Stellam*, quæ hic in terram, nempe in vallem Josaphat, quæ una ex omnibus ad universalis judicii usum reliqua fiet, delapsa asseritur, quidam Dei angelum pœnis irrogandis præfectum esse dixerunt: *puteum* vero *abyssi*, gehennam; *fumum* autem qui inde continuo exhalat, sua obscuritate solem et aerem tenebrosum et quasi inaspectabilem illis reddere, qui æternis cruciatibus addicti sunt. *Locustas* porro, vermes illos de quibus propheta ait: *Et vermis eorum non moritur* [21]. Ideo autem locustis illis mandavit ne terram aut fœnum offendant, sed homines tantum, quod isthæc jam tum ab interitu et corruptione immunia erunt, cui hoc tempore nostri causa obnoxia sunt: *menses* denique *quinque* insinuare inferorum pœnis traditos, brevi quidem præfinitoque tempore intensius cruciandos; post illud vero exactum, remissius, in omnem tamen æternitatem. Ego autem una cum illis fateor,

## ΚΕΦΑΛ. ΚϚʹ.

*Περὶ τοῦ πέμπτου ἀγγέλου καὶ τῶν νοητῶν ἀκρίδων, καὶ τοῦ ποικίλου τῆς μορφῆς αὐτῶν.*

*Καὶ ὁ πέμπτος ἄγγελος ἐσάλπισε· καὶ εἶδον ἀστέρα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεπτωκότα εἰς τὴν γῆν· καὶ ἐδόθη αὐτῷ ἡ κλεὶς τοῦ φρέατος τῆς ἀβύσσου· καὶ ἤνοιξε τὸ φρέαρ τῆς ἀβύσσου· καὶ ἀνέβη καπνὸς ἐκ τοῦ φρέατος ὡς καπνὸς καμίνου μεγάλης· καὶ ἐσκοτίσθη ὁ ἥλιος καὶ ὁ ἀὴρ ἐκ τοῦ καπνοῦ τοῦ φρέατος· καὶ ἐκ τοῦ καπνοῦ ἐξῆλθον ἀκρίδες εἰς τὴν γῆν, καὶ ἐδόθη αὐταῖς ἐξουσία ὡς ἔχουσιν ἐξουσίαν οἱ σκορπίοι τῆς γῆς. Καὶ ἐῤῥέθη αὐταῖς ἵνα μὴ ἀδικήσωσι τὸν χόρτον τῆς γῆς, οὐδὲ πᾶν χλωρὸν, οὐδὲ πᾶν δένδρον· εἰ μὴ τοὺς ἀνθρώπους οἵτινες οὐκ ἔχουσι τὴν σφραγῖδα [τοῦ Θεοῦ] ἐπὶ τῶν μετώπων [αὐτῶν]. Καὶ ἐδόθη αὐταῖς ἵνα μὴ ἀποκτείνωσιν αὐτούς· ἀλλ' ἵνα βασανισθῶσι μῆνας πέντε· καὶ ὁ βασανισμὸς αὐτῶν ὡς βασανισμὸς σκορπίου, ὅταν παίσῃ ἄνθρωπον.*

*Ἀστέρα* τινὲς ἔφησαν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάντα ἐν τῇ γῇ, ἤγουν τῇ ὑπολειφθείσῃ κοιλάδι Ἰωσαφὰτ ἐν τῇ κρίσει, ἄγγελον θεῖον εἶναι ἐπὶ τῶν κολάσεων. *Φρέαρ* δὲ *τῆς ἀβύσσου*, τὴν γέενναν· καὶ ἐξ αὐτῆς *τὸν καπνὸν* ἐξιόντα, ἀθέατον τοῖς κολαζομένοις τὸν ἥλιον καὶ τὸν ἀέρα ἀπεργάζεσθαι. *Ἀκρίδας* δὲ, τοὺς σκώληκας· περὶ ὧν φησιν ὁ προφήτης· *Ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτήσει.* Τὸ δὲ μὴ τὴν γῆν ἢ τὸν χόρτον, ἀλλὰ τοὺς ἀνθρώπους βασανίζεσθαι, διὰ τὸ ἀπαλλάττεσθαι ταῦτα τῆς φθορᾶς, ᾗ δι' ἡμᾶς δουλεύει σήμερον. *Μῆνας* δὲ *πέντε* τούτους βασανίζεσθαι, χρόνον τινὰ ὡρισμένον ἐπιτεταμένως τούτους κολάζεσθαί [φησι·] μετὰ δὲ τοῦτον, ὑφειμένως μὲν, αἰωνίως δέ. Ἐγὼ δὲ τὸν μὲν *ἀστέρα* συνομολογῶ εἶναι θεῖον ἄγγελον· τοῦτον δὲ κατὰ θείαν συγχώρησιν τοὺς καταδεδικασμένους [τῇ ἀβύσσῳ] πονηροὺς ἀνάγειν δαίμονας· οὓς ὁ Χριστὸς ἐνανθρωπήσας ἔδησεν· ὅπως πρὸ τῆς συντελείας τὰ οἰκεῖα ἐνεργή-

[21] Isa. LXVI, 24.

σαντες, ἀτελευτήτου τύχωσι κολάσεως· *καπνὸν* δὲ, τὸν προηγούμενον τῶν πονηρῶν ἔργων τῶν προσβολῶν αὐτῶν ζόφον· ὧν παραδειχθεισῶν ἐξουσία τούτοις βασανίζειν τοὺς ἀνθρώπους δέδοται. Ἡ δὲ τοῦ *ἡλίου* καὶ τοῦ *ἀέρος σκότωσις*, τὴν τῶν ἀπολαυόντων ἀνθρώπων τοῦ φωτὸς αὐτῶν δηλοῖ ψυχικὴν τύφλωσιν· ἢ τὴν ἐπὶ τοῖς δυσχερέσι διάθεσιν· σκότος γὰρ τοῖς ἐν ὀδύναις τὸ φῶς νενόμισται. Τὸ δὲ τὰς νοητὰς *ἀκρίδας* πλήττειν τοὺς ἀνθρώπους κατὰ τὴν τῶν σκορπίων ὁμοιότητα, δηλοῖ τὸ ἐν τῷ τέλει τῶν πονηρῶν πράξεων τὸν βλαπτικὸν τῆς ψυχῆς ἐγκεκρύφθαι θάνατον· ὃν ὑφίστανται οἱ μὴ σεσημειωμένοι τῇ θείᾳ σφραγῖδι τὰ μέτωπα· καὶ τῷ φωτισμῷ τοῦ ζωοποιοῦ σταυροῦ διὰ Πνεύματος ἁγίου [μὴ] περιλαμπόμενοι, ὥστε κατὰ τὸν Δεσποτικὸν λόγον [μηδὲ] λάμπειν καὶ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, τὸ φῶς αὐτῶν, πρὸς δόξαν τοῦ θείου ὀνόματος. *Τοὺς* δὲ *πέντε μῆνας* τοῦ βασανισμοῦ αὐτῶν, σημαίνειν ἡγούμεθα, ἢ τὸ τοῦ χρόνου μικρόν· *Εἰ γὰρ μὴ ἐκολοβώθησαν αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι, οὐκ ἂν ἐσώθη πᾶσα σάρξ*, κατὰ τὸ Δεσποτικὸν λόγιον· ἢ χρόνον τινὰ πεμπταῖον, διὰ τὰς πέντε αἰσθήσεις, δι' ὧν ἡ ἁμαρτία τοῖς ἀνθρώποις εἰσέρπει· ἢ καιρὸν ὡρισμένον, Θεῷ δὲ μόνῳ γνώριμον.

*stellam*, de qua hic sermo, divinum esse **angelum**: hunc autem malignos dæmones, quos **Christus** homo factus ad abyssum ablegaverat, inde **rursum** ad tempus, secundum sapientem Dei permissionem, educturum; quo ante sæculi consummationem, quæ ipsorum sunt propria molientes, suppliciis demum nunquam finem habituris mancipentur. ***Fumum*** autem, significare tenebras illas quæ ex **improbis** illorum conatibus atque insultibus ortæ, **potestatem** illis faciunt homines, quos seduxerunt, excruciandi et divexandi. Ast vero *solis et aeris* **39** *obscuratio*, interiorem hominum, qui luce illorum utuntur, cæcitatem, aut pravam sane eorumdem **in rebus** adversis dispositionem insinuat. Siquidem lux, illis qui in gravioribus doloribus et cruciatibus versantur, obscuritas videtur. Quod autem intelligentes *locustæ* ad scorpionum similitudinem feriunt, mortem animæ in pravis operibus inclusam ad finem se prodere indicat; quam etiam sustinebunt quotquot frontes divino sigillo signatas non habent, neque vivificæ crucis luce per Spiritum sanctum undequaque illustrati sunt, ita ut juxta Domini verbum luceant coram hominibus, qui lumen illorum ad divini nominis gloriam referant. ***Quinque*** porro ***mensium*** spatium, temporis, quo afflictio et cruciatus ille durabit, brevitatem exprimere arbitramur. *Nisi enim Dominus abreviasset dies illos*, scribit Marcus, *non fuisset salva omnis caro* [29]: aut alium quemdam quinarium numerum propter quinque sensus, per quos peccatum in animam illabitur: aut aliud tempus definitum, soli Deo notum.

*Καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, ζητήσουσιν οἱ ἄνθρωποι τὸν θάνατον, καὶ οὐ μὴ εὑρήσουσιν αὐτόν· καὶ ἐπιθυμήσουσιν ἀποθανεῖν, καὶ φεύξεται ὁ θάνατος ἀπ' αὐτῶν.*

***Καὶ** ζητήσουσιν οἱ ἄνθρωποι τὸν θάνατον.* Καὶ διὰ τούτου ἡ ὑπερβολὴ σημαίνεται τῶν κακώσεων. Ἔθος γὰρ τοῖς ἐν ὀδύναις, ἐπικαλεῖσθαι τὸν θάνατον. Τὸ δὲ, τοῖς αἰτοῦσι τοῦτον ἐν ὀδύναις μὴ παραγίνεσθαι, τῶν θείων κριμάτων ἤρτηται· οἷς λυσιτελὲς κρίνεται, τῇ πικρίᾳ τῶν ὀδυνηρῶν ἐπιφορῶν στυγητὴν γίνεσθαι τοῖς ἀνθρώποις τὴν ἁμαρτίαν, ὡς τούτων μητέρα καὶ πρόξενον.

IX, 6. *Et in illis diebus quærent homines mortem, et non invenient eam: et desiderabunt mori, et fugiet mors ab eis.*

Per hæc ingens suppliciorum magnitudo subindicatur: solent namque qui magnis cruciatibus detinentur, mortem invocare et exoptare. Quod autem ad eos qui in tormentis vitam degunt, vocata non accedat, illud ex occulto Dei judicio provenit: judicat enim is mortalium generi utile ac salutare esse, peccatum quod tormentorum parens et conciliator est, pœnarum quæ inferuntur, amaritudine et gravitate exosum illi reddere.

***Καὶ** τὰ ὁμοιώματα τῶν ἀκρίδων, ὅμοια ἵπποις ἡτοιμασμένοις εἰς πόλεμον. **Καὶ** ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν ὡς στέφανοι ὅμοιοι χρυσῷ· καὶ τὰ πρόσωπα αὐτῶν, ὡς πρόσωπα ἀνθρώπων. **Καὶ** εἶχον τρίχας ὡς τρίχας γυναικῶν· καὶ οἱ ὀδόντες αὐτῶν ὡς λεόντων ἦσαν· καὶ εἶχον θώρακας, ὡς θώρακας σιδηροῦς.*

***Καὶ** τὰ ὁμοιώματα τῶν ἀκρίδων ὅμοια ἵπποις ἡτοιμασμένοις εἰς πόλεμον.* Διὰ πάντων τούτων καὶ τῶν ἐφεξῆς λεχθησομένων, τὰς ῥηθείσας *ἀκρίδας* τιμωρητικοὺς θείους ἀγγέλους τινὲς ἐξελάβοντο, παραβολικῶς ἐξ ἑκάστου τῶν εἰρημένων τροπολογουμένους· ἢ διὰ τὸ φοβερὸν καὶ καταπληκτικόν· ἢ διὰ τὸ ταχύ· ἢ διὰ τὸ κολαστικὸν τοῖς ἀξίοις ἐπάγον τὴν ἐν γεέννῃ κόλασιν. Οἶμαι δὲ καὶ διὰ τούτων τῶν *ἀκρίδων* τοὺς πονηροὺς μᾶλλον νοεῖσθαι δαίμονας,

IX, 7-9. *Et similitudines locustarum, similes equis paratis ad prælium: et super capita earum tanquam coronæ similes auro; et facies earum tanquam facies hominum. Et habebant capillos sicut capillos mulierum: et dentes earum quasi leonum erant: et habebant loricas sicuti loricas ferreas.*

Per hæc omnia et ea præterea quæ mox subjicientur, ut quidam putant, insinuatur, *locustas* de quibus hoc loco agitur, angelos esse divinæ punitionis administros, per singula arma et ornamenta, quæ parabolicos hic exponuntur, et metaphoricos illis tribuuntur, delineatos. Tribuuntur autem hæc tam varia et admirabilia illis, ut ipsi aiunt, ad designandam admirabilem qua pollent virtutem, sive sontes terrere, sive gehennæ supplicia promeritos

[29] Marc. XIII, 20.



Digitized by Google

punire; sive aliud quodcunque ejusmodi moliri libeat. Nobis autem vero similius fit, per prædictas *locustas* malignos dæmones significari. Hi enim semper accincti sunt ad bellum nobis inferendum; gestantque in capitibus suis coronas auri speciem præ se ferentes, certos utique victoriæ contra nos obtentæ indices; nos enim sumus qui toties illos coronamus, propositamque victoriam turpiter abjicimus, quoties voluptatis sensu superamur. Per *mulierum* porro *capillos*, feminarum blandimenta, quibus ad sui amorem carnisque illecebras allectare solent. Per *dentes* autem *leonum* lethale venenum, quod spargunt. Per *loricas* denique *ferreas*, cordis obfirmatam duritiem.

A τοὺς ἡτοιμασμένους εἰς τὸν καθ' ἡμῶν πόλεμον· καὶ ἐπὶ τῶν κεφαλῶν στεφάνους χρυσοειδεῖς τῆς καθ' ἡμῶν νίκης φέροντας· οἷς ἡμεῖς, ὅταν ἡττηθῶμεν, τὴν κακὴν νίκην δι' ἡδονῆς νικῶντες στεφανοῦσθαι νομίζομεν. *Τὰς δὲ τρίχας τῶν γυναικῶν*, σημαίνειν τὸ ἡδυπαθὲς τῶν δαιμόνων, καὶ πρὸς πορνείαν διεγερτικόν· *τοὺς δὲ λεοντείους ὀδόντας*, τὸ φονικὸν καὶ ἰοβόλον· *τοὺς δὲ σιδηροῦς θώρακας*, τὸ σκληροκάρδιον.

40 IX, 9-12. *Et vox alarum earum, sicut vox curruum equorum multorum currentium ad bellum. Et habebant caudas similes scorpionum, et aculei erant in caudis earum. Et potestas earum, nocere hominibus mensibus quinque. Et habent super se regem angelum abyssi; cui nomen Hebraice Abbadon, Græce autem Apollyon, Latine habet nomen exterminatoris. Væ unum abiit, et ecce veniunt adhuc duo væ post hæc.*

*Καὶ ἡ φωνὴ τῶν πτερύγων αὐτῶν ὡς φωνὴ ἁρμάτων, ἵππων πολλῶν τρεχόντων εἰς πόλεμον.* B *Καὶ εἶχον οὐρὰς ὁμοίας σκορπίοις· καὶ κέντρα ἐν ταῖς οὐραῖς αὐτῶν. Καὶ ἡ ἐξουσία αὐτῶν, ἀδικῆσαι τοὺς ἀνθρώπους μῆνας πέντε. Καὶ εἶχον ἐπ' αὐτῶν βασιλέα τὸν ἄγγελον τῆς ἀβύσσου. Ὄνομα αὐτοῦ Ἑβραϊστὶ Ἀββαδών· ἐν δὲ τῇ Ἑλληνικῇ [ῥήσει] ὄνομα ἔχει Ἀπολλύων. Ἡ οὐαὶ ἡ μία ἀπῆλθεν· ἰδοὺ ἔρχονται [αἱ] δύο οὐαὶ μετὰ ταῦτα.*

*Strepitum alarum intelligentium locustarum ob id militarium curruum strepitui* assimilatum putamus, quod fastu sint elatæ, ingentique celeritate præditæ. Nam, ut propheta alicubi innuit, ex alto nos illæ impugnant. Quod autem earum *caudas scorpiis similes* asserit, illud infaustum peccatorum exitum ob oculos nobis ponit; qui utique non est alius quam certus animæ interitus. Peccatum enim cum consummatum fuerit, generat mortem. Hoc idem quoque peccatum in causa est, ut quinque mensium cruciatus in homines invadat. *Quinque* porro *mensium spatio* peccatum affligere dicitur; partim quidem propter quinque numero sensus, per quos ingreditur; partim vero propter temporis brevitatem, si affectionem illam cum futuri sæculi suppliciis, sicut jam ante monuimus, comparemus. Per *horum* denique *regem* diabolum merito accipimus, ut qui vere illos perdat qui fidem ipsi habent. Contra quem proinde irreconciliabile bellum geramus oportet; quo væ illa quæ post hæc ventura comminatur, minus sentiamus.

*Τὴν δὲ φωνὴν τῶν πτερύγων τῶν νοητῶν ἀκρίδων*, ἀπεικασθῆναι φωνῇ ἁρμάτων πολεμικῶν νομίζομεν, διὰ τὸ μετάρσιον αὐτῶν καὶ ὀξύ· πολεμοῦσι γὰρ ἡμᾶς ἀπὸ ὕψους, ὥς φησι Δαβὶδ ὁ μακάριος. *Τὰς δὲ ὁμοιωθείσας τοῖς σκορπίοις* οὐρὰς αὐτῶν, τὰ τῶν ἁμαρτιῶν τέλη [αἰνίττεσθαι] τίκτοντα ψυχικὸν θάνατον· ἡ γὰρ ἁμαρτία ἀποτελεσθεῖσα, ἀποC κύει θάνατον· δι' ἧς ἡ *πεντάμηνος* βάσανος τοῖς ἀνθρώποις ἐπέρχεται· διά τε τὸ τοῦ χρόνου ὀλίγον, τῷ μέλλοντι αἰῶνι συγκρινόμενον· διά τε τὰς πέντε αἰσθήσεις, οὕτω παρ' ἡμῶν ἐκληφθείσας ὡς γέγραπται. *Τὸν δὲ τούτων βασιλέα* τὸν διάβολον νοεῖσθαι ἀκόλουθον, τὸν ἀληθῶς τοὺς αὐτῷ πειθομένους ἀπολλύοντα· πρὸς ὃν ὅπως ἄσπονδον ἀναλάβωμεν πόλεμον, ἀπειλεῖ ἡμῖν ἐλεύσεσθαι τὰς μετὰ ταῦτα δύο οὐαί.

## CAPUT XXVII.

*De sexto angelo, et quatuor angelis qui juxta Euphratem ligati tenebantur.*

IX, 13-16. *Et sextus angelus tuba cecinit: et audivi vocem unam ex quatuor cornibus altaris aurei, quod est ante oculos Dei, dicentem sexto angelo, qui habebat tubam: Solve quatuor angelos qui alligati sunt in flumine magno Euphrate. Et soluti sunt quatuor angeli, qui parati erant in horam, et diem, et mensem, et annum; ut occiderent tertiam partem hominum: et numerus equestris exercitus vicies millies dena millia. Et audivi numerum eorum.*

## ΚΕΦΑΛ. ΚΖ'.

*Περὶ τοῦ ἕκτου ἀγγέλου καὶ τῶν ἐπὶ τῷ Εὐφράτῃ λυομένων ἀγγέλων.*

D *Καὶ ὁ ἕκτος ἄγγελος ἐσάλπισε· καὶ ἤκουσα φωνῆς μιᾶς ἐκ τῶν τεσσάρων κεράτων τοῦ θυσιαστηρίου τοῦ χρυσοῦ τοῦ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, λεγούσης τῷ ἕκτῳ ἀγγέλῳ· Ὁ ἔχων τὴν σάλπιγγα, λῦσον τοὺς τέσσαρας ἀγγέλους τοὺς δεδεμένους ἐπὶ τῷ ποταμῷ τῷ [μεγάλῳ] Εὐφράτῃ· καὶ ἐλύθησαν οἱ τέσσαρες ἄγγελοι οἱ ἡτοιμασμένοι εἰς τὴν ὥραν, καὶ ἡμέραν, καὶ μῆνα, καὶ ἐνιαυτόν· ἵνα ἀποκτείνωσι τὸ τρίτον [μέρος] τῶν ἀνθρώπων· καὶ ὁ ἀριθμὸς τῶν στρατευμάτων τοῦ ἱππικοῦ, μυριάδες μυριάδων. Ἤκουσα τὸν ἀριθμὸν αὐτῶν.*

Sunt qui hosce angelos quatuor ex primariis et illustrioribus esse putant; nempe Michaelem, Gabrielem, Raphaelem, et Urielem; qui hactenus qui-

Τούτους φασί τινες τοὺς τέσσαρας ἀγγέλους, Μιχαὴλ εἶναι, καὶ Γαβριὴλ, καὶ Οὐριὴλ, καὶ Ῥαφαὴλ· τοὺς προσδεδεμένους τῇ εὐφροσύνῃ τῆς

Digitized by Google
Распознавание текста ABK/FR

[θείας] θεωρίας· ἀπολύεσθαι δὲ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως μετὰ ἀναριθμήτων ἀγγέλων, εἰς τὴν τῶν ἀσεβῶν κατάκρισιν· δι' ὧν τὸ τρίτον ἀφανισθήσεται. Ἐγὼ δὲ καὶ τούτους οἶμαι πονηροτάτους εἶναι δαίμονας, δεθέντας ἐν τῇ Χριστοῦ παρουσίᾳ· οὓς κατὰ θεῖον πρόσταγμα ἐκ τοῦ ὑπερουρανίου θυσιαστηρίου ἐξερχομένους, οὗ ἦν τὸ ἐν τῇ παλαιᾷ σκηνῇ ἀντίτυπον, ὑπὸ θείου ἀγγέλου λύεσθαι, ὥστε ταράξαι τὰ ἔθνη, οὐ μόνον κατὰ Χριστιανῶν, ἀλλὰ καὶ κατ' ἀλλήλων· ὡς ἂν οἱ μὲν δόκιμοι καὶ πιστοὶ φανεροὶ γένωνται, καὶ μειζόνων ἀμοιβῶν καὶ τῶν ἄνω μονῶν καὶ ἀποθηκῶν ἄξιοι φανῶσιν, ὡς σῖτος ὥριμος· οἱ δὲ ἀχυρώδεις, ἀσεβεῖς, καὶ λίαν ἁμαρτωλοὶ καὶ ἀμετανόητοι, ἐνδίκως ἐνταῦθα [δι' αὐτῶν] κολαζόμενοι, ἡμερωτέρας τῆς καταδίκης ἐν τῇ κρίσει τύχωσιν. Εἰ δὲ τῷ Εὐφράτῃ προσδέδενται, οὐδὲν ξένον· οἱ μὲν γὰρ, εἰς τὴν ἄβυσσον· οἱ δὲ, εἰς τοὺς χοίρους [τότε·] οἱ δὲ, εἰς ἑτέρους τόπους, κατὰ τὸ παραστὰν τῷ Θεῷ, ἄχρι καιροῦ κατεδικάσθησαν, μετὰ τὸν παντελῆ αὐτῶν κατ' ἀνθρώπων πόλεμον αἰωνίως κολασθησόμενοι. Ἴσως δὲ [καὶ] διὰ τῆς *τοῦ Εὐφράτου* μνήμης δηλοῦται ἐκ τῶν μερῶν ἐκείνων ἐξιέναι τὸν Ἀντίχριστον. Περὶ δὲ τοῦ πλήθους τῶν δαιμόνων ἀμφιβάλλειν οὐ χρή. Πάντες γὰρ οἱ ἅγιοι πεπληρῶσθαι αὐτῶν τὸν ἀέρα λέγουσι. Τί δὲ δηλοῖ τὸ τρίτον τῶν ἀποκτενομένων, καὶ ἤδη προειρήκαμεν.

A dem divinæ contemplationis jucunditati et ubertati alligati tenentur; tunc vero, nimirum sub diem judicii, cum innumerabilium angelorum multitudine ad impiorum condemnationem solventur, ac tanquam Dei ministri tertiam mortalium partem internecioni dabunt. Ego vero hosce etiam non angelos, sed pessimos dæmones esse existimo; quos juxta divinum mandatum e sublimi cœlorum altari (cujus exemplum in veteri tabernaculo exstabat) ejectos, et per Christi in carnem adventum ad certum locum ablegatos et alligatos, unus quispiam ex angelorum numero liberos eo tempore dimittet, quo gentes conturbent et vexent, easdemque non tantum adversus Christianos, sed contra se invicem quoque instigent; ut hac demum ratione tentatio-
B nis igne probati fideles manifesti fiant, ampliorique mercede et splendidiori in cœlis mansione, et apotheca denique tanquam maturum purumque triticum nobiliori digni habeantur: paleæ autem et impii insignesque peccatores **41** et obstinati, ad unum omnes juste hic puniti, clementiori condemnationis sententia in judicio illo feriantnr. Si autem quatuor pluresve dæmones Euphrati vere alligari asserantur, nihil novi aut inusitati asseritur. Constat namque alios in abyssum sæpe amandatos, alios in porcos ejectos, alios alio pro Dei voluntate ad tempus ablegatos fuisse, in omne postea ævum ubi primum videlicet bellum, quod adversus hominem gerunt, integre absolverint, apud inferos cruciandos. Credibile fit quoque *Euphratis* ob id mentionem fieri, quod Antichristus ex illis locis exoriturus credatur. De lugenti autem dæmonum multitudine non est dubitandum, cum omnes sancti aerem hunc dæmonibus refertum asserant. [Quid vero demonstret tertia pars interemptorum, et jam diximus.]

*Καὶ ὅπως εἶδον τοὺς ἵππους ἐν τῇ ὁράσει, καὶ τοὺς καθημένους ἐπ' αὐτῶν, ἔχοντας θώρακας πυρίνους, καὶ ὑακινθίνους, καὶ θειώδεις· καὶ αἱ κεφαλαὶ τῶν ἵππων ὡς κεφαλαὶ λεόντων καὶ ἐκ τῶν στομάτων αὐτῶν ἐξεπορεύετο πῦρ, καὶ καπνὸς, καὶ θεῖον. Ἀπὸ τῶν τριῶν πληγῶν τούτων ἀπεκτάνθη τὸ τρίτον τῶν ἀνθρώπων, ἀπὸ τοῦ πυρὸς, καὶ τοῦ καπνοῦ, καὶ τοῦ θείου, τῶν ἐκπορευομένων ἐκ τῶν στομάτων αὐτῶν. Ἡ γὰρ ἐξουσία τῶν ἵππων, ἐν τῷ στόματι αὐτῶν ἐστι, καὶ ἐν ταῖς οὐραῖς αὐτῶν· αἱ γὰρ οὐραὶ αὐτῶν, ὅμοιαι ὄφεσιν ἔχουσαι κεφαλὰς, καὶ ἐν αὐταῖς ἀδικοῦσι.*

C IX, 17-19. *Et ita vidi equos in visione: et qui sedebant super eos, habebant loricas igneas, et hyacinthinas, et sulphureas: et capita equorum erant tanquam capita leonum; et de ore eorum procedebat ignis, et fumus, et sulphur. Ab his tribus plagis occisa est tertia pars hominum, de igne, et de fumo, et sulphure, quæ procedebant de ore ipsorum. Potestas enim equorum in ore eorum est, et in caudis eorum. Nam caudæ eorum similes serpentibus, habentes capita; et in his nocent.*

*Ἵππους* δὲ [δικαίως] οἶμαι λέγεσθαι, ἢ τοὺς θηλυμανεῖς καὶ κτηνώδεις ἀνθρώπους· ἢ τοὺς ὑποβεβηκότας καὶ ἀρχομένους ἐν τοῖς δαίμοσιν· ἐπιβάτας δὲ, τοὺς τούτων κατάρχοντας. Ἔθος γὰρ τούτοις, οὐ μόνον ἀλλήλοις ὑπηρέταις, ἀλλὰ καὶ πονηροῖς ἀνθρώποις ὀργάνοις πρὸς τὴν τῶν ὁμοφύλων ἀνθρώπων ἐπιβουλὴν κεχρῆσθαι. *Τοὺς* δὲ *πυρίνους καὶ ὑακινθίνους καὶ θειώδεις θώρακας*, τῆς ἀερίου τῶν πονηρῶν πνευμάτων οὐσίας, καὶ τῆς καυστικῆς ἐνεργείας εἶναι σημαντικοὺς νομίζομεν· τὰς δὲ *κεφαλὰς τῶν λεόντων*, τὸ φονικὸν αὐτῶν καὶ θηριῶδες αἰνίττεσθαι· τὸ δὲ ἐκπορευόμενον *πῦρ* σὺν καπνῷ καὶ θείῳ ἐκ τοῦ στόματος αὐτῶν, δι' οὗ τὸ τρίτον τῶν ἀνθρώπων ἀποκτένεσθαι ἠπείληται, ἢ τὰς διὰ τῶν ἰοβόλων [αὐτῶν] προσβολῶν καὶ εἰσηγήσεων ἁμαρτίας τοὺς καρποὺς τῆς καρδίας φλογιζούσας αἰνίττεται· ἢ τὰς ἐκ τῶν βαρβαρικῶν χειρῶν

Per *Equos* hoc loco designari arbitramur homines veneri luxuique deditos, belluinamque vitam
D ducentes: aut dæmones sane, qui aliorum imperio veluti servi subjacent; quorum vectores sunt Spiritus qui principatum inter reliquos tenent. Dæmones namque, recepto apud ipsos more, non modo mutuas sibi invicem operas præstant, verum pravis quoque hominibus famulari, iisdemque vicissim tanquam organis ad aliorum cognatorum hominum fraudem et insidias uti solent. Cæterum per *igneas*, *et hyacinthinas*, *et sulphureas loricas*, aereas sceleratorum spirituum naturas, igneasque eorumdem vires et operationes insinuari credimus. Per *leonum capita* autem letale efferatumque nocendi studium: Per *ignem* denique, qui cum fumo et sulphure ex ore illorum egressus, tertiam hominum partem non absque comminatione interem-

Digitized by Google
Распознавание текста ABK/FR

plurus asseritur; aut peccata quæ per letiferos dæmonum insultus, versutasque illorum suggestiones in animum ingrediuntur, cordisque fructus incendunt; aut vastitatem et deprædationem illam, quæ per Barbarorum manus civitatibus inferetur; aut frequentes certe cædes sanguinisque effusiones, quæ juxta divinam interminationem tertiam hominum partem e medio tollent. Recte autem illorum *caudas serpentibus* assimulat; siquidem omnium diabolicarum suggestionum scopus est, infundere virulentum peccatum, quod est mors animæ.

A ἐπαγομένας πυρπολήσεις ταῖς πόλεσι καὶ αἱματεκχυσίας κατὰ θείαν συγχώρησιν· δι' ὧν, ὡς ὁρῶμεν, οὐχ ἧττον τοῦ τρίτου μέρους τῶν ἀνθρώπων ἠφάνισται. Καλῶς δὲ *τὰς οὐρὰς αὐτῶν ὁμοίας*, φησὶν, *ὄφεσι* [κεκτημένοις κεφαλάς·] τὰ γὰρ τέλη τῶν δαιμονικῶν ὑποσπορῶν, ἰοβόλος ἁμαρτία καὶ ψυχικὸς [ὑπάρχει] θάνατος.

IX, 20, 21. *Et cæteri homines, qui non sunt occisi in his plagis, neque pœnitentiam egerunt de operibus manuum suarum, ut non adorarent dæmonia, et simulacra aurea et argentea et ærea, et lapidea et lignea; quæ neque videre possunt, neque audire, neque ambulare: et non egerunt pœnitentiam ab homicidiis suis, neque a veneficiis suis, neque a fornicatione sua, neque a furtis suis.*

*Καὶ οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων, οἳ οὐκ ἀπεκτάνθησαν ἐν ταῖς πληγαῖς αὐτῶν, οὐ μετενόησαν ἐκ τῶν ἔργων τῶν χειρῶν αὐτῶν, ἵνα μὴ προσκυνήσωσι τὰ δαιμόνια, καὶ τὰ εἴδωλα τὰ χρυσᾶ, καὶ τὰ ἀργυρᾶ, καὶ τὰ χαλκᾶ, καὶ τὰ λίθινα, καὶ* B *τὰ ξύλινα, ἃ οὔτε βλέπειν δύνανται, οὔτε ἀκούειν, οὔτε περιπατεῖν· καὶ οὐ μετενόησαν ἐκ τῶν φόνων αὐτῶν, οὔτε ἐκ τῶν φαρμακειῶν αὐτῶν, οὔτε ἐκ τῆς πορνείας αὐτῶν, οὔτε ἐκ τῶν κλεμμάτων αὐτῶν.*

42 Hæc cum præcedentibus cohærent: nam cum paulo ante dixisset tres illas plagas tertiam hominum partem absumpsisse, et quædam interea interposuisset, hic nunc subjicit cæteros homines, quibus parcitum erat, hoc est, quibus plagæ prædictæ illatæ non fuerant, pœnitentiam repudiasse; neque ab idololatria, neque a cædibus, neque a scortationibus, neque a furtis, neque a veneficiis, quibus assueverant, sese continuisse; adeoque easdem quas reliqui, vel graviores quoque calamitates et miserias propediem subituros esse. Significatur autem per hæc universalem cladem ex divina ira profectam, mundum olim oppressuram. Multus namque et varius error bacchatur inter illos qui veritatem non cognoverunt; e quibus alii adorant simulacra; alii creaturam pro Creatore observant; alii alio modo errant. Et quamvis comperiantur qui Deum se agnoscere non diffitentur, attamen factis illum negant. Cujusmodi inter cæteros sunt, qui, externa pietatis larva contenti, virtutem illius nihil curant. Alii avaritiæ dæmoni serviunt: quibus divinus Apostolus idololatriæ notam impingit. Ait enim: *Et avaritiam, quæ est simulacrorum servitus* [23]. Faxit Dominus, ut nos sinceram germanamque in Christum fidem vivis operibus ostendentes, terribilem illam Christi vocem, *Amen, amen dico vobis, nescio vos* [24]: et alteram illam: *Discedite a me, omnes operarii iniquitatis* [25], nunquam audiamus; verum beatam illam modisque omnibus optabilem patentibus auribus hauriamus; *Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis a constitutione mundi regnum* [26]. Gratia et clementia et misericordia illius qui crucem sponte propter nos sustinuit, hoc est, Christi Dei et Domini nostri: cum quo, Patri una cum sancto vivificoque Spiritu sit gloria, nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

[*Καὶ οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων οἳ οὐκ ἀπεκτάνθησαν.* —] καὶ τοῦτο τῶν προηγουμένων ἤρτηται. Εἰπὼν γὰρ ἀνωτέρω ἀπὸ τῶν τριῶν [πληγῶν] τούτων ἀποκτανθῆναι τὸ τρίτον τῶν ἀνθρώπων, καὶ ἐν τῷ μεταξὺ παρενθείς τινα, ἐπήγαγε· Καὶ οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων ὅσοι φειδοῦς ἀξιωθέντες, καὶ ταῦτα μὴ πεπονθότες, ἀμετανόητοι μεμενήκασι, μήτε τῇ εἰδωλολατρίᾳ, μήτε τοῖς φόνοις καὶ ταῖς πορνείαις, καὶ τοῖς κλέμμασιν αὐτῶν καὶ ταῖς γοητείαις ἀποτα- C ξάμενοι, τοῖς αὐτοῖς ὑποκείσονται. Δηλοῦται δὲ ἐκ τούτων παγκόσμιον τὴν ὀργὴν ἐπάγεσθαι. Ποικίλη γὰρ πλάνη βακχεύει ἐπὶ τοῖς μὴ ἐπιγινώσκουσι τὴν ἀλήθειαν ἔθνεσι, [καὶ] τοῖς μὲν, εἴδωλα προσκυνοῦσι· τοῖς δὲ, τὴν κτίσιν ἀντὶ τοῦ Κτίσαντος· καὶ τοῖς μὲν τὸν Θεὸν ὁμολογοῦσιν εἰδέναι, ἀρνουμένοις δὲ δι' ἔργων· καὶ τὴν μὲν μόρφωσιν τῆς εὐσεβείας περικειμένοις, τὴν δὲ δύναμιν αὐτῆς ἀποβαλλομένοις. Καὶ τοῖς τῷ μαμμωνᾷ δουλεύουσι διὰ τῆς φιλαργυρίας, εἰδωλολατρίαν ἐγκαλεῖ ὁ [θεῖος] Ἀπόστολος, εἰπών· *Καὶ τὴν φιλαργυρίαν, ἥτις ἐστὶν εἰδωλολατρία.* Γένοιτο δὲ ἡμᾶς ἔργοις ἐπιδεικνυμένους τὸ εἰλικρινὲς καὶ γνήσιον τῆς εἰς Θεὸν πίστεως, ἀνηκόους γενέσθαι τῆς φοβερᾶς ἐκείνης φωνῆς τῆς [οὕτω] λεγούσης· *Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐκ* D *οἶδα ὑμᾶς·* [καὶ τὰ ἑξῆς·] *Πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ,* [*οἱ*] *ἐργάται τῆς ἀνομίας.* Τῆς δὲ μακαρίας [μᾶλλον] ἀκοῦσαι καὶ εὐκταίας· *Δεῦτε, οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου.* Χάριτι [καὶ φιλανθρωπίᾳ] καὶ οἰκτιρμοῖς τοῦ δι' ἡμᾶς σταυρὸν ἑκουσίως ὑπομείναντος Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν· μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ [καὶ ζωοποιῷ] Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[23] Coloss. III, 5. [24] Matth. XXV, 12. [25] I Mac. III, 6. [26] Matth. XXV 34.

Digitized by Google
Распознавание текста ABK/FR

## ΚΕΦΑΛ. ΚΗ'. — ΛΟΓΟΣ Ι'. A

*Περὶ τοῦ ἀγγέλου τοῦ περιβεβλημένου νεφέλην καὶ ἶριν, καὶ τὴν συντέλειαν προμηνύοντος.*

*Καὶ εἶδον [ἄλλον] ἄγγελον ἰσχυρὸν καταβαίνοντα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ· περιβεβλημένον νεφέλην· καὶ ἶρις ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ· καὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος· καὶ οἱ πόδες αὐτοῦ ὡς στῦλοι πυρός.*

Τοῦτον ἅγιον ἄγγελον νοεῖσθαι ἥ τε *νεφέλη* καὶ ἡ ἶρις καὶ τὸ *ἡλιοπρεπὲς φῶς* [αὐτοῦ] ἐμφαίνουσι· διὰ τούτων γὰρ τὸ οὐράνιον καὶ ποικίλον ἐν ἀρεταῖς καὶ τὸ φωτεινὸν τῆς ἀγγελικῆς οὐσίας τε καὶ νοήσεως δείκνυται. *Οἱ δὲ τοῦ πυρὸς στύλοι*, τὸ φοβερὸν καὶ κολαστικὸν κατὰ τῶν ἀνοσιουργῶν σημαίνουσι, τῶν τε ἐν τῇ γῇ λῃστευόντων, τῶν τε ἐν τῇ θαλάσσῃ B πειρατευόντων. Διὸ τῇ μὲν *τὸν δεξιὸν*, τῇ δὲ *τὸν ἀριστερὸν πόδα* ἐπέθηκεν, ἵνα τῶν ἐν ἑκατέρᾳ παρανόμων τὴν δίκην αἰνίξηται.

στάτου [καὶ ψευδοχρίστου] ἐπιβουλὴν φεύγοντας, A καθὰ καὶ πρώην τοὺς μάρτυρας. Ἐπὶ *ἔτη δὲ τρία, ἥμισυ*, τὰ ὑπὸ τῶν χιλίων διακοσίων ἑξήκοντα ἡμερῶν δηλούμενα· ἐν οἷς κρατήσει ἡ ἀποστασία· ἧς ἡμᾶς ὁ μέγας ἀγωνοθέτης, ὁ μὴ συγχωρῶν πειρασθῆναί τινα ὑπὲρ ὃ δύναται, λυτρούμενος, δωρήσεται ἡμῖν καρτερὸν λογισμὸν καὶ ταῖς ἐναντίαις προσβολαῖς ἀθήλυντον· ἵνα νομίμως πρὸς τὰς ἀρχὰς τοῦ σκότους καὶ τὰς ἐξουσίας ἀθλήσαντες, τῷ στεφάνῳ τῆς δικαιοσύνης κατακοσμηθῶμεν, καὶ τὰ τῆς νίκης βραβεῖα δεξώμεθα· ὅτι αὐτῷ πρέπει διὰ τῶν ἀσθενῶν τροπουμένῳ τοὺς ἰσχυροὺς ἐναερίους ἄρχοντας, ἡ νίκη καὶ τὸ κράτος, ἅμα τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ζωοποιῷ Πνεύματι, [νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ] εἰς τοὺς αἰῶνας [τῶν αἰώνων.] Ἀμήν.

luncis et cavernis terræ, propter apostatæ et Antichristi insidias confugient; quemadmodum primos quoque martyres ad ejusmodi latibula sæpe se recepisse, mortemque ad tempus evasisse constat; idque ad *annos tres cum dimidio*, per mille ducentorum sexaginta dierum numerum designatos; inter quos **52** regnum obtinebit apostasia: a qua magnus ille Agonotheta nos liberet, qui non permittit ullum omnino tentari supra id quod potest; idemque impertiatur nobis animum robustum, et adversariorum insultus infractum; ut legitime contra principes et potestates tenebrarum decertantes, justitiæ corona exornemur, victoriæque bravium consequamur. Eum namque, qui per infirma mundi potentes aeris potestates in triumphum agere consuevit, decet victoria et imperium, cum Patre et vivifico Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

## ΚΕΦΑΛ. ΛΔ'. ΛΟΓΟΣ ΙΒ'. B

*Περὶ τοῦ πολέμου τῶν ἀγγέλων καὶ τῶν δαιμόνων· καὶ [περὶ] τῆς τοῦ Σατανᾶ καταπτώσεως.*

*Καὶ ἐγένετο πόλεμος ἐν τῷ οὐρανῷ· ὁ Μιχαὴλ καὶ οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ πολεμῆσαι μετὰ τοῦ δράκοντος. Καὶ ὁ δράκων ἐπολέμησε, καὶ οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ· καὶ οὐκ ἴσχυσαν, οὐδὲ τόπος αὐτῶν εὑρέθη ἔτι ἐν τῷ οὐρανῷ.*

Καὶ ταῦτα τῇ τε πρώτῃ τοῦ διαβόλου ἐξ ἀλαζονείας καὶ φθόνου ἐκπτώσει τῆς ἀγγελικῆς τάξεως, τῇ τε διὰ τοῦ Δεσποτικοῦ σταυροῦ καθαιρέσει ἁρμόζειν δύναται· ὅτε, καθὼς φησιν ὁ Κύριος, ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου κέκριται, καὶ τῆς ἀρχαίας τυραννίδος ἐκβέβληται. Οὐ τὴν ἀλαζονείαν τοὺς θείους ἀγγέλους C ἅμα τῷ [αὐτῶν] ἀρχιστρατήγῳ Μιχαὴλ μὴ φέροντας, εἰκὸς αὐτὸν τῆς οἰκείας συνδιατριβῆς ἀποῤῥίψαι πρότερον· καθὼς φησιν Ἰεζεκιὴλ ὑπὸ τῶν χερουβεὶμ ἐκβεβλῆσθαι αὐτὸν ἐκ μέσου πυρίνων λίθων τῶν ἀγγελικῶν, οἶμαι, τάξεων, διὰ τὸ εὑρεθῆναι ἐν αὐτῷ [τὰ] ἀδικήματα. Ἐν δὲ τῇ [τοῦ] Χριστοῦ παρουσίᾳ τοὺς διακονουμένους αὐτῷ μετὰ τὸν πειρασμὸν ὡς ἠτιμωμένον δοῦλον πάλιν βδελύξασθαι. Ἰστέον δὲ ὅτι, καθὼς τοῖς Πατράσι δέδοκται, μετὰ τὴν τοῦ αἰσθητοῦ κόσμου δημιουργίαν, οὕτως δι' ὑπερηφανίας καὶ φθόνου καταβέβληται, τὴν ἀέριον πρῶτον πεπιστευμένος ἀρχὴν, καθὼς φησιν ὁ Ἀπόστολος. Καὶ Παππίας δὲ οὕτως ἐπὶ λέξεως· *Ἐνίοις δὲ αὐτῶν, δηλαδὴ τῶν πάλαι θείων ἀγγέλων, καὶ τῆς περὶ τὴν γῆν διακοσμήσεως ἔδωκεν ἄρχειν· καὶ* D *καλῶς ἄρχειν παρηγγύησε.* Καὶ ἑξῆς φησιν· *Εἰς οὐδὲν [δὲ] συνέβη τελευτῆσαι τὴν τάξιν αὐτῶν.*

De angelorum et dæmonum prælio, et Satanæ casu.

XII, 7, 8. *Et factum est prælium magnum in cœlo; Michael et angeli ejus præliabantur cum dracone; et draco pugnabat, et angeli ejus; et non valuerunt, neque locus inventus est eorum amplius in cœlo.*

Isthæc primo diaboli lapsui, quo ex angelico ordine propter superbiam et invidiam proscriptus est, accommodari possunt: et secundæ rursum ejusdem ruinæ, qua per Dominicam crucem fractus atque dejectus est; quando nimirum mundi hujus princeps, juxta Christi Domini oraculum, judicatus, et a tyrannide, quam ante exercebat, depulsus est. Enimvero cum divini angeli cum duce suo Michaele illius superbiam et arrogantiam ferre non possent, ipsum ex suo consortio et consuetudine, ut probabile fit, statim abjecerunt. Atque huc spectat, quod propheta Ezechiel illum ex Cherubinis mediaque ignitorum lapidum, hoc est, angelicorum ordinum, statione ejectum asserit; ea nimirum de causa, quod iniquitates in illo compertæ essent. In Christi porro adventu angeli illi, qui post absolutum jejunium, intentatamque a Satana tentationem, accedentes ministrabant ei, diabolum veluti vile abjectumque mancipium non absque exsecratione denuo propulsarunt. Adverte autem Patribus nonnullis visum esse post aspectabilis mundi hujus opificium diabolum propter superbiam et invidiam e cœlo ejectum, potestatem quam in aeream hanc regionem ante lapsum acceperat, post lapsum in partem adhuc retinuisse. Sane Apostolus haud obscure insinuat illud, dum luctam nobis non adversus carnem et sanguinem, sed adversus aereas potestates esse, scribit: Confirmat autem Papias B. Joannis discipulus diserte hisce verbis: *Aliis ex ipsis, nempe angelis, quamdam circa terræ administrationem potestatem et procurationem tribuit; riteque munus injunctum administrare jussit.* Et paucis interpositis, subjungit: *Accidit autem, ut ordinem sibi præfinitum absolverent non ut decebat.*

*Καὶ ἐβλήθη ὁ δράκων ὁ μέγας, [ὁ] ὄφις ὁ ἀρχαῖος ὁ καλούμενος διάβολος καὶ [ὁ] Σατανᾶς, ὁ*

XII, 9. *Et projectus est draco ille magnus serpens antiquus, qui vocatur diabolus et Satanas; qui*

Digitized by Google

***seducit universum orbem : et projectus est in terram ; et angeli ejus cum illo missi sunt.***

Merito hoc. Neque enim ullum terrenum sensum ferre potest cœlum neque ulla lumini cum tenebris est communicatio. Porro autem quod nomen hoc *Satanas* articulum hoc loco [adjunctum habet ; id non arguit alium esse Satanam, alium diabolum ; (etiamsi hyperbatum in contextu lateat) ostendit aut antiquum illum serpentem duo nomina sortiri : alterum **53** *Diaboli ;* quod virtutes virtutumque studiosos, et ipsum etiam Deum apud homines calumnietur ; siquidem apud Adamum invidiæ illum insimulare non dubitavit. Alterum vero, *Satanæ*, tanquam pertinax Christi Domini et servorum ejus adversarius. Observandum est autem, diaboli casum post Christi crucem non fuisse localem, ut fuit primus. Dicitur tamen post Christum passum cecidisse ; quia pristinæ illius vires, post illum tempus sunt diminutæ, et quasi fractæ : ut ipse B. Antonio confiteri non erubuit, illud prophetæ in se impletum ostendens : *Inimici gladii defecerunt in fine* [34]. Igitur ruina illius aliud nihil est, quam malignorum conatuum illius infirmatio, posteaquam semel e cœlo dominioque quod obtinebat, decidit. Adverte rursum, apud B. Justinum philosophum et martyrem legi, diabolum post Christi adventum, latamque adversus illum gehennæ ignis sententiam, maxime blasphemum evasisse ; primoque initio ea impudentia Deum non blasphemasse qua modo. Ea propter recte de ipso proditum exstare : *Cor ejus indurabitur ut lapis* [35] ; nempe propter durissimam illam planeque saxeam in malitia obstinationem. Quod si sola suppliciorum exspectatio diabolum sceleratiorem reddit, quomodo vel ipse, vel illius ministri gehennæ ignis ardore inflammati, direque puniti, peccatorum sordes eluent ? Hanc autem a peccatis per ignem expiationem non consecuti ; quomodo, secundum stultam quorumdam hæreticorum sententiam, cruciatus illorum finem olim sortientur ?

A *πλανῶν τὴν οἰκουμένην ὅλην, ἐβλήθη εἰς τὴν γῆν· καὶ οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ [μετ' αὐτοῦ ἐβλήθησαν.]*

*Καὶ ἐβλήθη ὁ δράκων ὁ μέγας εἰς τὴν γῆν.* — Εἰκότως· οὐ γὰρ ὁ οὐρανὸς ἔφερε γήϊνον φρόνημα· ὅτι τῷ φωτὶ τὸ σκότος ἀκοινώνητον. Εἰ δὲ μετὰ τοῦ ἄρθρου κεῖται, ὁ *Σατανᾶς*, οὐχ ὡς ἄλλος ὢν παρὰ τὸν διάβολον, εἰ καὶ κεῖται καθ' ὑπερβατόν· οἷον ὁ διάβολος ὁ καὶ Σατανᾶς· ἀλλ' ὡς τὰ δύο καλούμενος· τὸ μὲν, διὰ τὸ διαβάλλειν τὰς ἀρετὰς καὶ τοὺς τούτων ἐραστάς· καὶ αὐτὸν τὸν Θεὸν τοῖς ἀνθρώποις, ὡς τῷ Ἀδὰμ αὐτὸν βάσκανον ὑπέγραψε· τὸ δὲ, ὡς ἀντικείμενος καὶ τῷ Δεσπότῃ καὶ τοῖς δούλοις [αὐτοῦ]. Ἰστέον δὲ ὅτι οὐχ οὕτω τοπικὴ μετὰ τὸν σταυρὸν ἡ τοῦ διαβόλου γέγονε κατάπτωσις, ὡς B τῇ τῶν προπατόρων ἀνενεργησίᾳ, καθὼς καὶ αὐτὸς τῷ [μεγάλῳ] Ἀντωνίῳ ὁμολογῶν τὸ ψαλμικὸν ἐπ' αὐτὸν πεπληρῶσθαι λόγιον· *Τοῦ ἐχθροῦ ἐξέλιπον αἱ ῥομφαῖαι εἰς τέλος.* Ἔκπτωσις οὖν αὐτοῦ, [καὶ] ἡ τῶν πονηρῶν αὐτοῦ ἐγχειρημάτων ἀθέτησις, μετὰ τοῦ τῶν οὐρανῶν καὶ τῆς οἰκείας ἀρχῆς [τελέως] ἀποβεβλῆσθαι, ὡς εἴρηται. Λέλεκται δὲ τῷ μακαρίῳ Ἰουστίνῳ τῷ [φιλοσόφῳ καὶ] μάρτυρι, μετὰ τὴν [τοῦ] Χριστοῦ παρουσίαν καὶ τὴν κατ' αὐτοῦ ἐν γεέννῃ ἀπόφασιν, βλάσφημον μάλιστα γεγονέναι τὸν διάβολον· καίπερ μὴ πρότερον οὕτως ἀναιδῶς τὸν Θεὸν βλασφημήσαντα· διὸ περὶ αὐτοῦ εὐθυβόλως εἴρηται· *Ἡ καρδία αὐτοῦ πέπηγεν ὥσπερ λίθος·* διὰ τὸ τῆς πονηρίας ἀνένδοτον. Εἰ δὲ ἡ προσδοκία τῆς κολάσεως πονηρότερον αὐτὸν ἀπειργάσατο, πῶς C ἂν κολαζόμενος ἢ αὐτὸς ἢ οἱ ἐργάται αὐτοῦ ἐν γεέννῃ, διὰ τῆς πυρώσεως τῶν ῥύπων τῆς ἁμαρτίας ἐκπλυνθήσονται ; τούτου δὲ μὴ τυχόντες, πῶς πέρας ἕξουσι τῆς κολάσεως, κατὰ τοὺς ματαιόφρονας [αἱρετικούς ;]

XII, 10. *Et audivi vocem magnam in cœlo, dicentem : Nunc facta est salus, et virtus, et regnum Dei nostri, et potestas Christi ejus : quia projectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante conspectum Dei nostri die ac nocte.*

Per *accusationem falsamque calumniam*, quibus homines impetuntur, ipsum diabolum designat, siquidem hoc studium nominis ejus ratio, ut ante dictum est, insinuat. Lætantur autem angeli de illius ejectione, quia nulla est pars infideli cum fidelibus.

*Καὶ ἤκουσα φωνῆς μεγάλης ἐν τῷ οὐρανῷ λεγούσης· Ἄρτι ἐγένετο ἡ σωτηρία καὶ ἡ δύναμις καὶ ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, καὶ ἡ ἐξουσία τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ· ὅτι κατεβλήθη ὁ κατήγορος τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν, ὁ κατηγορῶν αὐτοὺς ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ ἡμέρας καὶ νυκτός.*

D *Ὅτι κατεβλήθη ὁ κατήγορος τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν.* — Ἡ *κατηγορία* καὶ ἡ *διαβολὴ* ἡ κατὰ τῶν ἀνθρώπων, τὸν διάβολον, ὅπερ ἐστὶ, κέκληκεν, ὡς εἴρηται. Εὐφραίνονται δὲ οἱ ἄγγελοι ἐπὶ τῇ τούτου ἐκβολῇ· οὐδεμία γὰρ μερὶς πιστῷ μετὰ ἀπίστου.

XII, 11, 12. *Et ipsi vicerunt eum propter sanguinem Agni, et propter verbum testimonii sui; et non dilexerunt animas suas usque ad mortem. Propterea lætamini, cœli, et qui habitatis in eis. Væ terræ et mari ; quia descendit diabolus ad vos habens iram magnam, sciens quod modicum tempus habet.*

*Καὶ αὐτοῦ ἐνίκησαν αὐτὸν διὰ τὸ αἷμα τοῦ Ἀρνίου, καὶ διὰ τὸν λόγον τῆς μαρτυρίας αὐτῶν· καὶ οὐκ ἠγάπησαν τὴν ψυχὴν αὐτῶν ἄχρι θανάτου. Διὰ τοῦτο εὐφραίνεσθε, οἱ οὐρανοὶ, καὶ οἱ ἐν αὐτοῖς σκηνοῦντες. Οὐαὶ τῇ γῇ καὶ τῇ θαλάσσῃ, ὅτι κατέβη ὁ διάβολος πρὸς ὑμᾶς [ὁ] μέγαν ἔχων θυμὸν, εἰδὼς ὅτι ὀλίγον καιρὸν ἔχει.*

Et sancti, inquit, tametsi, acriter apud omnes,

*Καὶ αὐτοὶ ἐνίκησαν αὐτὸν διὰ τὸ αἷμα τοῦ Ἀρ-*

[34] Psal. IX, 7. [35] Job XLI, 15.

Digitized by Google

νιου. — Καὶ κατηγορούμενοι παρ' αὐτοῦ, φησὶν, οἱ ἅγιοι, καὶ διαβαλλόμενοι, ὥσπερ [ὁ] Ἰὼβ, πρὸς πάντας ἀνθρώπους τοὺς αὐτῷ πειθομένους, ὅμως αὐτὸν νενικήκασι τοῖς ὑπὲρ Χριστοῦ πάθεσιν. Εὐφραίνεσθαι δὲ τὰς ἄνω δυνάμεις ἐπὶ τῇ αὐτοῦ πτώσει, καὶ λυπεῖσθαι ἐπὶ τῇ τῶν προστετηκότων τοῖς γηΐνοις ἐπιβουλῇ αὐτοῦ, θεομιμήτως ἀκόλουθον. *Οὐαὶ δὲ τοῖς κατοικοῦσι τὴν γῆν, [καὶ τοῖς θάλασσαν·]* δηλαδὴ τοῖς μὴ ἐν οὐρανῷ, ἀλλ' ἐπὶ γῆς τὸ πολίτευμα ἔχουσι· πολλοὶ γὰρ τῶν ἐν τῇ γῇ τὸν ἐχθρὸν νικῶσι καὶ νικήσουσι· καίπερ πλέον νῦν τοῖς ἀγωνιζομένοις θυμούμενον, διὰ τὴν ἐγγύτητα τῆς αὐτοῦ κολάσεως. Ὅθεν ἐπάναγκες τοὺς τὰ γήϊνα φρονοῦντας, καὶ τῇ θαλάσσῃ τοῦ βίου κλυδωνιζομένους, ἐνταῦθα ταλανίζεσθαι.

qui fidem ipsi habent, ab illo accusentur multisque falsis calumniis infestentur; ut de Jobo constat; adhuc tamen perpessionibus pro Christo susceptis devicerunt illum. Credibile fit autem, ut supernæ virtutes ad Dei exemplum de dæmonis ruina et casu gaudent, ita e diverso de insidiis, quas illis struit, qui in rebus terrenis misere tabescunt, vicissim contristari. *Væ* autem *illis* denuntiatur *qui inhabitant terram et mare*, hoc est, illis qui non conversantur in cœlo, sed in terra animum defixum habent. Multi enim ex eorum numero, qui vitam in terra degunt, inimicum vincunt et in posterum victuri sunt, 54 etiamsi hoc tempore magis incensus sit contra strenue pugnantes, quam ante propter supplicii, quod ipsi impendet, vicinitatem et temporis brevitatem. Quam ob rem necesse est omnino, ut ii qui hic terrena sapiunt, marisque præsentis vitæ fluctibus jactantur, pœnis, de quibus dictum est, affines fiant, adeoque infelices perpetuo habeantur.

## ΚΕΦΑΛ. ΛΕ'.

*Ὅπως ὁ δράκων διώκων τὴν Ἐκκλησίαν οὐ παύεται.*

## CAPUT XXXV.

*Ut draco Ecclesiam persequi non desistat.*

*Καὶ ὅτε εἶδεν ὁ δράκων ὅτι ἐβλήθη εἰς τὴν γῆν, ἐδίωξε τὴν γυναῖκα, ἥτις ἔτεκε τὸν ἄῤῥενα. Καὶ ἐδόθησαν τῇ γυναικὶ [αἱ] δύο πτέρυγες τοῦ ἀετοῦ τοῦ μεγάλου, ἵνα πέτηται [εἰς τὴν ἔρημον] εἰς τὸν τόπον αὐτῆς· ὅπως τρέφηται ἐκεῖ καιρὸν καὶ καιροὺς καὶ ἥμισυ καιροῦ, ἀπὸ προσώπου τοῦ ὄφεως.*

XII, 13, 14. *Et posteaquam vidit draco, quod projectus esset in terram, persecutus est mulierem, quæ peperit masculum. Et datæ sunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ, ut volaret in desertum in locum suum; ubi alitur per tempus, et tempora, et dimidium temporis, a facie serpentis.*

Ὅτε, φησὶν, ὁ διάβολος τῷ Χριστῷ προσπαλαίσας μετὰ τὸ βάπτισμα ἡττήθη, καὶ πρὸς τοὺς ἁγίους ἀποστόλους ὁπλισάμενος ᾐσχύνθη, διὰ θανάτου ζωὴν εὑραμένους αὐτοὺς θεασάμενος, καὶ ὡς ὄφις εἰς γῆν εἱλεῖσθαι καὶ γῆν ἐσθίειν κατεδικάσθη, τὰ γήϊνα φρονήματα, τότε τὴν Ἐκκλησίαν πάλιν διώκειν ἤρξατο, τὴν τὸν ἄρσενα τοῦ Θεοῦ λαὸν, τὸν ταῖς ἡδοναῖς ἀθήλυντον, τεκοῦσαν καὶ τίκτουσαν· ἀλλ' ἐξ ἀρχῆς αὐτῇ ἡ πρὸς Θεὸν καὶ τὸν πλησίον ἀγάπη, [καὶ] ἡ ἀντιληπτικὴ τοῦ δι' ἡμᾶς σταυρωθέντος πρόνοια δέδοται· καὶ αἱ δύο Διαθῆκαι· δι' ὧν πάντως αἱ πτέρυγες τοῦ ἀετοῦ σημαίνονται· ὅπως ταύταις μετεωροπορoῦσα εἰς τὴν ἔρημον, πάσης διύγρου ἡδονῆς πολιτείαν τρέφηται· ἀεὶ μὲν, ἐν δὲ τῇ τοῦ Ἀντιχρίστου παρουσίᾳ μάλιστα· ὃν κρατεῖν τὸν ῥηθέντα χρόνον τῶν τριῶν ἡμίσεος ἐτῶν πολλαχοῦ γέγραπται. Ἐν ᾧ καὶ οἱ κατὰ τὴν αἰσθητὴν ἔρημον ἐν ὄρεσι καὶ σπηλαίοις κρυπτόμενοι, τοῦτον ἔσθ' ὅτε φεύξονται.

Cum, inquit, diabolus Christum post baptisma susceptum impugnasset, victusque recessisset, et sanctos rursum apostolos pari impetu adortus, confusus abiisset (vidit enim illos per mortem vitam invenisse), et se tandem, ut in terra serpentis more volutaretur, et terra rebusque terrenis pro cibo uteretur, condemnatum animadvertisset, tunc denuo Ecclesiam, quæ parit et peperit filium masculum, hoc est, populum virilem nihilque effeminatum præ se ferentem, persequi incepit. Verum ab initio in præsidium data est illi charitas erga Deum et proximum. Huic porro addita est ejus providentia adjutrix, qui propter nos in crucem actus est; et duo præterea Testamenta; quæ simul omnia designantur per alas aquilæ; quo per has in sublime sublata, concedat in desertum, ibidemque omnis vegetæ solidæque virtutis nutriatur alimento; et id quidem semper, Antichristo vero sæviente maxime. Hunc enim tricteride cum anni semisse grassaturum sæpius jam ante indicatum est. Quo etiam tempore multos ad sensilem eremum concessuros, inque montibus et cavernis terræ, quo furiam illius evadant, sese abdituros valde probabile est.

*Καὶ ἔβαλεν ὁ ὄφις ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ ὀπίσω τῆς γυναικὸς ὕδωρ ὡς ποταμὸν, ἵνα ταύτην ποταμοφόρητον ποιήσῃ. Καὶ ἐβοήθησεν ἡ γῆ τῇ γυναικί· καὶ ἤνοιξεν ἡ γῆ τὸ στόμα αὐτῆς, καὶ κατέπιε τὸν ποταμὸν ὃν ἔβαλεν ὁ δράκων ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ.*

XII, 15, 16. *Et misit serpens ex ore suo post mulierem aquam tanquam flumen, ut eam faceret trahi a flumine. Et adjuvit terra mulierem, et aperuit terra os suum, et absorbuit flumen, quod miserat draco ex ore suo.*

*Καὶ ἔβαλεν ὁ ὄφις ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ ὀπίσω τῆς γυναικὸς ὕδωρ ὡς ποταμόν.* — Φευγούσης, φησὶ, τῆς Ἐκκλησίας εἰς τόπους ἀβάτους [καὶ ἀν-

Cum, ait, Ecclesia ad loca invia et inaquosa propter impostoris insidias se recepisset, draco ex ore suo, nempe per oris sui mandatum, aquam instar



Digitized by Google

fluminis a tergo illius eructavit, hoc est, ingentem impiorum virorum, aut malignorum dæmonum, aut infestarum tentationum multitudinem, adversus illam armavit; quo hac ratione eam, si queat, in servitutem redigat. At terra, inquit, juvit illam. Juvit autem aut viæ longitudine, aut locorum squalore et siccitate, improborum hominum impetus sistens, tentationumque flumen ejus rei causa ejectum absorbens, et sanctorum denique submissione, qui vere recteque dicere solent: *Ego sum terra et cinis* [88], omnes superbi diaboli laqueos enervans: nihil enim, ut divino Antonio ab angelo indicatum est, diaboli vires ita frangit sicuti humilitas.

**55** XII, 17. *Et iratus est draco adversus mulierem, et abiit ut faceret prœlium cum reliquis de semine ejus qui custodiunt mandata Dei, et habent testimonium Jesu Christi.*

Illustrioribus Ecclesiæ magistris, iisque qui terram resque terrenas despectui habebant, ad eremum veluti ad ærumnosum exsilium translatis, ita ut horum compos fieri amplius non valeat, draco vel Antichristus ipse contra eos aciem mox convertet, inquit, qui Christo in terra hac militant. Hos enim veluti terreno pulvere olei lubricitatem exasperante aspersos, vitæque hujus negotiis curisque immersos, adeoque captu faciles inveniens, pedibus suis substernere contendet. Ast non omnes sternet. Nam multi ex illis quoque, eo quod Christum sincero amore prosecuti sunt, victoriam ex diabolo referent.

## CAPUT XXXVI.

*De bestia quæ habebat cornua decem et septem capita.*

XII, 18. XIII, 1. *Et steti super arenam maris, et vidi de mari bestiam ascendentem, habentem capita septem et cornua decem, et super cornua ejus decem diademata: et super capita ejus nomina blasphemiæ.*

Quidam per hanc *bestiam* accipiunt virtutem quamdam viribus et nequitia Satana inferiorem, cæteris autem dæmonibus utroque genere eminentiorem: per bestiam vero quæ paulo post e terra emergit, Antichristum ipsum. At sanctus Methodius et Hippolytus, et alii veteres, de ipso Antichristo præsentem locum interpretati sunt; ut qui ex turbulento plurimumque undoso vitæ hujus mari egressurus sit. Per *decem* autem *cornua* totidem diadematis exornata, et *septem capita*, familiaritatem illam denotari volunt, quæ inter ipsum et diabolum intercedet (nam hæc illi adfore jam ante quoque indicatum est), regnique terreni in decem partes sectionem; et regnum præterea septenarium mundi hujus cursui conformatum, septem quidem dierum spatio dimensum, et in septem rursum successiones distributum; prout in sequentibus latius id explicabitur. Secundum quod *mundi hujus prin-*

[88] Gen. xviii, 27.

A ὕβρους] τὴν τοῦ πλάνου ἔξοδον, ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, δηλαδὴ ἐκ προστάγματος αὐτοῦ, ὀπίσω αὐτῆς [βάλλει] ὕδωρ ποταμηδόν· τουτέστιν, ἀθέων ἀνδρῶν, ἢ πονηρῶν δαιμόνων, ἢ ποικίλων πειρασμῶν πλῆθος, κατ' αὐτῆς ἐξελεύσεται, ὅπως αὐτὴν δουλώσηται. Ἡ δὲ γῆ, φησὶν, ἐβοήθησεν αὐτῇ, ἢ τῷ τῆς ὁδοῦ μήκει, καὶ τῇ τῶν τόπων ἀνυδρίᾳ καὶ ξηρότητι τὰς τῶν πονηρῶν ὁρμὰς ἐπέχουσα, καὶ τὸν ἐκ τῶν πειρασμῶν ποταμὸν τούτου χάριν καταπίνουσα· ἢ τῇ τῶν ἁγίων ταπεινοφροσύνῃ, ἐνδιαθέτως λεγόντων· *Ἐγώ εἰμι γῆ καὶ σποδὸς*, πάσας τοῦ διαβόλου τὰς παγίδας καταργοῦσα, ὡς [καὶ] τῷ θείῳ Ἀντωνίῳ εἴρηται.

*Καὶ ὠργίσθη ὁ δράκων ἐπὶ τῇ γυναικί· καὶ* B *ἀπῆλθε ποιῆσαι πόλεμον μετὰ τῶν λοιπῶν τοῦ σπέρματος αὐτῆς, τῶν τηρούντων τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐχόντων τὴν μαρτυρίαν Ἰησοῦ.*

*Καὶ ἀπῆλθεν ὁ δράκων ποιῆσαι πόλεμον μετὰ τῶν λοιπῶν.* — Τῶν ἐκκρίτων τῆς Ἐκκλησίας διδασκάλων [φησὶ] καὶ τῶν τῆς γῆς ὑπερορώντων, πρὸς τὴν ἐν ἐρήμῳ μεθισταμένων ταλαιπωρίαν, εἰ [τούτων] διαμάρτοι ὁ Ἀντίχριστος κατὰ τῶν ἐν κόσμῳ στρατευομένων τῷ Χριστῷ, ἐξοίσει, φησὶ, τὸν πόλεμον, ὅπως καθάπερ χόνει τραχυνούσῃ τὴν τοῦ ἐλαίου λειότητα ταῖς τοῦ βίου [φημὶ] πραγματείαις, τούτους εὐαλώτους εὑρὼν, τροπάσηται· πολλοὶ δὲ καὶ ἐκ τούτων αὐτὸν, διὰ τὸ γνησίως ἠγαπηκέναι τὸν Χριστὸν, νικήσουσι.

C

## ΚΕΦΑΛ. ΛϚ'.

*Περὶ τοῦ θηρίου τοῦ δεκακεράτου καὶ ἑπτακεφάλου.*

*Καὶ ἐστάθην ἐπὶ τὴν ἄμμον τῆς θαλάσσης· καὶ εἶδον θηρίον ἀναβαῖνον ἐκ τῆς θαλάσσης, ἔχον κέρατα δέκα καὶ κεφαλὰς ἑπτά· καὶ ἐπὶ τῶν κεράτων αὐτοῦ δέκα διαδήματα· καὶ ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτοῦ ὄνομα βλασφημίας.*

Τινὲς μὲν τὸ *θηρίον* τοῦτο δευτερεύουσάν τινα δύναμιν τοῦ Σατανᾶ τῶν λοιπῶν δαιμόνων ἄρχουσαν ἐξειλήφασι· τὸ δὲ μετ' αὐτὸ ἐκ τῆς γῆς ἀνιὸν, τὸν Ἀντίχριστον· τοῖς δὲ ἁγίοις, Μεθοδίῳ καὶ Ἱππολύτῳ καὶ ἑτέροις, εἰς [αὐτὸν] τὸν Ἀντίχριστον τὸ παρὸν D θηρίον ἐξείληπται· ἐκ τῆς πολυταράχου τοῦ βίου τούτου θαλάσσης καὶ πολυκύμονος ἐξερχόμενον. Τὰ δὲ *δέκα κέρατα* σὺν τοῖς διαδήμασι, καὶ αἱ *ἑπτὰ κεφαλαὶ*, τήν τε τοῦ διαβόλου πρὸς αὐτὸν [τὸν Ἀντίχριστον] ἕνωσιν αἰνίττεται (ταῦτα γὰρ [καὶ] αὐτῷ προσόντα ἀνωτέρω ἡρμήνευται), τήν τε εἰς δέκα τῆς γηΐνης βασιλείας ἐπ' ἐσχάτων διαίρεσιν, καὶ τὴν τῷ κόσμῳ τούτῳ σύστοιχον ἑβδοματικὴν βασιλείαν, ἑπτὰ μὲν ἡμέραις ἐκμετρουμένην, ἑπτὰ δὲ διαδοχαῖς διαιρουμένην, ὡς ἐν τοῖς ἑξῆς ῥηθήσεται. Καθ' ἣν *ἄρχων τοῦ αἰῶνος τούτου* κέκληται ὁ ἐνεργῶν ἐν αὐτῷ Σατανᾶς. *Ὄνομα* δὲ *βλασφημίας ἐν ταῖς κεφαλαῖς* αὐτοῦ, δηλαδὴ τοῖς ὑπασπισταῖς αὐτοῦ.

Digitized by Google

Распознавание текста ABK/FR

Οὗτοι γὰρ ἐξ ἀρχῆς βλασφημεῖν τὸν Χριστὸν οὐκ ἐπαύσαντο, ἄχρι τῆς τοῦ μεγάλου [καὶ εὐσεβεστάτου] Κωνσταντίνου ἀναδείξεως. Μεθ' ἣν Ἰουλιανὸς καὶ Οὐάλης δύσφημοι κατὰ Χριστοῦ γεγόνασι.

ceps Satanas appellatur, qui per Antichristum præpotenter operabitur. *Nomina* autem *blasphemæ in capitibus*, hoc est in satellitibus et administris illius, comperiuntur quam plurima. Nam quotquot jam inde ab initio tyranni usque ad Constantini Magni imperium exstiterunt, omnes Christum certatim blasphemarunt. Post Constantinum autem Julianus, et Valens, et alii præterea nonnulli imperatores denuo in Christum blasphemum os erexerunt.

*Καὶ τὸ θηρίον ὃ εἶδον, ὅμοιον ἦν παρδάλει· καὶ οἱ πόδες αὐτοῦ ὡς ἄρκτου· καὶ τὸ στόμα αὐτοῦ ὡς στόμα λέοντος.*

*Καὶ τὸ θηρίον ὃ εἶδον, ὅμοιον ἦν παρδάλει.*—Διὰ μὲν τῆς *παρδάλεως*, ἡ [τῶν] Ἑλλήνων· διὰ δὲ τῆς *ἄρκτου*, ἡ [τῶν] Περσῶν· διὰ δὲ τοῦ *λέοντος*, ἡ Βαβυλωνίων βασιλεία σημαίνεται· ὧν κρατήσει ὁ Ἀντίχριστος, ὡς *Ῥωμαίων βασιλεὺς* ἐλευσόμενος, καὶ τὴν τούτων ἀρχὴν καθαιρήσων, ὅταν τοὺς ὀστρακίνους δακτύλους τῶν ποδῶν θεάσηται· δι' ὧν ἡ εἰς δέκα δηλοῦται ἀσθενὴς καὶ εὔθρυπτος τῆς βασιλείας διαίρεσις.

XIII, 2. *Et bestia quam vidi, similis erat pardo; et pedes ejus sicut pedes ursi; et os ejus sicut os leonis.*

Per *pardum* Græcorum, per *ursum* Persarum, per *leonem* Babyloniorum regnum denotatur: quæ omnia unus obtinebit Antichristus: idemque *regis Romanorum* titulo ornatus, in medium se offeret; atque ubi primum fictiles pedum digitos (per quos regni in decem partes divisi infirmitas indicatur) animadverterit, totum illorum principatum funditus evertet.

*Καὶ ἔδωκεν αὐτῷ ὁ δράκων τὴν δύναμιν αὐτοῦ [καὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ], καὶ ἐξουσίαν μεγάλην.*

*Καὶ ἔδωκεν αὐτῷ ὁ δράκων τὴν δύναμιν αὐτοῦ.* — Δώσει γὰρ ὁ Σατανᾶς, ὁ νοητὸς δράκων, τῷ Ἀντιχρίστῳ πᾶσαν ἐξουσίαν ἐν σημείοις καὶ τέρασι ψεύδους, πρὸς τὴν τῶν ἀστηρίκτων ἀπώλειαν.

**56** *Et dedit illi draco potentiam suam, et thronum suum, et potestatem magnam.*

*Spiritalis draco* est Satanas, qui suam in signis et mendacibus prodigiis potestatem impertietur Antichristo, idque ad hominum instabilium ruinam et internecionem.

*Καὶ [εἶδον] μίαν τῶν κεφαλῶν αὐτοῦ ὡσεὶ ἐσφαγισμένην εἰς θάνατον. Καὶ ἡ πληγὴ τοῦ θανάτου αὐτοῦ ἐθεραπεύθη.*

*Κεφαλὴν* δὲ *ὡσεὶ ἐσφαγμένην*, εἴτε τινὰ τῶν ἀρχόντων αὐτοῦ τεθανατῶσθαι, καὶ ὑπ' αὐτοῦ [τοῦ Ἀντιχρίστου] διὰ γοητείας ἀπατηλῶς ἀνίστασθαι φαινόμενόν φησιν, ὡς Σίμων ὁ μάγος πεποιηκὼς ὑπὸ τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων [Πέτρου] ἠλέγχετο· ἢ τὴν Ῥωμαίων βασιλείαν τῇ διαιρέσει σφαγὴν τρόπον τινὰ ὑπομένουσαν, τὴν μοναρχίαν [τε] τεθεραπεῦσθαι δοκοῦσαν κατὰ τὴν εἰκόνα Αὐγούστου Καίσαρος.

XIII, 3. *Et vidi unum de capitibus ejus quasi occisum in mortem; et plaga mortis ejus curata est.*

*Caput* quod hic veluti *jugulatum* in medium proponitur, alterutrum innuit: nimirum aut unum aliquem e principibus ab Antichristo occisum, præstigiis ejusdem imposturisque actum, denuo excitatum apparuisse: qua arte cum Simon magus familiariter uteretur, ab apostolorum coryphæo palam est reprehensus: aut certe Romanorum regnum divisione illa in *decem partes* internecionem quodammodo passum, ad monarchiæ formam (cujusmodi Augusti Cæsaris ætate exstabat) ab Antichristo redactum, rursum convaluisse, et quasi in integrum restitutum denuo visum esse.

*Καὶ ἐθαυμάσθη ἐν ὅλῃ τῇ γῇ, ὀπίσω τοῦ θηρίου· καὶ προσεκύνησαν τῷ δράκοντι, ὅτι ἔδωκε τὴν ἐξουσίαν τῷ θηρίῳ· [καὶ προσεκύνησαν τὸ θηρίον,] λέγοντες· Τίς ὅμοιος τῷ θηρίῳ; καὶ τίς δύναται πολεμῆσαι μετ' αὐτοῦ;*

*Καὶ ἐθαυμάσθη ἐν ὅλῃ τῇ γῇ.* — Τὸ εἰς τὸν Ἀντίχριστον [φαινόμενον ἐν πλάνῃ] θαῦμα, εἰς τὸν ἐνεργοῦντα ἐν αὐτῷ διάβολον, τὴν ἀναφορὰν ἕξει. Δι' ἐκείνου γὰρ ὁ δράκων προσκυνηθήσεται· δι' οὗ καὶ νεκροὺς ἐγείρειν καὶ σημεῖα ἐπιτελεῖν τοῖς πεπηρωμένοις τὰ τῆς διανοίας ὄμματα φανήσεται.

XIII, 3, 4. *Et admirata est universa terra post bestiam; et adoraverunt draconem, qui dedit potestatem bestiæ; et adoraverunt bestiam dicentes: Quis similis bestiæ? et quis poterit pugnare cum ea?*

Miracula quæ Antichristus præstigiis suis operabitur, ad diabolum, qui per ipsum et in ipso efficax erit, referri debent. Per ipsum enim draco imposturas suas exercens publice adorabitur: per quem etiam mortuos exsuscitare, multaque alia admiratione plena facere abs se seductis videbitur.

*Καὶ ἐδόθη αὐτῷ στόμα λαλοῦν μεγάλα καὶ βλάσφημα. Καὶ ἐδόθη αὐτῷ ἐξουσία ποιῆσαι μῆνας μβʹ. Καὶ ἤνοιξε τὸ στόμα αὐτοῦ εἰς βλασφημίαν πρὸς τὸν Θεόν, βλασφημῆσαι τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ τὴν σκηνὴν αὐτοῦ, καὶ τοὺς ἐν τῷ οὐρανῷ σκηνοῦντας.*

XIII, 5, 6. *Et datum est illi os loquens magna et blasphemias: et data est ei potestas facere mensibus quadraginta duobus. Et aperuit os suum in blasphemias ad Deum, blasphemare nomen ejus, et tabernaculum ejus, et eos qui in cælo habitant.*

Τὸ δὲ *μῆνας τεσσαράκοντα δύο* δηλοῖ ὅτι κατὰ θείαν συγχώρησιν τὰ τρία ἥμισυ ἔτη τὴν ἐξουσίαν ἕξει τῆς τε πρὸς Θεὸν βλασφημίας, καὶ τῆς τῶν

Triennii, inquit, spatio cum anni dimidio Deus sinet illum conviciis verbisque blasphemis cœleste numen impetere sanctosque affligere. *Tabernacu-*

Digitized by Google

*lum* autem *Dei* est natura humana quam assumpsit, perpetuaque in assumpta carne ejusdem habitatio, tum requies quoque illius in sanctis; contra quæ omnia (sicuti adversus sanctos angelos quoque) homo ille peccati vertetur in blasphemiam.

XIII, 7, 8. *Et datum est illi bellum facere cum sanctis et vincere eos. Et data est illi potestas in omnem tribum, et populum, et linguam, et gentem : et adoraverunt eam omnes qui inhabitabant terram, quorum non sunt scripta nomina in libro vitæ Agni, qui occisus est ab origine mundi.*

Contra omnem, inquit, tribum, et linguam, et populum maligna sua potestate abutetur. At contra illos tantum victoriam obtinebit, quorum nomina non sunt scripta in libro vitæ.

XIII, 9, 10. *Si quis habet aurem, audiat. Qui in captivitatem duxerit, in captivitatem vadet. Qui in gladio occiderit, oportet eum gladio occidi. Hic est patientia et fides sanctorum.*

**57** Unusquisque, inquit, præmia factis suis digna recipiet. Qui igitur ad vexandum et affligendum proximum prompti expeditique fuere, ii a diabolo captivi abducentur, ejus (juxta magnum Jacobum) mancipia effecti, cui per prava opera servierunt ; Satanæque gladio icti æternam mortem sustinebunt. Qui autem fidem sinceram infractamque in tentationibus rebusque adversis patientiam conservabunt, illi de libro vitæ nunquam delebuntur. Quorum socios benignissimus Deus nos declaret, reputantes præsentis temporis afflictiones prorsus indignas esse quæ cum futura gloria, quæ sanctis patefiet, comparentur; nec non per angustam viam impigre gradientes, gloriam in futuro tandem sæculo et requiem, locique amplitudinem inveniamus, et in omnem cum Christo æternitatem regnemus : quem una cum Patre decet omnis gratiarum actio, cum Spiritu sancto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

## CAPUT XXXVII. SERMO XIII.

### *De pseudopropheta.*

XIII, 11. *Et vidi aliam bestiam ascendentem de terra : et habebat cornua duo similia Agni, et loquebatur sicuti draco.*

Sunt qui per hanc *bestiam* Antichristum intelligant; aliis magis placet quempiam e diabolorum numero esse. Per *duo* vero ejus *cornua* Antichristum et pseudoprophetam significari : nam *pseudoprophetam* quempiam Antichristi adventum præventurum, multorum est opinio. Nos autem putamus per *draconem*, Satanam : per *bestiam* autem *quæ de mari ascendit*, Antichristum : per *bestiam* vero quæ hoc loco *e terra ascendere* scribitur, pseudoprophetam denotari. Quæ sententia Irenæo quoque probatur. Dicitur porro *e terra ascendere*, quia de terrena humique repente conversatione in medium prodit : habereque *duo cornua Agni cor-*

A ἁγίων κακώσεως. *Σκηνὴ δὲ τοῦ Θεοῦ*, καὶ ἡ ἐν σαρκὶ τοῦ [Θεοῦ] Λόγου σκήνωσις, ἤγουν ἐνανθρώπησις· καὶ ἡ ἐν τοῖς ἁγίοις ἀνάπαυσις, καθ᾽ ὧν [πάντων] εἰς βλασφημίαν τραπήσεται [προσέτι δὲ καὶ τῶν ἁγίων ἀγγέλων].

[*Καὶ ἐδόθη αὐτῷ ποιῆσαι πόλεμον μετὰ τῶν ἁγίων, καὶ νικῆσαι αὐτούς·*] *καὶ ἐδόθη αὐτῷ ἐξουσία ἐπὶ πᾶσαν φυλὴν* [*καὶ λαὸν*] *καὶ γλῶσσαν καὶ ἔθνος. Καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐπὶ τῆς γῆς, ὧν οὐ γέγραπται τὸ ὄνομα ἐν τῷ βιβλίῳ τῆς ζωῆς τοῦ Ἀρνίου τοῦ ἐσφαγμένου ἀπὸ καταβολῆς κόσμου.*

*Καὶ ἐδόθη αὐτῷ ἐξουσία ἐπὶ πᾶσαν φυλὴν καὶ γλῶσσαν.* — Κατὰ πάσης μὲν [φησὶ] φυλῆς καὶ γλώσσης τῇ πονηρᾷ ἐξουσίᾳ χρήσεται· ἐκείνων B δὲ [μόνων] κρατήσει, ὧν τὰ ὀνόματα ἐν τῇ βίβλῳ τῆς ζωῆς οὐ γέγραπται.

*Εἴ τις ἔχει οὖς, ἀκουσάτω. Εἴ τις ἔχει αἰχμαλωσίαν, ὑπάγει· εἴ τις ἐν μαχαίρᾳ ἀποκτενεῖ, δεῖ αὐτὸν ἐν μαχαίρᾳ ἀποκτανθῆναι. Ὧδέ ἐστιν ἡ ὑπομονὴ καὶ ἡ πίστις τῶν ἁγίων.*

*Εἴ τις ἔχει αἰχμαλωσίαν, ὑπάγει.*—Ἄξια, φησὶν, ἕκαστος τῶν πεπραγμένων δέξεται τὰ ἐπίχειρα· οἱ πρὸς τὸ κακοῦν τοὺς πλησίον ἕτοιμοι ὑπὸ τοῦ διαβόλου αἰχμαλωτευθήσονται, καὶ τῇ σατανικῇ μαχαίρᾳ τὸν ψυχικὸν ὑποστήσονται θάνατον· ᾧ δι᾽ ἔργων ἡττήθησαν, τούτῳ δουλούμενοι, ὡς φησιν ὁ μέγας Ἰάκωβος· οἱ δὲ πίστιν εἰλικρινῆ καὶ ὑπομονὴν ἀμετάθετον ἐν τοῖς πειρασμοῖς ἔχοντες, ἀνεξάλειπτοι [ἐκ] τῆς βίβλου τῆς ζωῆς ἔσονται· ὧν καὶ ἡμᾶς C ὁ πανελεήμων Θεὸς ἀναδείξοι κοινωνοὺς, ἀνάξια λογιζομένους τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν τοῖς ἁγίοις δόξαν ἀποκαλύπτεσθαι, καὶ τὴν στενὴν ὁδὸν ἀνδρείως βαδίζοντας, ἵνα τέλος αὐτῆς τὴν ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι δόξαν [καὶ ἀνάπαυσιν] καὶ εὐρυχωρίαν εὑρόντες, [τῷ] Χριστῷ συμβασιλεύσωμεν· μεθ᾽ οὗ τῷ Πατρὶ πρέπει πᾶσα εὐχαριστία, καὶ προσκύνησις, σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, [νῦν καὶ ἀεὶ] καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας [τῶν αἰώνων]. Ἀμήν.

## ΚΕΦΑΛ. ΛΖ'. ΛΟΓΟΣ ΙΓ'.

### *Περὶ τοῦ ψευδοπροφήτου.*

*Καὶ εἶδον ἄλλο θηρίον ἀναβαῖνον ἐκ τῆς γῆς·* D *καὶ εἶχε κέρατα δύο ὅμοια Ἀρνίῳ, καὶ ἐλάλει ὡς δράκων.*

Τὸ *θηρίον* τοῦτο οἱ μὲν τὸν Ἀντίχριστόν φασιν· ἑτέροις δὲ ἔδοξε τὸν Σατανᾶν εἶναι· καὶ τὰ *δύο* αὐτοῦ *κέρατα* τὸν Ἀντίχριστον καὶ τὸν ψευδοπροφήτην αἰνίττεσθαι. Ὁμολογουμένου δὲ καὶ τοῦ ψευδοπροφήτου ἐν ἰδίῳ προσώπῳ ἔρχεσθαι, οὐκ ἄτοπον ἡγούμεθα, τὸν μὲν *δράκοντα*, εἰς τὸν Σατανᾶν· τὸ δὲ *θηρίον τὸ ἐκ τῆς θαλάσσης ἀναβαῖνον*, εἰς τὸν Ἀντίχριστον· τὸ δὲ παρὸν, κατὰ τὸ δοκοῦν τῷ μακαρίῳ Εἰρηναίῳ, εἰς τὸν ψευδοπροφήτην ἐκλαμβάνεσθαι, ἐκ τῆς γῆς μὲν *ἀνερχόμενον*, δηλαδὴ τῆς γηΐνης καὶ χαμερποῦς πολιτείας· ἔχον δὲ *κέρατα ὅμοια Ἀρνίῳ*, διὰ τὸ ἐν δορᾷ προβάτου τοῦ κεκρυμμένου λύκου τὸ φονικὸν περικαλύπτειν· καὶ διὰ τὴν

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

ἐν προοιμίοις αὐτοῦ τῆς εὐσεβείας μόρφωσιν. Περὶ οὗ φησιν [ὁ] Εἰρηναῖος ἐπὶ λέξεως οὕτως· *Περὶ τοῦ ὑπασπιστοῦ, ὃν καὶ ψευδοπροφήτην καλεῖ, ἐλάλει, φησὶν, ὡς δράκων· τούτῳ δὲ ἔλεγεν ἐξουσίαν δεδόσθαι σημείων καὶ τεράτων, ἵνα ποιῇ ἔμπροσθεν τοῦ Ἀντιχρίστου προοδοποιῶν αὐτῷ τὴν τῆς ἀπωλείας ὁδόν.* Τῆς δὲ πληγῆς τοῦ θηρίου θεραπείαν εἴπωμεν εἶναι τὴν τῆς διῃρημένης βασιλείας δοκοῦσαν πρὸς ὀλίγον γίνεσθαι ἕνωσιν· ἢ [τὴν] τῆς φθαρείσης τῷ Σατανᾷ τυραννίδος πρὸς μικρὸν διὰ τοῦ Ἀντιχρίστου ἀνόρθωσιν· ἢ τινος τῶν προσῳκειωμένων αὐτῷ τεθνεῶτος ἀπατηλὴν ἀνάστασιν. *Ὡς δράκοντα* δέ φησι *λαλεῖν* τοῦτον· τὰ γὰρ τοῦ ἀρχεκάκου διαβόλου πράξει τε καὶ φθέγξεται.

A *nibus similia*, ob id fortassis, quod sub ovina pelle cædis studium occultique lupi ferociam celare studeat : tum etiam quod initio aliquam pietatis formam præ se feret ; qua de re Irenæus ita fere scribit : *De Satanæ satellite (quem pseudoprophetam quoque vocat) loquebatur*, ait, *ut draco. Addit porro signorum prodigiorumque potestatem huic impertivisse, quo viam per hæc Antichristo sterneret, aditumque ad hominum perditionem eidem patefaceret.* Cæterum *sanationem plagæ mortis*, quam bestia acceperat, momentaneam regni ante divisi unionem esse dicimus : aut temporariam tyrannidis Satanæ, quam Christus sua cruce fregerat, per Antichristum instaurationem, aut fictitiam certe cujuspiam resurrectionem. Dicitur tandem hæc bestia *loqui ut draco* ; nam quæ diaboli omnis mali auctoris et incensoris sunt propria, ea ipsa quoque patrabit et loquetur.

*Καὶ τὴν ἐξουσίαν τοῦ πρώτου θηρίου πᾶσαν ποιεῖ ἐνώπιον αὐτοῦ· καὶ ἐποίει τὴν γῆν καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ κατοικοῦντας, ἵνα προσκυνήσωσι τὸ θηρίον τὸ πρῶτον, οὗ ἐθεραπεύθη ἡ πληγὴ τοῦ θανάτου αὐτοῦ. Καὶ ποιεῖ σημεῖα μεγάλα, ἵνα καὶ πῦρ ποιῇ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβαίνειν ἐπὶ τὴν γῆν ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων.*

B XIII, 12, 13. *Et potestatem priori bestiæ omnem faciebat in conspectu ejus ; et fecit terram et inhabitantes in ea adorare bestiam primam, cujus curata est plaga mortis. Et fecit signa magna, ut etiam ignem faceret de cœlo descendere in terram in conspectu hominum.*

Πάντα δὲ πράξει, φησὶ, διὰ γοητείας ὁ τοῦ ἀποστάτου ψευδοχρίστου πρόδρομος, πρὸς ἀπάτην ἀνθρώπων, ἐπὶ τῷ Θεὸν νομισθῆναι τὸν Ἀντίχριστον, [ὡς] ὑπὸ τοιούτων τεραστίων ἐργάτου μαρτυρούμενον, καὶ ἀναμφισβήτητον τὴν δόξαν λαμβάνοντα, κατὰ μίμησιν τοῦ Βαπτιστοῦ τοῦ τῷ Σωτῆρι τοὺς πειθομένους προσάγοντος. Φιλονεικεῖ γὰρ τὸ ψεῦδος, ἐπὶ ἀπάτῃ [τῶν] ἀνθρώπων, μιμεῖσθαι τὴν ἀλήθειαν. Οὐ θαυμαστὸν δὲ ἐν ὀφθαλμοῖς τῶν ἀπατωμένων *πῦρ ὁρᾶσθαι οὐρανόθεν κατερχόμενον*· ὅπου γε καὶ ἐν τῇ τοῦ Ἰὼβ ἱστορίᾳ τοῦτο κατεληλυθὸς καὶ τὰ κτήνη αὐτοῦ κατηναλωκὸς, κατὰ θείαν συγχώρησιν καὶ σατανικὴν ἐνέργειαν, μεμαθήκαμεν.

**58** Quidquid, inquit, pseudochristi præcursor ad hominum deceptionem facturus est, hoc totum per præstigias et incantationes facturus est; quo hac ratione Antichristum Deum esse persuadeat ; ut qui testimonium habeat a viro, qui tanta miracula patrarit ; eamque virtutem et gloriam ad exemplum Joannis Baptistæ, qui fideles ad Chri- C stum adducebat, divinitus citra controversiam acceperit : siquidem mendacium ad hominum seductionem veritatem imitari contendit. Non est autem mirum aut novum, si in oculis hominum errore jam excæcatorum *ignem e cœlo descendere* faciat impostor : posteaquam ex historia Jobi compertum habemus, ignem diaboli virtute incensum superneque dilapsum justi viri armentum, Deo id permittente, temporis quasi puncto totum absumpsisse.

*Καὶ πλανᾷ τοὺς κατοικοῦντας ἐπὶ τῆς γῆς, διὰ τὰ σημεῖα ἃ ἐδόθη αὐτῷ ποιῆσαι ἐνώπιον τοῦ θηρίου.*

XIII, 14. *Et seducit habitantes in terra propter signa, quæ data sunt illi, facere in conspectu bestiæ.*

*Καὶ πλανᾷ τοὺς κατοικοῦντας ἐπὶ τῆς γῆς.* — Πλανᾷ, φησὶ, τοὺς ἐν τῇ γῇ τὴν διηνεκῆ κατοίκησιν τῆς καρδίας ἔχοντας. Τοὺς γὰρ ἐν οὐρανῷ κεκτημένους τὸ πολίτευμα, οὐκ ἀπατᾷ ἡ αἴσθησις, ἠσφαλισμένους ἀκριβῶς τῇ προαναφωνήσει τῆς αὐτοῦ ἐλεύσεως.

Seducit illos, inquit, qui cordis sensum in terra rebusque terrenis perpetuo defixum habent. Quorum enim conversatio in cœlis est, hos neque sensus, neque Antichristi præsentia decipit ; utpote D accurate jamdudum ante de illius adventu edoctos, valideque contra ejusdem fraudes munitos.

*Λέγων τοῖς κατοικοῦσιν ἐπὶ τῆς γῆς, ποιῆσαι εἰκόνα τῷ θηρίῳ ὃ εἶχε τὴν πληγὴν τῆς μαχαίρας, καὶ ἔζησε· καὶ ἐδόθη αὐτῷ δοῦναι πνεῦμα τῇ εἰκόνι τοῦ θηρίου, ἵνα [καὶ] λαλήσῃ ἡ εἰκὼν τοῦ θηρίου, καὶ ποιήσῃ [ἵνα] ὅσοι ἐὰν μὴ προσκυνήσωσι τὴν εἰκόνα τοῦ θηρίου, ἀποκτανθῶσι. Καὶ ποιεῖ πάντας τοὺς μικροὺς καὶ τοὺς μεγάλους, καὶ τοὺς πλουσίους καὶ τοὺς πτωχοὺς, καὶ τοὺς ἐλευθέρους καὶ τοὺς δούλους, ἵνα δώσουσιν αὐτοῖς χάραγμα ἐπὶ τῆς χειρὸς αὐτῶν τῆς δε-*

XIII, 14, 17. *Dicens habitantibus in terra ut faciant imaginem bestiæ quæ habet plagam gladii, et vixit. Et datum est illi ut daret spiritum imagini bestiæ, ut loquatur imago bestiæ. Et faciet ut quicunque non adoraverint imaginem bestiæ, occidantur. Et faciet omnes, pusillos et magnos, et divites et pauperes, et liberos et servos, habere characterem in dextera manu sua, aut in frontibus suis : et ne quis possit emere aut vendere, nisi qui habeat characterem aut nomen bestiæ aut numerum nominis ejus.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

*ξιᾶς, ἢ ἐπὶ τῶν μετώπων αὐτῶν· [καὶ] ἵνα μή τις δύναται ἀγοράσαι ἢ πωλῆσαι, εἰ μὴ ὁ ἔχων τὸ χάραγμα, τὸ ὄνομα τοῦ θηρίου, ἢ τὸν ἀριθμὸν τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ.*

Narrat Apollonius, et alii confirmant, dæmones incantationum et præstigiarum vi per imagines et statuas, per arbores rursum et aquas, perque alia ejusmodi sæpenumero locutos: arbitror et per mortuorum cadavera loqui quoque posse. Nam et Simon magus in B. Petri apostolorum coryphæi multorumque Romanorum præsentia, mortuum hactenus exsuscitavit, quatenus sese movere palam videretur; etsi interim apostolus imposturam, hoc est, virtutem qua falso eum excitaverat, aperuerit, et vim qua mortui vere resurgunt publice declaraverit. Ad eum itaque modum probabile fit, Antichristum quoque prodromum et administrum dæmonum vi impulsum bestiæ imaginem facturum, arte et fraude diaboli loquendi facultatem illi communicaturum adeoque daturum operam ut omnes trucidentur, quotquot eam adorare recusaverint. Neque his contentum lethiferi quoque nominis characterem omnium seductorum frontibus et dexteris impressurum: his quidem, quo omnium dexterorum bonorumque operum vim amputet; illis vero, quo abs se deceptos hoc symbolo commonefaciat perfricta fronte in errore et tenebris persistendum esse; verum non facile suscipient ejusmodi characterem, qui vultus frontesque divino lumine signatas habent. Quin bestiæ quoque calculum ad omnes ubique contractus et negotiationes extendet; ita ut nulli emere aut vendere liceat, qui eum recipere detrectet; quo ea saltem ratione fideles, ob rerum ad vitæ usum necessariarum penuriam, ad violentam mortem adigat.

*Ἵνα λαλήσῃ ἡ εἰκὼν τοῦ θηρίου.* — Ἱστόρηται πολλάκις γοητείαις λαλῆσαι δι' εἰκόνων καὶ ξοάνων, καὶ δένδρων καὶ ὑδάτων, διά τε Ἀπολλωνίου διά τε ἑτέρων, δαίμονας, οἶμαι δὲ καὶ διὰ νεκρῶν σωμάτων, ὥσπερ [καὶ] Σίμων ὁ μάγος ἔδειξε Ῥωμαίοις νεκρὸν κινούμενον κατὰ παρουσίαν τοῦ μεγάλου Πέτρου· εἰ καὶ τὴν πλάνην ὁ Ἀπόστολος ἐξήλεγξε, δείξας, δι' ὧν ἀνιέστησεν αὐτὸς, πῶς νεκροὶ ἐγείρονται. Οὕτω τοίνυν καὶ τὸν ὑπασπιστὴν τοῦ Ἀντιχρίστου οὐδὲν ἀπεικὸς διὰ δαιμόνων ἐνεργοῦντα, ποιῆσαι εἰκόνα τῷ θηρίῳ, καὶ δεῖξαι ταύτην λαλοῦσαν [ἐν πλάνῃ], παρασκευάσαι τε ἀναιρεῖσθαι τοὺς ταύτην μὴ προσκυνοῦντας. Καὶ τὸ χάραγμα δὲ τοῦ ὀλεθρίου ὀνόματος τοῦ ἀποστάτου [καὶ πλάνου] πᾶσιν ἐπιθεῖναι σπουδάσαι· ἐν μὲν ταῖς δεξιαῖς [χερσὶν], ἵνα τῶν [δεξιῶν καὶ] ἀγαθῶν ἔργων ἐκκόψῃ τὴν ἐνέργειαν· ἐν δὲ τοῖς μετώποις, ἵνα ἐν τῇ πλάνῃ καὶ τῷ σκότει διδάξῃ τοὺς ἀπατωμένους παῤῥησιάζεσθαι. Ἀλλ' οὐ δέξονται [αὐτὸν] οἱ σημειωθέντες τῷ θείῳ φωτὶ τὰ πρόσωπα. Καὶ τὴν ψῆφον δὲ τοῦ θηρίου πλατῦναι πανταχοῦ ἐπιτηδεύσει, ἔν τε ὠναῖς καὶ πράσεσιν· ἵνα τοῖς τοῦτο μὴ λαμβάνουσιν ἐκ τῆς τῶν ἀναγκαίων ἐνδείας βίαιος ἐπαχθῇ θάνατος.

## CAPUT XXXVIII.

### 59. *De profano Antichristi nomine.*

XIII, 18. *Hic sapientia est. Qui habet intellectum, computet numerum bestiæ: numerus enim hominis est, et numerus ejus sexcenti sexaginta sex.*

Accuratam calculi notitiam, ut reliqua itidem quæ de Antichristo scripta exstant, tempus et experientia viris prudentibus et sobriis manifestabit. Nam si in exquisita nominis hujus cognitione magnum aliquod operæ pretium situm esset, ille utique qui visionem impressit, ut veteres recte admonent, evangelistæ illud patefecisset. Verum divinæ gratiæ aliud, quam corruptoris perditique hominis nomen, divino huic libro insercre visum fuit. Verumtamen per modum exercitationis multa secundum B. Hippolytum et alios confingi possunt nomina, quæ numerum illum complectantur, cum propria, tum etiam appellativa, idque in omni propemodum lingua. Proprium exempli causa, Græce sit λαμπέτης: Latine *Benedictus;* Persice *Sarmnæus.* Similis in cæteris linguis efformatio fiat. Appellativa vero; ut κακὸς ὁδηγός, *dux improbus.*: ἀληθῶς βλαβερός, *vere noxius*: πάλαι βάσκανος, *jam olim invidus*: ἀμνὸς ἄδικος, *agnus iniquus*, quibus ab illis præcipue appellabitur Antichristus, qui errores illius aversantur; siquidem is gloriam suam in flagitiis probro dignis constituet vel maxime.

## ΚΕΦΑΛ. ΛΗ'.

### *Περὶ τοῦ [μιαροῦ] ὀνόματος τοῦ Ἀντιχρίστου.*

*Ὧδε ἡ σοφία ἐστίν. Ὁ ἔχων νοῦν, ψηφισάτω τὸν ἀριθμὸν τοῦ θηρίου· ἀριθμὸς γὰρ ἀνθρώπου ἐστί. Καὶ [ὁ] ἀριθμὸς αὐτοῦ ἐστιν ἑξακόσια ἑξήκοντα [καὶ] ἕξ.*

Καὶ τὴν μὲν ἀκρίβειαν τῆς ψήφου, ὡς καὶ τὰ λοιπὰ τὰ περὶ αὐτοῦ γεγραμμένα, ὁ χρόνος ἀποκαλύψει καὶ ἡ πεῖρα τοῖς νήφουσιν. Εἰ γὰρ ἔδει, καθώς φασί τινες τῶν διδασκάλων, σαφῶς γνωσθῆναι τὸ τοιοῦτον ὄνομα, ὁ τεθεαμένος ἂν αὐτὸ ἀπεκάλυψεν. Ἀλλ' οὐκ εὐδόκησεν ἡ θεία χάρις ἐν θείᾳ βίβλῳ τὸ τοῦ λυμεῶνος ὄνομα γραφῆναι. Ὡς ἐν γυμνασίας τε λόγῳ, πολλά ἐστιν εὑρεῖν, κατὰ τὸν μακάριον Ἱππόλυτον καὶ ἑτέρους, ὀνόματα τὸν ἀριθμὸν τοῦτον περιέχοντα, προσηγορικά τε καὶ κύρια· κύρια μὲν, οἷον, Λαμπέτις, Τειτὰν, ἐκ τοῦ τείνω, καθ' Ἱππόλυτον· Λατεῖνος, ὁμοίως [διὰ διφθόγγου·] Βενέδικτος· ὅπερ ἑρμηνεύεται *εὐλογημένος* ἢ *εὐλογητός*· κατὰ μίμησιν τυχὸν τοῦ ἀληθῶς εὐλογημένου Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Προσηγορικὰ δὲ, κακὸς ὁδηγὸς, παλαιβάσκανος, ἀληθῶς βλαβερὸς, ἀμνὸς ἄδικος. Οἷς ἐκ τῶν ἐναντιουμένων τῇ πλάνῃ ἐπικληθήσεται, τὴν οἰκείαν δόξαν ἐν τῇ αἰσχύνῃ τιθέμενος.

Digitized by Google
Распознавание текста ABK/FR

## ΚΕΦΑΛ. ΛΘ'.

A

*Περὶ τοῦ Ἀρνίου καὶ τῶν ἑκατὸν τεσσαρακοντατεσσάρων χιλιάδων.*

*Καὶ εἶδον· καὶ ἰδοὺ Ἀρνίον ἑστηκὸς ἐπὶ τὸ ὄρος Σιών· καὶ μετ' αὐτοῦ ἑκατὸν τεσσαρακοντατέσσαρες χιλιάδες, ἔχουσαι τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ, γεγραμμένον ἐπὶ τῶν μετώπων αὐτῶν.*

Ἀρνίον ὁ Χριστὸς ἀναμφιβόλως ὡμολόγηται. Ἐπὶ τὸ ὄρος δὲ Σιὼν οὐ τῆς παλαιᾶς ἑστὼς, ἀλλὰ τῆς νέας τῆς τοῦ ζῶντος Θεοῦ πόλεως. Αἱ δὲ *ἑκατὸν τεσσαρακοντατέσσαρες χιλιάδες*, ἢ τὸ τοῦ ἀποστολικοῦ σπόρου πολύφορον δηλοῦσι, τῆς ἐν ἑκάστῳ χάριτος δωδεκάκις χιλιοστὸν ἀπεργαζομένης, [ἤγουν] τέλειον τὸν καρπὸν τῆς τῶν σωζομένων πίστεως· ἢ B τοὺς ἀπὸ τῆς Νέας Διαθήκης παρθένους, κατά τε τὸν ἔσω, κατά τε τὸν ἔξω ἄνθρωπον, σημαίνουσιν. Ἐν γὰρ τοῖς παλαιοῖς σπάνιον τὸ τῆς παρθενίας κατόρθωμα, πλὴν σφόδρα ὀλίγοις εὑρισκόμενον· ὅθεν [καὶ] ἑτέρας ταύτας παρὰ τὰς πρότερον εἰρημένας οἰητέον, τὰς ὀνομαστὶ ἐκ τῶν φυλῶν τοῦ Ἰσραὴλ συναγομένας. Αἷς παρθενίαν οὐ προσμεμαρτύρηκε. Τούτων δὲ πάντων τὰ *μέτωπα* τῷ φωτὶ τοῦ θείου προσώπου *σφραγίζονται*· δι' οὗ τοῖς ὀλοθρευταῖς ἀγγέλοις αἰδέσιμοι φαίνονται.

## CAPUT XXXIX.

*De Agno et centum quadraginta quatuor millibus stantibus cum Agno in monte Sion.*

XIV, 1. *Et vidi, et ecce Agnus stabat supra montem Sion, et cum eo centum quadraginta quatuor millia, habentes nomen ejus, et nomen Patris ejus scriptum in frontibus suis.*

Agnum, qui hic cernitur, Christum esse extra controversiam est. Consistit autem supra montem Sion, non veteris illius civitatis, sed novæ, viventis Dei. Ipsa autem *millia* uberem multiformemque apostolici seminis gratiam denotant; ut quæ per unumquemlibet duodecies millesimum, hoc est perfectum fidei fructum in iis qui salvi fiunt, reddiderit. Aut certe millia hæc Novi Testamenti virgines secundum utrumque hominem significant: nam apud veteres virginitatis decus parum admodum receptum erat. Quare hæc millia alia esse a prioribus illis, quæ a duodecim tribubus Israel nominatim censebantur, putandum est; siquidem iis virginitatis nomen non tribuebatur. Horum autem omnium *frontes* divini vultus lumine *signatæ* conspiciuntur, per quod angelis exterminatoribus venerandi ac formidabiles apparent.

*Καὶ ἤκουσα φωνῆς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ὡς φωνῆς ὑδάτων πολλῶν, καὶ ὡς φωνῆς βροντῆς μεγάλης· καὶ φωνῆς ἤκουσα [ὡς] κιθαρῳδῶν κιθαριζόντων ἐν ταῖς κιθάραις αὐτῶν, καὶ ᾀδόντων* C *[ὡς] ᾠδὴν καινὴν ἐνώπιον τοῦ θρόνου, καὶ ἐνώπιον τῶν τεσσάρων ζώων καὶ τῶν πρεσβυτέρων.*

*Ἡ δὲ φωνὴ τῶν πολλῶν ὑδάτων καὶ τῆς βροντῆς καὶ τῶν κιθαριζόντων* τὸ διαπρύσιον δηλοῖ τῆς τῶν ἁγίων ὑμνῳδίας, καὶ τῆς ἐμμελοῦς αὐτῶν καὶ εὐήχου καὶ συμφώνου ᾠδῆς, τῆς πᾶσαν περιηχούσης τὴν τῶν ἀπογεγραμμένων ἐν οὐρανῷ πρωτοτόκων Ἐκκλησίαν καὶ πανήγυριν, καθάπερ ἐν συμφωνίᾳ χορδῶν, τῇ τῶν ἁγίων συμπνοίᾳ ἐξηχουμένην· ἣν τῇ νεκρώσει τῶν τοῦ σώματος ἐπιθυμιῶν κατώρθωσαν. Ταύτην δὲ τὴν *ᾠδὴν*, οὐδεὶς ἕτερος μαθεῖν, φησὶ, δύναται, πλὴν αὐτῶν· διότι τῷ μέτρῳ τῆς πολιτείας καὶ ἡ γνῶσις συμπαρεκτείνεται· καθὰ καὶ τοῖς ἀνθρώπων οἰκέταις ἀναλόγως τῇ εὐνοίᾳ ἡ τῶν δεσποτικῶν μυστηρίων φανέρωσις δίδοται.

XIV, 2, 3. *Et audivi vocem de cœlo tanquam vocem aquarum multarum, et tanquam vocem tonitrui magni, et vocem quam audivi, sicut citharœdorum citharizantium in citharis suis: et cantabant quasi canticum novum ante sedem, et ante quatuor animalia et seniores.*

*Vox multarum aquarum sonusque tonitrui et citharizantium*, hymnorum et laudum, quas sancti fundunt, claritatem, odæque et carminis suavitatem et (60) consonantiam significant: hæ namque, instar chordarum citharæ apte compositarum, per universam Ecclesiam, cœtumque primogenitorum in cœlo descriptorum, late circumsonant. Enimvero quod est concinna fidium consonantia, hoc sanctorum est consensio, mutuaque inter se conspiratio: ad quæ viam munit carnalis sensus mortificatio, libidinumque corporis compressio. Cæterum *musicam*, de qua hic sermo, nemo discere D aut canere poterat præter eos quos virginitatis cultus condecorabat. Quandoquidem cognitionis mensura castæ conversationis et integritatis mensuræ commensurabitur; quemadmodum secretorum manifestatio obtingere solet servis secundum magnitudinem familiaritatis quæ illis cum dominis intercedit; aut pro benevolentiæ ratione qua domini erga illos affecti sunt.

*Καὶ οὐδεὶς ἠδύνατο μαθεῖν τὴν ᾠδὴν, εἰ μὴ αἱ ἑκατὸν τεσσαρακοντατέσσαρες χιλιάδες, οἱ ἠγορασμένοι ἀπὸ τῆς γῆς. Οὗτοί εἰσιν οἱ μετὰ γυναικῶν οὐκ ἐμολύνθησαν· παρθένοι γάρ εἰσιν· οὗτοι [εἰσὶν] οἱ ἀκολουθοῦντες τῷ Ἀρνίῳ ὅπου ἂν ὑπάγῃ· οὗτοι ἠγοράσθησαν ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων, ἀπαρχὴ τῷ Θεῷ καὶ τῷ Ἀρνίῳ· καὶ ἐν τῷ στόματι αὐτῶν οὐχ εὑρέθη ψεῦδος. Ἄμωμοι γάρ εἰσι.*

XIV, 3-5. *Et nemo poterat discere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor millia, qui empti sunt de terra. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati: virgines enim sunt. Hi sequuntur Agnum quocunque iverit. Hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo et Agno; et in ore eorum non est inventum mendacium; sine macula enim sunt ante thronum Dei.*

Digitized by Google

**Post viginti quatuor seniores**, arbitramur hosce supranominatos cæteris omnibus gloria præstare; tum propter virginitatem; tum etiam propter linguæ manuumque innocentiam et puritatem; quippe qui post Christi in carnem adventum, cum virtutum splendorem nacti sunt, ut digni habiti fuerint qui ejusmodi carmen edocerentur, quod permultis non modo in mortali hac vita, verum in futuro quoque sæculo incognitum manebit. Nam etsi cognitionis perfectio tum demum obtinebitur, evacuata illa, juxta Apostolum, quæ ex parte tantum est: attamen unicuique secundum vitæ hic transactæ modum et rationem, sanctorum mysteriorum revelatio obveniet. Multæ enim apud Patrem sunt mansiones, et stella differt a stella in gloria; quemadmodum multa quoque suppliciorum sunt discrimina: a quibus nos universorum Dominus liberet, eorumque numero propter ingenitam bonitatem suam nos adscribat, qui salvi fiunt: neque ad multitudinem peccatorum nostrorum spectet, sed ad solitas suas miserationes; propter quas etiam e cœlo in terram descendit, nostræque causa pretiosum sanguinem suum largiter profudit; quo maculas sordesque nostras eluens, mundos nos Patri offerret: cui, utpote vitæ nostræ duci nostræque salutis auctori, una cum Patre et Spiritu sancto sit gloria, honor et imperium, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

A Ἡγούμεθα μέντοι τούτους μετὰ τοὺς ὠνομασμένους εἰκοσιτέσσαρας πρεσβυτέρους τῶν λοιπῶν εἶναι προὔχοντας· διά τε τὴν παρθενίαν καὶ τὸ ἐν γλώσσῃ τε καὶ χερσὶν ἄμωμον, μετὰ τὴν [τοῦ] Χριστοῦ ἐπιδημίαν κτωμένους τὴν ἐνάρετον λαμπρότητα, δι' ἧς τὴν καινὴν ᾠδὴν διδάσκονται, τὴν τοῖς πολλοῖς οὐ μόνον ἐν τῷ παρόντι βίῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι ἄγνωστον. Εἰ γὰρ [καὶ] τὸ τέλειον τῆς γνώσεως ἐλεύσεται τότε, καταργουμένης τῆς μερικῆς [γνώσεως], κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον, ἀλλ' ἀναλόγως τῇ ἐνταῦθα πολιτείᾳ τῶν ἁγίων [ἡ τῶν θείων] μυστηρίων ἔσται φανέρωσις. Πολλαὶ γὰρ μοναὶ παρὰ τῷ Πατρί· καὶ ἀστὴρ ἀστέρος διαφέρει ἐν δόξῃ· ὥσπερ καὶ πολλαὶ διαφοραὶ κολάσεων· ὧν ἡμᾶς λυτρούμενος ὁ τῶν ὅλων Κύριος, τοῖς σωζομένοις B ἐγκαταλέξαι διὰ τὴν οἰκείαν ἀγαθότητα· μὴ ἀφορῶν εἰς τὸ πλῆθος τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, ἀλλ' εἰς τοὺς οἰκείους οἰκτιρμούς, δι' οὓς ἐπὶ [τῆς] γῆς παραγέγονε, καὶ τὸ τίμιον αὐτοῦ αἷμα ὑπὲρ ἡμῶν ἐξέχεεν· ἵνα τοὺς μώμους ἡμῶν καὶ τοὺς σπίλους ἐκπλύνας, καθαροὺς προσάγῃ τῷ Πατρί· μεθ' οὗ αὐτῷ πρέπει τῷ ἀρχηγῷ [τῆς ζωῆς καὶ] τῆς σωτηρίας ἡμῶν, ἅμα τῷ παναγίῳ Πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμή, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

## CAPUT XL. SERMO XIV.

*De angelo judicium propinquum denuntiante*

XIV, 6, 7. *Et vidi alterum angelum volantem per medium cœli, habentem Evangelium æternum, ut evangelizaret sedentibus super terram, et super omnem gentem et tribum, et linguam et populum, dicentem magna voce: Timete Deum, et date illi honorem; quia venit hora judicii ejus: et adorate eum, qui fecit cœlum et terram, et mare et fontes aquarum.*

61 *Medium cœli* utrumque designat, nempe sublime præcelsumque esse quod annuntiatur; et angelum rursum qui apparet, e sublimi cœlestique loco venire: nec alia de causa missum adesse e superuis, quam ut Christi exemplo homines humi repentes per suam intercessionem transmittat ad cœlos, totumque Ecclesiæ corpus Christo capiti suo conjungat. Vocat autem *Evangelium æternum*, quod ab æterno a Deo præfinitum sit. Hoc porro exigit ut *Deum timeamus*; Antichristum autem, qui animam una cum corpore occidere non potest, nihil formidemus; quin potius animose illi obsistamus, utpote propter judicii propinquitatem, vicinamque pro meritorum ratione retributionem, ad modicum tempus dominaturo.

## ΚΕΦΑΛ. Μ'. ΛΟΓΟΣ ΙΔ'.

*Περὶ ἀγγέλου προαγορεύοντος τὴν ἐγγύτητα τῆς [μελλούσης] κρίσεως.*

C *Καὶ εἶδον [ἄλλον] ἄγγελον πετόμενον ἐν μεσουρανήματι, ἔχοντα Εὐαγγέλιον αἰώνιον, [ἐρχόμενον] εὐαγγελίσαι τοὺς καθημένους ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ [ἐπὶ] πᾶν ἔθνος καὶ φυλὴν, καὶ γλῶσσαν καὶ λαόν· λέγων ἐν φωνῇ μεγάλῃ· Φοβήθητε τὸν Θεὸν, καὶ δότε αὐτῷ δόξαν· ὅτι ἦλθεν ἡ ὥρα τῆς κρίσεως αὐτοῦ· καὶ προσκυνήσατε τῷ ποιήσαντι τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ τὴν θάλασσαν καὶ πηγὰς ὑδάτων.*

*Τὸ μεσουράνημα* [θαυμασίως] τὸ ὑψηλὸν δηλοῖ, καὶ τὸ, οὐράνιον εἶναι τὸν φανέντα ἄγγελον, ἄνωθεν πεμφθέντα πρὸς τὸ χαμόθεν τοὺς ἀνθρώπους διὰ τῆς [ἑαυτοῦ] μεσότητος ἀναγαγεῖν εἰς οὐρανοὺς τῇ οἰκείᾳ μεσιτείᾳ θεομιμήτως· ὥστε ἑνωθῆναι τὸ τῆς D Ἐκκλησίας σῶμα Χριστῷ τῇ κεφαλῇ ἡμῶν. Τὸ δὲ *αἰώνιον Εὐαγγέλιον*, τὸ ἐξ αἰῶνος τοῦτο παρὰ [τῷ] Θεῷ προωρίσθαι. Φησὶ δὲ τοῦτο, τὸν μὲν *Θεὸν φοβεῖσθαι*, μὴ δειλιᾷν δὲ τὸν Ἀντίχριστον, μὴ δυνάμενον ἀποκτεῖναι τὴν ψυχὴν σὺν τῷ σώματι· ἀλλ' εὐθύμως αὐτῷ ἀντιτάξασθαι πρὸς ὀλίγον κρατοῦντι, διὰ τὴν ἐγγύτητα τῆς κρίσεως καὶ τῆς τῶν βεβιωμένων ἀνταποδόσεως.

## CAPUT XLI.

*De angelo qui Babylonis ruinam annuntiat.*

XIV, 8. *Et alius angelus secutus est, dicens:*

## ΚΕΦΑΛ. ΜΑ'.

*Περὶ ἀγγέλου τὴν πτῶσιν Βαβυλῶνος κηρύσσοντος.*

*Καὶ ἄλλος ἄγγελος δεύτερος ἠκολούθησε, λέ-*

Digitized by Google
Распознавание текста АВК/FR

γων· Ἔπεσεν, ἔπεσε Βαβυλὼν ἡ μεγάλη· ὅτι ἐκ τοῦ οἴνου [τοῦ θυμοῦ] τῆς πορνείας αὐτῆς πεπότικε πάντα τὰ ἔθνη.

A *Cecidit, cecidit Babylon, civitas illa magna, quæ a vino iræ fornicationis suæ potavit omnes gentes.*

Βαβυλῶνα καλεῖ φερωνύμως τὴν τοῦ κόσμου [τούτου] σύγχυσιν καὶ τὴν βιωτικὴν ταραχήν· ἣν ὅσον οὔπω προλέγει πεσεῖν [ἤτοι ἐκλεῖψαι]. *Οἶνον* δὲ *θυμοῦ πορνείας* καλεῖ οὐ μόνον τὴν ἐξ εἰδωλολατρείας βακχείαν καὶ τῶν φρενῶν ἔκστασιν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐκ πάσης ἁμαρτίας μέθην καὶ παραφοράν· καθ' ἣν πάντες οἱ ἐκ Θεοῦ πορνεύοντες, κατὰ τὸ ψαλμικὸν λόγιον, ἐξολοθρεύονται. Πίπτει δὲ ἡ τοιαύτη Βαβυλὼν τέλεον, ἐν τῇ ἀναδείξει τῆς ἄνω Ἱερουσαλὴμ, ἀνασπωμένη πρόῤῥιζος, τῶν τῆς ἀνομίας ἐργατῶν πεμπομένων εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον.

Nomine ex re ipsa sumpto, mundi hujus confusionem vitæque præsentis turbas *Babylonem* appellat; quam paulo post finem facturam prædicat. Per *vinum* porro *iræ fornicationis* non idololatricam furiam mentisque a Deo alienationem tantum designat, sed quamvis quoque temulentiam animique insaniam ex quovis peccato natam; propter quam, juxta Psalmistæ oraculum, omnes quotquot fornicantur a Deo, exterminabuntur. Ruet autem hæc Babylon tum demum perfecte, radicitusque evelletur, quando, iniquitatis operariis in æternum ignem
B missis, Jerusalem illa quæ sursum est, aperte ostendetur.

## ΚΕΦΑΛ. ΜΒ'.

*Περὶ [ἑτέρου] ἀγγέλου ἀσφαλιζομένου τοὺς πιστοὺς μὴ δέξασθαι τὸν Ἀντίχριστον.*

## CAPUT XLII.

*De tertio angelo qui fideles, ne Antichristum suscipiant, graviter admonet.*

*Καὶ ἄλλος ἄγγελος τρίτος ἠκολούθησεν αὐτοῖς, λέγων ἐν φωνῇ μεγάλῃ· Εἴ τις προσκυνεῖ τὸ θηρίον καὶ τὴν εἰκόνα αὐτοῦ, καὶ λαμβάνει χάραγμα ἐπὶ τοῦ μετώπου αὐτοῦ, ἢ ἐπὶ τῆς χειρὸς αὐτοῦ· καὶ αὐτὸς πίεται ἐκ τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ τοῦ Θεοῦ τοῦ κεκερασμένου ἀκράτου ἐν τῷ ποτηρίῳ τῆς ὀργῆς αὐτοῦ· καὶ βασανισθήσεται ἐν πυρὶ καὶ θείῳ ἐνώπιον τῶν ἁγίων ἀγγέλων, καὶ ἐνώπιον τοῦ Ἀρνίου.*

XIV, 9, 10. *Et tertius angelus secutus est illos, dicens voce magna: Si quis adoraverit bestiam et imaginem ejus, et acceperit characterem in fronte sua, aut in manu sua; et hic bibet de vino iræ Dei, quod mistum est mero in calice iræ ipsius; et cruciabitur igne et sulphure in conspectu angelorum sanctorum, et ante conpectum Agni.*

Εἴ τις, φησὶ, τῷ τετηρημένῳ Ἀντιχρίστῳ ὑποκύπτει, [καὶ] δυσσεβῆ πολιτείαν μετέρχεται τὴν ἐκεῖνον εἰκονίζουσαν, καὶ ἢ λόγῳ ἢ ἔργῳ τοῦτον κηρύσσει Θεὸν (τοῦτο γὰρ δηλοῦν δύναται τὸ *ἐπὶ τοῦ μετώπου καὶ τῆς χειρὸς διδόμενον χάραγμα*), καὶ αὐτὸς κοινωνήσει αὐτῷ τῆς τοῦ τιμωρητικοῦ ποτηρίου πόσεως, *ἀκράτου* μὲν καὶ ἀμιγοῦς θείων οἰκτιρμῶν, διὰ τὸ τῆς κρίσεως δίκαιον· *κεκερασμένου* δὲ ἐκ διαφόρων τιμωριῶν, διὰ τὸ τῆς αὐθαιρέτου κακίας παλινσχιδὲς καὶ πολύτροπον. Καλῶς δὲ *οἶνος θυμοῦ* καλεῖται ἡ κόλασις, ἐπακολούθημα οὖσα τοῦ τῆς ἀσεβείας οἴνου, τοῦ τοὺς πίνοντας μεθύσκοντος· ὅτι δι' ὧν τις ἁμαρτάνει, δι' αὐτῶν καὶ κολάζεται.

C Si quis, inquit, Antichristo ob feritatem in belluam verso manus dederit, impiamque vitæ conversationem, quæ ad vivum illum exprimit, adierit, aut dicto vel facto Deum esse prædicaverit (hoc enim per *characterem qui fronti et manui imprimitur*, significatur), ipse una cum illo calicis divinæ iræ particeps erit, hoc est, omnis commiserationis expers. Dicitur autem hic *calix merus*, propter judicii æquitatem; at vero propter peccati sponte electi ultroque perpetrati multiplicitatem et diversitatem, ex variis cruciatibus pœnarumque generibus mistus. Percommode autem cruciatus *iræ vinum* appellatur; quippe quod ex impietatis uva confletur: quod quidem inebriat omnes quotquot ex illo bibunt: nam per quæ quis peccavit, per ea puniri quoque solet.

*Καὶ ὁ καπνὸς τοῦ βασανισμοῦ αὐτῶν εἰς αἰῶνα αἰώνων ἀναβαίνει.* D

XIV, 11. *Et fumus tormenti eorum ascendit in sæcula sæculorum.*

Τὸν δὲ *καπνὸν* τοῦ βασανισμοῦ, ἢ τὸ ἆσθμα δεῖ νοεῖν τὸ ἐκ τῶν κολαζομένων κάτωθεν μετὰ στεναγμῶν ἀναδιδόμενον· ἢ καπνὸν τὸν τοῦ πυρὸς ἐκπεμπόμενον, τοῦ τοὺς ἐκπεπτωκότας κολάζοντος. *Εἰς αἰῶνα* δὲ *αἰώνων αὐτὸν ἀναβαίνειν* λέγεται, ἵνα μάθωμεν ἀτελεύτητον εἶναι τὴν κόλασιν τῶν ἁμαρτωλῶν, ὥσπερ καὶ τὴν τῶν δικαίων τρυφὴν αἰώνιον.

62 Aut per *fumum* hunc intelligere oportet inflammatum halitum quem in tormentis constituti, ex imo pectore continuo non absque suspiriis emittunt; aut illum certe quem ignis, qui eos punit et incendit, qui in illum inciderunt, suffitum emittit. Dicitur hic autem *fumus in sæcula sæculorum ascendere*; quo hinc discamus, ut justorum voluptas et gloria finem nescit, ita nec peccatorum quoque supplicia ullo unquam tempore finem habitura.

*Καὶ οὐκ ἔχουσιν ἀνάπαυσιν ἡμέρας καὶ νυκτὸς οἱ προσκυνοῦντες τὸ θηρίον καὶ τὴν εἰκόνα αὐτοῦ· καὶ εἴ τις λαμβάνει τὸ χάραγμα τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ.*

*Nec habent requiem die ac nocte, qui adoraverunt bestiam et imaginem ejus, et si quis acceperit characterem nominis ejus.*

Digitized by Google
Распознавание текста АВК/FR

Futuri sæculi statum, in quo impios nullam requiem habituros prædicit, *diem ac noctem* vocat; non quasi ibi exstet spatium quod diurno solis motu mensuretur; sed quia ad præsentis temporis consuetudinem, quod per noctes et dies conficitur, numeratur: aut per *diem*, vitæ ratio quam sancti tenent, denotatur; per *noctem* autem impiorum hominum cruciatus; quos præ cæteris apud inferos luent illi qui per ea quæ perpetrant, diaboli studium ne fariasque ejusdem contra Christum blasphemias, quasi ad vivum exprimunt, quique pessimum et infame illud Antichristi nomen, tanquam rem pretiosam cordibus suis inscribunt.

XIV, 12. *Hic patientia sanctorum est, qui custodiunt mandata Dei et fidem Jesu.*

Impii, ait, post hanc vitam in omne ævum torquebuntur. At sancti vero, qui hic patientiæ fortitudinem ostendunt, et tempore hoc quod cito præterit, divina præcepta fideliter custodiunt, et fidem quæ in Christum est, inviolatam conservant, in æternum cum illo regnabunt.

XIV, 13. *Et audivi vocem de cælo dicentem mihi: Scribe: Beati mortui qui in Domino moriuntur, a modo. Sane, dicit Spiritus: ut requiescant a laboribus; opera autem illorum sequuntur illos.*

Vox de cœlo lapsa, non omnes mortuos beatos prædicat, sed illos duntaxat qui in Domino vitæ finem faciunt: cujusmodi inter cæteros sunt, qui jam ante mundo mortui, Christi Jesu mortificationem in corpore suo portabant, unamque cum illo crucem circumferebant. Talium namque ex corpore exitus, veram a laboribus requiem affert. Quod autem ex operibus nascitur, illud immarcescibilium coronarum gloriosorumque præmiorum causa exsistit. Quæ quidem coronæ et præmia multis partibus excedunt certamina et pugnæ labores, quos Christi Dei nostri milites contra virtutes et potestates quæ sub aspectum non cadunt, desudant. Neque enim præsentis vitæ passiones condignæ sunt ad futuram gloriam, quæ in illis, juxta Apostolum, revelabitur, qui Deo placuerunt. Quam si nos ex animo desideramus, citra intermissionem Dominum precemur, hac vel alia simili oratione utentes: Inclina, Domine, cor meum in testimonia tua; averte ab omni vanitate oculos nostros; neque intres in judicium cum servis tuis, Domine; quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens, quin potius opulentis tuis miserationibus nos visites et protegas: quoniam tuum, **63** Pater, et Fili, et Spiritus sancte, est imperium, et regnum, et virtus, et gloria, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

*Καὶ οὐκ ἔχουσιν ἀνάπαυσιν ἡμέρας καὶ νυκτός.* — *Ἡμέραν καὶ νύκτα* λέγει, οὐχ ὡς ἡλίῳ μετρουμένην τὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος κατάστασιν, ἐν ᾗ μὴ ἔχειν ἀνάπαυσιν τοὺς ἀσεβεῖς προαγορεύει· ἀλλ' ἢ πρὸς τὴν ἐν τῷ παρόντι χρόνῳ συνήθειαν τῷ νυξὶ καὶ ἡμέραις ἀριθμουμένῳ· ἢ *ἡμέρας* μὲν, τῆς τῶν ἁγίων ζωῆς νοουμένης· *νυκτὸς* δὲ, τῆς τῶν βεβήλων κολάσεως· ἧς τεύξονται οἱ τὰς διαβολικὰς πράξεις καὶ τὰς κατὰ Χριστοῦ βλασφημίας, δι' ὧν πράττουσιν, εἰκονίζοντες, τὴν εἰκόνα τοῦ ἀποστάτου θηρὸς καὶ τὸ τούτου ὄνομα ταῖς ἑαυτῶν καρδίαις [τὸ ἄτιμον] ὡς τίμιον ἐγχαράττοντες.

*Ὧδε ἡ ὑπομονὴ τῶν ἁγίων ἐστίν· ὧδε οἱ τηροῦντες τὰς ἐντολὰς [τοῦ Θεοῦ] καὶ τὴν πίστιν Ἰησοῦ [Χριστοῦ].*

*Ὧδε ἡ ὑπομονὴ τῶν ἁγίων ἐστίν.* — Οἱ μὲν ἀσεβεῖς, φησὶ, διηνεκῶς ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι βασανισθήσονται· οἱ δὲ ἅγιοι, ὧδε τὴν τῆς ὑπομονῆς καρτερίαν ἐπιδείκνυνται, ἐν χρόνῳ ταχέως παραῤῥέοντι, τὰς θείας ἐντολὰς καὶ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν ἄσυλον φυλάττοντες.

*Καὶ ἤκουσα φωνῆς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ λεγούσης μοι· Γράψον· Μακάριοι οἱ νεκροὶ οἱ ἐν Κυρίῳ ἀποθνήσκοντες ἀπάρτι. Ναὶ, λέγει τὸ Πνεῦμα· ἵνα ἀναπαύσωνται ἐκ τῶν κόπων αὐτῶν. Τὰ δὲ ἔργα αὐτῶν ἀκολουθεῖ μετ' αὐτῶν.*

Ἡ δὲ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ φωνὴ οὐ πάντας μακαρίζει τοὺς νεκροὺς, ἀλλὰ τοὺς ἐν Κυρίῳ ἀποθνήσκοντας, τοὺς νεκρωθέντας τῷ κόσμῳ, καὶ τὴν νέκρωσιν τοῦ Ἰησοῦ ἐν τῷ σώματι περιφέροντας, καὶ [τῷ] Χριστῷ συμπάσχοντας. Ἐκείνοις γὰρ ὄντως ἡ τοῦ σώματος ἔξοδος, κόπων ἀνάπαυσις· ἡ δὲ τῶν ἔργων ἀκολούθησις, στεφάνων ἀμαράντων καὶ βραβείων δόξης ὑπόθεσις· πολλῷ τῷ μέτρῳ ὑπερνικώντων τῶν ἐπάθλων τοὺς ἄθλους, οὓς πρὸς τὰς ἀοράτους δυνάμεις οἱ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἀγωνισταὶ διήθλησαν. *Οὐ γὰρ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ, πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλύπτεσθαι τοῖς τῷ Θεῷ εὐαρεστοῦσι*, καθώς φησιν ὁ Ἀπόστολος· ἧς καὶ ἡμᾶς ὀρεγομένους, ἀπαύστως δεῖ τῷ Θεῷ προσεύχεσθαι, λέγοντας· Κλῖνον τὰς καρδίας ἡμῶν, Κύριε, εἰς τὰ μαρτύριά σου· καὶ ἀπόστρεψον τοὺς ὀφθαλμοὺς ἡμῶν ἐκ πάσης ματαιότητος· καὶ μὴ εἰσέλθῃς εἰς κρίσιν μετὰ τῶν δούλων σου· ὅτι οὐ δικαιωθήσεται ἐνώπιόν σου πᾶς ζῶν· ἀλλὰ τοῖς πλουσίοις σου οἰκτιρμοῖς ἐπίσκεψαι ἡμᾶς· ὅτι σὸν [τὸ ἔλεος καὶ] τὸ κράτος καὶ ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις καὶ ἡ δόξα, τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

## CAPUT XLIII. SERMO XV.

*Ut is qui super nubem sedebat, falce ea demetat quæ oriuntur e terra.*

XIV, 14. *Et vidi, et ecce nubem candidam, et super nubem sedentem similem Filio hominis, haben-*

## ΚΕΦΑΛ. ΜΓ'. ΛΟΓΟΣ ΙΕ'.

*Ὅπως ὁ ἐν τῇ νεφέλῃ καθήμενος τῷ δρεπάνῳ συντελέσει τὰ ἐκ τῆς γῆς βλαστάνοντα.*

*Καὶ εἶδον· καὶ ἰδοὺ νεφέλη λευκή· καὶ ἐπὶ τῆς νεφέλης καθήμενος ὅμοιος Υἱῷ ἀνθρώπου,*

Digitized by Google

*ἔχων ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ στέφανον χρυσοῦν* [*καὶ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ δρέπανον ὀξύ*].

*Νεφέλην* νοοῦμεν [ἢ] αἰσθητὴν, τὴν ὑπολαβοῦσαν [τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν] τὸν Χριστὸν ἀπὸ τῶν ἀποστολικῶν ὀφθαλμῶν· ἢ ἀγγελικήν τινα δύναμιν, διὰ τὸ καθαρὸν καὶ μετέωρον, ὥς φησιν ὁ Ψαλμῳδός· *Καὶ ἐπέβη ἐπὶ χερουβὶμ, καὶ ἐπετάσθη*. Διὸ λογιζόμεθα τὸν Χριστὸν εἶναι [τὸν] ἐπὶ τῆς νεφέλης ὀπτανθέντα Υἱῷ ἀνθρώπου ὅμοιον· τὸν δὲ ἐπ' αὐτῷ *στέφανον* σημαντικὸν εἶναι τῆς βασιλείας, τῶν τε ὁρατῶν καὶ ἀοράτων δυνάμεων· *χρυσοῦν* δὲ τοῦτον, διὰ τὸ παρ' ἡμῖν τῆς ὕλης ταύτης τίμιον. Τὸ δὲ *δρέπανον*, συντελείας δηλωτικόν. Καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος θερισμὸν τὴν τοῦ κόσμου συντέλειαν ἐκάλεσεν.

A *tem in capite suo coronam auream, et in manu sua falcem acutam.*

Per *nubem* sensilem accipere licet, cujusmodi fuit illa quæ Christum ex oculis apostolorum suscepit, aut aliquam certe angelicam virtutem: sunt enim hæ suapte natura puræ, et instar nubium sublimes. Notum est namque illud Psalmistæ: *Ascendit super Cherubim, et volavit* [37]. Per eum igitur qui super nubem sedere, hominisque similitudinem præ se ferre visus est, Christum denotatum arbitramur. *Corona* autem capiti illius imposita Regem, rerumque omnium, tam aspectabilium quam inaspectabilium, Dominum esse ostendit. Additur porro coronam hanc fuisse *auream*, propterea quod materia hæc apud nos illustris splendoris, eximiique valoris exsistat. *Falx* denique, quam manu tenebat, consummationis est symbolum: nam ipse quoque Dominus sæculi consummationem per *messem* designat.

*Καὶ ἄλλος ἄγγελος ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, κράζων ἐν φωνῇ μεγάλῃ τῷ καθημένῳ ἐπὶ τῆς νεφέλης· Πέμψον τὸ δρέπανόν σου, καὶ θέρισον· ὅτι ἦλθέν* [*σου*] *ἡ ὥρα θερίσαι· ὅτι ἐξηράνθη ὁ θερισμὸς τῆς γῆς. Καὶ ἔβαλεν ὁ καθήμενος ἐπὶ τῆς νεφέλης τὸ δρέπανον αὐτοῦ ἐπὶ τὴν γῆν· καὶ ἐθερίσθη ἡ γῆ.*

Ἡ δὲ τοῦ ἄλλου ἀγγέλου κραυγὴ περιφραστικῶς δηλοῖ τὴν ἱκεσίαν πασῶν τῶν οὐρανίων δυνάμεων, ἐφιεμένων τὴν μὲν τῶν δικαίων τιμὴν, τὴν δὲ τῶν ἁμαρτωλῶν τῆς ἀνομίας ἐκκοπὴν θεάσασθαι· ἐφ' ᾧ παύσασθαι τὰ κινούμενα καὶ παραῤῥέοντα, φανερωθῆναι δὲ τὰ ἀκίνητα καὶ μένοντα. Τὸ γὰρ *ξηρανθῆναι τὸν θερισμὸν* δηλοῖ τὸ φθάσαι τὸν τῆς συντελείας καιρὸν, ὅτε πεπανθεὶς ὡς σῖτος ὥριμος ὁ τῆς εὐσεβείας σπόρος τῶν οὐρανίων ἀποθηκῶν ἀξιωθήσεται, εἰς τριάκοντα καὶ ἑξήκοντα καὶ ἑκατὸν τῷ γεωργῷ τὴν καρποφορίαν παρεχόμενος.

B XIV, 15, 16. *Et alius angelus exivit de templo, clamans voce magna ad sedentem super nubem: Mitte falcem tuam, et mete; quia venit hora ut metatur; quoniam aruit messis terræ. Et misit qui sedebat super nubem, falcem suam super terram, et demessuit eam.*

*Vox* isthæc angeli et *clamor* periphrastice communes angelicarum virtutum preces, communeque sanctorum omnium desiderium significat. Omnes namque justorum honorem et gloriam, peccatique et iniquorum excisionem videre gestiunt; quo fluxa tandem motuique obnoxia desinant, succedant autem et sese prodant stabilia fixeque consistentia. Cum vero *messem aruisse* C clamat, consummationis tempus præ foribus vigere indicat; quando nimirum frumentum maturum semenque pietatis in trigesimum, sexagesimum et centesimum multiplicatum, dignum censebitur quod tempestive in cœleste horreum inferatur.

## ΚΕΦΑΛ. ΜΔ'.

*Περὶ* [*τοῦ*] *ἀγγέλου* [*τοῦ*] *τρυγῶντος τὴν τῆς πικρίας ἄμπελον.*

*Καὶ ἄλλος ἄγγελος ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ ναοῦ τοῦ ἐν τῷ οὐρανῷ, ἔχων καὶ αὐτὸς δρέπανον ὀξύ.*

Εἰ καὶ ὁ Χριστὸς ὀνομάζεται *μεγάλης βουλῆς* τῆς τοῦ Πατρὸς Ἄγγελος, ἀλλ' ὁ παρὼν τῶν λειτουργικῶν εἶναι δυνάμεων ἐκ τῶν ἑξῆς δείκνυται· ἐκ μὲν τοῦ ἐν οὐρανοῖς ναοῦ σὺν ὀξεῖ δρεπάνῳ ἐξερχόμενος, τὴν δὲ τῶν λίαν ἀσεβῶν τρύγην ποιησόμενος.

*Καὶ ἄλλος ἄγγελος ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου, ἔχων ἐξουσίαν ἐπὶ τοῦ πυρός· καὶ ἐφώνησε κραυγῇ μεγάλῃ τῷ ἔχοντι τὸ δρέπανον τὸ ὀξὺ, λέγων· Πέμψον σου τὸ δρέπανον τὸ ὀξύ· καὶ τρύγησον τοὺς βότρυας τῆς ἀμπέλου τῆς γῆς· ὅτι ἤκμασαν αἱ σταφυλαὶ αὐτῆς.*

Ἐκ δὲ τοῦ εἰπεῖν, ἄλλον ἄγγελον ἐξελθεῖν ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ἔχειν ἐξουσίαν ἐπὶ τοῦ πυρὸς, μανθάνομεν τὰς ἀγγελικὰς δυνάμεις ἐπι-

## CAPUT XLIV.

*De angelo amaritudinis vitem vindemiante.*

XIV, 17. *Et alius angelus exivit de templo, quod est in cœlo, habens et ipse falcem acutam.*

Etsi Christus Dominus magni paternique *consilii Angelus* nominetur, præsentis tamen loci angelum unam ex ministratoriis virtutibus esse, ex sequentibus demonstratur; siquidem ex templo, quod in D cœlo exstat, egressus, falceque acuta instructus, hominum insigniter impiorum vindemiam facit.

XIV, 18. *Et alius angelus exivit de altari, qui habebat potestatem super ignem: et clamavit voce magna ad eum qui habebat falcem acutam, dicens: Mitte falcem tuam acutam, et vindemia botros vineæ terræ; quoniam maturæ sunt uvæ ejus.*

**64** Ex hoc loco, ut ex aliis quoque nonnullis, discimus, Deum *angelicas virtutes* rebus abs se creatis administrandis præfecisse: unam quidem aquis,

[37] Psal. XVII, 11.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

aliam autem igni, aliam denique alteri universitatis parti. Hunc igitur angelum, quod igni præpositus vim munusque puniendi sortitus esset, unum ex supremis exstitisse conjicimus. Quare clara quoque voce alteri illi, qui falcem acutam habebat, ut vineæ terræ botros vindemiet, imperat. Per *botros* autem impii illi et iniqui homines designantur, qui calicem iræ divinæ implent, furoremque draconum et fel aspidum pro vino lætitiæ optimo colono proferre non dubitant.

A τετάχθαι τοῖς κτίσμασι, τὴν μὲν τοῖς ὕδασι, τὴν δὲ τῷ πυρὶ, τὴν δὲ ἑτέρῳ τινὶ μέρει τῆς κτίσεως. Τούτου τοίνυν τὸ τιμωρητικὸν, διὰ τοῦ ἐπιτετάχθαι τῷ πυρὶ, μανθάνομεν· τῶν ὑπερτέρων ἀγγέλων ὄντος. Ἐγκελεύσασθαι δέ φησι μετὰ κραυγῆς καὶ τῷ δρέπανον ἔχοντι, τρυγῆσαι τοὺς τῆς ἀμπέλου τῆς γῆς *βότρυας*· δι' ὧν οἱ τὸ ποτήριον τοῦ θυμοῦ Κυρίου πληροῦντες ἀσεβεῖς καὶ παράνομοι χαρακτηρίζονται· θυμὸν δρακόντων καὶ θυμὸν ἀσπίδων ἀντὶ οἴνου εὐφροσύνης τῷ ἀγαθῷ γεωργῷ καρποφορήσαντες.

XIV, 19. *Et misit angelus falcem suam acutam in terram, et vindemiavit vineam terræ, et misit in lacum iræ Dei magnum.*

*Καὶ ἔβαλεν ὁ ἄγγελος τὸ δρέπανον αὐτοῦ [εἰς τὴν γῆν], καὶ ἐτρύγησε τὴν ἄμπελον τῆς γῆς· καὶ ἔβαλεν εἰς τὴν ληνὸν τοῦ θυμοῦ τοῦ Θεοῦ τὴν μεγάλην.*

*Lacus iræ Dei* non est alius quam locus suppliciorum, qui diabolo et angelis ejus præparatus est. Asseritur hic autem *magnus*, propter illorum multitudinem, qui pœnas in illo pendunt. Lata enim porta et spatiosa est via, quæ ducit ad perditionem; et multi sunt qui intrant per eam.

B *Ληνὸς* δὲ τοῦ Θεοῦ ὁ τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἡτοιμασμένος χῶρος κολάσεως· *μεγάλη* μέντοι, διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐν αὐτῇ βασανιζομένων. Πλατεῖα γὰρ ἡ τῆς ἀπωλείας ὁδὸς καὶ εὐρύχωρος.

XIV, 20. *Et calcatus est lacus extra civitatem; et exivit sanguis de lacu usque ad frenos equorum per stadia mille sexcenta.*

*Καὶ ἐπατήθη ἡ ληνὸς ἔξω τῆς πόλεως· καὶ ἐξῆλθεν αἷμα ἐκ τῆς ληνοῦ, ἄχρι τῶν χαλινῶν τῶν ἵππων ἀπὸ σταδίων χιλίων ἑξακοσίων* [ξξ].

* [*Extra justorum civitatem lacus hic calcatur:* neque enim par est ut virga peccatorum, ad sortem justorum aliquando appropinquet. Nam ut utrorumque vita et mores fuere dispares, ita domicilio quoque et statione inter se communicare non debent. Per *sanguinem* autem, qui ex judicio obnoxiis, dum in lacu calcantur, funditur, justum incorruptumque Dei judicium significatur. *Sanguis* autem *uvæ* est vinum; *vini* autem *puri calix plenus* offertur, propter divinam iram; qua sæviente, cruciatus qui pœnam promeritos excepturus est, usque ad equorum (hoc est, lascivorum illorum hominum) frena pertinget; et merito, ut qui nullum, dum viverent in carnis voluptatibus, frenum agnoverint, neque ullum unquam adhibere studuerint. Additur porro *ad mille sexcenta stadia dimanasse sanguinem*, ad designandum consummatam hominum illorum nequitiam, pœnæque magnitudinem; siquidem *millenarius numerus* inter omnes est perfectissimus et consummatissimus. *Sexcentesimo* adhæc Noe anno peccatum aqua obrutum novimus. Fit autem mentio *senarii;* quia creaturam sex dierum spatio conditam improbis suis studiis contumelia affecerunt. Sex denique dierum numerus, in quibus mundus constitutus est, operationis est symbolum.]

*Καὶ ἐπατήθη ἡ ληνὸς ἔξω τῆς πόλεως.* — [*Ἔξω μὲν τῆς τῶν δικαίων πόλεως ἡ ληνὸς πατηθήσεται.* Οὐδαμοῦ γὰρ τῷ κλήρῳ τούτῳ ἡ ῥάβδος τῶν ἁμαρτωλῶν ἐγγιεῖ, κατὰ τὸ προφητικὸν λόγιον· ἄμικτος γὰρ ἡ τούτων ἔσται κατοίκησις, καθάπερ C καὶ ὁ τρόπος γεγένηται. *Αἷμα* δὲ ἐκ τῶν ὑποδίκων πατουμένων χεόμενον, τὴν δικαίαν καὶ ἀδέκαστον τοῦ Θεοῦ κρίσιν κέκληκεν. *Αἷμα* δὲ *σταφυλῆς*, οἶνος. *Οἴνου* δὲ *ἀκράτου πλήρης*, διὰ τὸ τῆς θείας ὀργῆς ποτήριον· δι' οὗ ἡ ληψομένη τοὺς ἀξίους δείκνυται κόλασις· μέχρι μὲν τῶν χαλινῶν, ὡς θηλυμανῶν ἵππων, φθάνουσα· διότι χαλινὸν ἐν ταῖς ἡδοναῖς καὶ ταῖς ἀθεμιτουργίαις οὐκ ἔγνωσαν. *Ἀπὸ χιλίων* δὲ *καὶ ἑξακοσίων σταδίων προϊοῦσα*, διὰ τὸ τῆς πονηρίας αὐτῶν τέλειον· ἡ χιλιὰς γὰρ, ἀριθμῶν τελειότατος· *ἑξακοσιοστῷ* δὲ ἔτει τοῦ Νῶε τὴν ἁμαρτίαν ὕδατι κατακλυσθεῖσαν ἔγνωμεν· ἓξ δὲ, ὅτι τὴν ἐν ἑξαημέρῳ γεγενημένην κτίσιν τοῖς πονηροῖς καθύβρισαν ἐπιτηδεύμασιν· ἐργασίας δὲ ὁ τῶν ἓξ ἡμερῶν ἀριθμὸς σύμβολον, ἐν αἷς ὁ κόσμος D συνέστη.]

Ut suppliciorum locus extra cœlestis Jerusalem civitatem est positus, ita illi quoque qui eidem addicti sunt. Porro autem quod *sanguis illorum usque ad equorum frena ascendisse*, seseque *ad mille sexcenta stadia diffudisse* hic dicitur, istud ad insinuandam pœnarum prolixitatem et gravitatem, quæ per angelos crucitatibus præfectos irroganda est, pertinere videtur. Siquidem hos equorum nomine Scriptura sacra alicubi designat: nec enim alio spectat illud: *Ascendes super equum* 65

Καὶ γὰρ ἔξω τῆς ἐπουρανίου πόλεως Ἱερουσαλὴμ ὁ τῆς βασάνου τόπος καὶ τῶν ταύτης ἀξίων. Τὸ δὲ, *τὸ αἷμα αὐτῶν ἄχρι τῶν χαλινῶν τῶν ἵππων φθάσαι ἀπὸ σταδίων χιλίων ἑξακοσίων*, σημαίνειν εἰκὸς τοὺς τιμωροὺς ἀγγέλους, οὓς τροπικῶς *ἵππους* ὀνομάζειν τῇ θείᾳ Γραφῇ σύνηθες. Μέχρι δὲ τῶν χαλινῶν αὐτῶν φθάνειν τὰς ἐκείνων οἰμωγὰς αἰκιζομένων· χαλινοὺς δὲ αἱ ἅγιαι δυνάμεις τὸ θεῖον ἔχουσι πρόσταγμα· ᾧ ἡνιοχοῦνται πρὸς τὰ κελευόμενα. Ὥς φησιν Ἀββακούμ· *Ἐπιβήσῃ ἐπὶ τοὺς ἵππους σου*·

Digitized by Google
Распознавание текста АВК/FR

καὶ τὰ Ἄσματα· *Τῇ ἵππῳ μου ἐν ἅρμασι Φαραὼ ὡμοίωσά σε.* Δυνατὸν δὲ καὶ ἑτέρως νοηθῆναι. Ὥσπερ ἐπειδὴ ἵπποι θηλυμανεῖς ἐγκείμενοι ταῖς ἡδοναῖς γεγόνασιν, ἄχρι τῶν *χαλινῶν* ταῖς τιμωρίαις ληφθήσονται, ἤτοι ταῖς κολάσεσι κατασχεθήσονται· ὅτι χαλινὸν ἐν ταῖς ἡδοναῖς οὐκ ἔγνωσαν. Διὰ δὲ τῶν *χιλίων ἑξακοσίων σταδίων* τὸ μέγα χάσμα τὸ διορίζον τοὺς δικαίους ἀπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν διδασκόμεθα· διὰ τὸ ἐν πονηρίᾳ τέλειον, καὶ τὸ βδελυκτὸν ἐν ταῖς πράξεσιν· *τῆς* μὲν *δεκάδος* τῶν ἑκατοντάδων δηλώσης τῆς κακίας τὸ μέγεθος· *τῆς* δὲ *ἑξάδος* αὐτῶν, τὴν ἐπιμελῆ τῆς ἁμαρτίας ἐργασίαν· διὰ τὴν παράχρησιν τῆς ἐν ἑξάδι ἡμερῶν δημιουργηθείσης κτίσεως· καὶ τὸ ἐν *ἑξακοσιοστῷ* ἔτει τοῦ Νῶε πᾶσαν κατακλυσθῆναι τὴν ἤπειρον.

*tuum*[38]; et illud rursum: *Equæ meæ in curribus Pharaonis assimilavi te*[39]. Pertingit autem peccatorum qui cæduntur, ejulatus et sanguis, usque ad *equorum frenos*, hoc est, usque ad præcepti limitem, quem ea de re Deus præfinivit. *Frenum* enim sanctæ illæ virtutes aliud non agnoscunt, quam divinum præceptum: hoc uno namque diriguntur et impelluntur ad ea omnia exsequenda quæ in mandatis habent. Potest aliter quoque hic locus exponi: nam cum iniqui prævaricatores instar equorum, qui præ cæteris animantibus lascivi, superbi et furiosi sunt, voluptatibus usque ad fastidium incubuerint, digni sunt qui *usque ad frenos* suppliciis vicissim immergantur. Quid enim justius quam ut ii qui nullum in flagitiis modum tenuerunt, nulla pariter in pœnis relaxatione potiantur? Per *mille* autem et *sexcenta stadia* magnum illud chaos, quod inter justos et peccatores interjectum est, designatur. Tum consummata eorum de quibus hic sermo est nequitia, summaque in operibus abominatio: *decade* quidem ex centenis, perfectam malitiæ magnitudinem significante; *hexade* vero eorumdem centenorum, accuratum deque industria susceptum peccandi studium, fœdumque creaturæ, quæ sex dierum spatio condita est, abusum: *sexcentesimo* denique Noachi anno universam terram diluvii aquis prostratam jacuisse.

## ΚΕΦΑΛ. ΜΕ'.

*Περὶ τῶν ἑπτὰ ἀγγέλων τῶν ἐπαγόντων τοῖς ἀνθρώποις τὰς πρὸ τῆς συντελείας πληγάς· καὶ περὶ τῆς ὑαλίνης θαλάσσης [ἣς ἑώρακεν ἐν τῇ Ἀποκαλύψει].*

*Καὶ εἶδον ἄλλο σημεῖον ἐν τῷ οὐρανῷ μέγα καὶ θαυμαστόν· ἀγγέλους ἑπτὰ ἔχοντας ἑπτὰ πληγὰς τὰς ἐσχάτας· ὅτι ἐν αὐταῖς ἐτελέσθη ὁ θυμὸς τοῦ Θεοῦ.*

Πανταχοῦ τὸν *ἕβδομον* ἀριθμὸν παραλαμβάνει· τὰς ἐν ταῖς ἑπτὰ ἡμέραις τοῦ παρόντος αἰῶνος τολμωμένας ἀδικίας, ἑπτὰ πληγαῖς καὶ ἑπτὰ ἀγγέλοις σημαίνων ἀνασταλλεσθαι· μεθ' ἃς τὴν μέλλουσαν τῶν ἁγίων διαγωγὴν διὰ τῆς *ὑαλίνης θαλάσσης* ἐντάττεσθαι.

*Καὶ εἶδον ὡς θάλασσαν ὑαλίνην μεμιγμένην πυρὶ, καὶ τοὺς νικῶντας ἐκ τοῦ θηρίου καὶ ἐκ τῆς εἰκόνος αὐτοῦ, καὶ ἐκ τοῦ χαράγματος αὐτοῦ, καὶ ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, ἑστῶτας ἐπὶ τὴν θάλασσαν τὴν ὑαλίνην, ἔχοντας κιθάρας τοῦ Θεοῦ.*

Τὴν *ὑαλίνην* δὲ *θάλασσαν* σημαίνειν ἡγούμεθα τό τε πλῆθος τῶν σωζομένων, τῆς τε μελλούσης λήξεως τὴν καθαρότητα, καὶ τὴν τῶν ἁγίων λαμπρότητα, ἣν ταῖς τῆς ἀρετῆς μαρμαρυγαῖς ἐκλάμψουσιν [ὡς ὁ ἥλιος]. Τὸ δὲ μεμῖχθαι ἐκεῖ πῦρ τὸ γεγραμμένον τῷ Ἀποστόλῳ, [τὸ φάσκον;] *Ἑκάστου τὸ ἔργον, ὁποῖόν ἐστι, τὸ πῦρ δοκιμάσει*, νοεῖσθαι δυνατόν· εἰ καὶ τοὺς καθαροὺς καὶ ἀκιβδήλους τοῦτο οὐ λυμαίνεται, διακοπτόμενον [ἀφειδῶς] εἰς διττὰς ἐνεργείας, κατὰ τὸ ψαλμικὸν λόγιον· καὶ τοῦ μὲν καυστικοῦ τοῖς ἁμαρτωλοῖς, τοῦ δὲ φωτιστικοῦ τοῖς δικαίοις ἀπονεμηθησομένου, ὡς νενόηκεν ὁ μέγας Βασίλειος. Εἰκὸς δὲ διὰ τοῦ *πυρὸς* καὶ τὴν θείαν γνῶσιν καὶ τὴν τοῦ ζωοποιοῦ Πνεύματος χάριν γι-

## CAPUT XLV.

*De septem angelis, qui ante sæculi finem septem plagas hominibus inferunt, deque mari vitreo.*

XV, 1. *Et vidi aliud signum in cœlo magnum et mirabile; angelos septem habentes plagas septem novissimas; quoniam in illis consummata est ira Dei.*

Ubique fere *septenarium numerum* assumit evangelista. Docet autem hic fore ut per septem angelos totidemque plagas, iniquitates quæ intra septenarium dierum numerum in præsenti hoc sæculo temere perpetrantur, comprimantur et coerceantur: post has autem illatas, sanctorum vitam et gloriam per *mare vitreum* designatam, exordium facturam.

XV, 2. *Et vidi tanquam mare vitreum mistum igne, et eos qui vicerunt bestiam et imaginem ejus, et characterem ejus, et numerum nominis ejus, stantes super mare vitreum, habentes citharas Dei.*

*Mare vitreum* eorum multitudinem qui salvi fiunt, futuræque quietis puritatem, tum ipsorum quoque sanctorum splendorem, significare arbitramur. Hi enim, virtutum radiis ornati, instar solis lucebunt. Quod autem mare illud *ignem admistum* habere perhibetur, ad apostolicum illud referri potest: *Uniuscujusque opus quale sit ignis probabit*[40]; etsi interim ignis ille ejus naturæ exsistat, ut puris sinceræque fidei et vitæ hominibus nihil quidquam noceat: disciditur enim vis ejus citra ullam confusionem in diversas vires et operationes, secundum prophetæ oraculum. Enimvero quod in eo adurendi virtutem sortitum latet, hoc peccatoribus tribuitur: quod vero illuminare natum est, hoc ad

[38] Habac. III, 8. [39] Cant. I, 8. [40] I Cor. III, 13.

Digitized by Google
Распознавание текста ABK/FR

justos, uti magnus Basilius interpretatur, transmittitur. Sunt quoque qui per *ignem* divinam notitiam, aut vivifici Spiritus gratiam significari volunt. In igne enim Moysi visus est Deus : in specie rursum ignitarum linguarum super apostolos descendit Spiritus sanctus. Per *citharas* **66** vero membrorum mortificationem, beneque compositam vitæ rationem, divini Spiritus plectro per virtutum concentum rite moderatam, insinuat.

A νώσκεσθαι. Ἐν πυρὶ γὰρ ὤφθη τῷ Μωϋσῇ ὁ Θεός· καὶ ἐν εἴδει γλωσσῶν πυρὸς τὸ [ἅγιον] Πνεῦμα τοῖς ἀποστόλοις ἐπεφοίτησε. Τὰς δὲ *κιθάρας* ἐμφαίνειν τὴν τῶν μελῶν νέκρωσιν, καὶ τὴν ἐμμελῆ ζωὴν ἐν συμφωνίᾳ τῶν ἀρετῶν, κρουομένην τῷ πλήκτρῳ τοῦ θείου Πνεύματος.

XV, 3, 4. *Et cantantes canticum Moysi servi Dei, et canticum Agni dicentes : Magna et admirabilia sunt opera tua, Domine Deus omnipotens : justæ et veræ sunt viæ tuæ, Rex sæculorum. Quis non timebit te, Domine, et magnificabit nomen tuum? quia solus pius es : quoniam omnes gentes venient, et adorabunt in conspectu tuo, quoniam judicia tua manifesta sunt.*

*Καὶ ᾄδοντας τὴν ᾠδὴν Μωϋσέως τοῦ δούλου τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν ᾠδὴν τοῦ Ἀρνίου, λέγοντας· Μεγάλα καὶ θαυμαστὰ τὰ ἔργα σου, Κύριε ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ· δίκαιαι καὶ ἀληθιναὶ αἱ ὁδοί σου, βασιλεῦ τῶν ἐθνῶν· τίς οὐ μὴ φοβηθῇ, Κύριε, καὶ δοξάσῃ τὸ ὄνομά σου; Ὅτι μόνος εἶ* B *ἅγιος· ὅτι πάντα τὰ ἔθνη ἥξουσι καὶ προσκυνήσουσιν ἐνώπιόν σου· ὅτι τὰ δικαιώματά σου ἐφανερώθησαν.*

Per *Moysi canticum* cum laudationem et cultum accipimus, quibus Deum prosequebantur qui ante effusam Christi gratiam, in vetere lege justificationis gratia potiebantur : per *Agni* autem *carmen* indefessam illorum prædicationem et gratiarum actionem, qui post Christi adventum sancte integreque vixerunt. Hi enim de beneficiis et donis, quæ a Christo in genus nostrum dimanarunt, continuo gratias agunt : maxime vero de eo, quod gentes per apostolos ad sui agnitionem vocare dedignatus non fuerit.

*Καὶ ᾄδοντας τὴν ᾠδὴν Μωϋσέως.* Ἐκ μὲν γὰρ τῆς τοῦ Μωϋσέως ᾠδῆς τῶν ἐν νόμῳ πρὸ τῆς χάριτος δικαιωθέντων τὴν ὑμνῳδίαν τῷ Θεῷ ἀναπεμπομένην μανθάνομεν· ἐκ δὲ τῆς τοῦ Ἀρνίου ᾠδῆς, τῶν μετὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν ὁσίως πολιτευσαμένων τὴν ἀκατάπαυστον [ὑμνῳδίαν καὶ] εὐχαριστίαν ἐπὶ ταῖς εἰς τὸ γένος ἡμῶν ἐπελθούσαις ὑπ' αὐτοῦ εὐεργεσίαις καὶ χάρισιν· ὅτι πάντα τὰ ἔθνη εἰς τὴν οἰκείαν ἐπίγνωσιν διὰ τῶν θεσπεσίων ἀποστόλων κέκληκε.

XV, 5, 6. *Et post hæc vidi, et ecce apertum est templum tabernaculi testimonii in cœlo; et exierunt angeli septem habentes septem plagas de templo, vestiti lino mundo et candido, et præcincti circa pectora zonis aureis.*

*Καὶ μετὰ ταῦτα εἶδον· καὶ ἠνοίγη ὁ ναὸς τῆς* C *σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου ἐν τῷ οὐρανῷ· καὶ ἐξῆλθον οἱ ἑπτὰ ἄγγελοι [οἱ] ἔχοντες τὰς ἑπτὰ πληγὰς ἐκ τοῦ ναοῦ, ἐνδεδυμένοι λίνον καθαρὸν λαμπρὸν, καὶ περιεζωσμένοι τὰ στήθη ζώνας χρυσᾶς.*

*Tabernaculum*, de quo hic agitur, illud insinuat, quod est in cœlis; ad cujus similitudinem Moysi injunxit Deus ut aliud defigeret inferne. Ex illius autem *tabernaculi templo* egressuros prædicitur hoc loco angelos *lino mundo*, vel, ut alia exemplaria legunt, *puro lapide* amictos. Tribuitur autem illis ejusmodi amictus, vel propter naturæ munditiam, vel propter affinitatem quam cum Christo, qui est lapis angularis, sortiuntur; aut certe propter virtutum splendorem. Dicuntur tandem *præcincti lumbos circa pectora zonis aureis*, ad designandam illorum potentiam, et castitatem, et nobilitatem; tum etiam ut hinc intelligatur, in obeundis injunctis ministeriis ita expeditos esse, ut impediri non facile queant.

*Σκηνὴν δέ* φησιν ἐνταῦθα τὴν ἐν οὐρανοῖς· ἣς καθ' ὁμοίωσιν τῷ Μωϋσῇ πῆξαι τὴν κάτω σκηνὴν ὁ Θεὸς ἐχρημάτισεν. Ἐκ τούτου τοῦ *ναοῦ* ἐξελεύσεσθαί φησι τοὺς ἀγγέλους ἐνδεδυμένους λίνον ἢ λίθον καθαρὸν, καθά τινα τῶν ἀντιγράφων ἔχουσι· διά [τε] τὴν τῆς φύσεως αὐτῶν καθαρότητα, καὶ τὴν πρὸς τὸν ἀκρογωνιαῖον λίθον Χριστὸν ἐγγύτητα, καὶ τῶν ἀρετῶν τὴν λαμπρότητα. *Ἐζωσμένους* δὲ *τὰ στήθη χρυσὸν*, διὰ τὸ τῆς φύσεως δυνατόν τε καὶ καθαρὸν καὶ τίμιον, καὶ τὸ ἐν ταῖς διακονίαις ἀνεμπόδιστον. D

XV, 7. *Et unum ex quatuor animalibus dedit septem angelis septem phialas aureas, plenas iracundiæ Dei viventis in sæcula sæculorum.*

*Καὶ ἐκ τῶν τεσσάρων ζώων ἔδωκε τοῖς ἑπτὰ ἀγγέλοις ἑπτὰ φιάλας χρυσᾶς, γεμούσας τοῦ θυμοῦ τοῦ Θεοῦ, τοῦ ζῶντος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.*

Quod angeli *phialas aureas ira divina plenas*, ex *quatuor animalibus*, quorum apud prophetam Ezechielem quoque fit mentio, accipiunt, hoc secundum magnum Dionysium significat, agibilium notitiam a primis ordine quodam ad alios et alios dimanare.

Τὸ δὲ *ἐκ τῶν τεσσάρων ζώων* λαβεῖν τοὺς ἑπτὰ ἀγγέλους τὰς ἑπτὰ [χρυσᾶς] φιάλας τὰς γεμούσας τοῦ θυμοῦ Κυρίου, καθὼς καὶ ἐν τῷ Ἰεζεκιὴλ φησι, δηλοῖ τὸ ἐκ τῶν πρώτων ἀεὶ εἰς τὰ δεύτερα τὴν γνῶσιν τῶν πρακτέων ἐν οὐρανοῖς μετοχετεύεσθαι, κατὰ τὸν μέγαν Διονύσιον.

XV, 8. *Et impletum est templum Dei fumo a majestate Dei, et de virtute ejus.*

*Καὶ ἐγεμίσθη ὁ ναὸς καπνοῦ ἐκ τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐκ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ.*

Digitized by Google
Распознавание текста ABK/FR

Διὰ δὲ τοῦ *καπνοῦ* τὸ φοβερὸν καὶ καταπληκτι- A κὸν [καὶ κολαστικὸν] τῆς θείας ὀργῆς μανθάνομεν· ἧς πληροῦσθαι τὸν ναὸν διδασκόμεθα, καὶ κατὰ τῶν ἀξίων αὐτῆς χωρεῖν ἐν τῷ καιρῷ τῆς κρίσεως· καὶ πρὸ ταύτης δὲ κατὰ τῶν τῷ Ἀντιχρίστῳ πειθομένων, καὶ τὰ τῆς ἀποστασίας ἔργα πραττόντων. Καὶ τοῦτο τοῖς ἑξῆς δείκνυται. Φησὶ γάρ·

*Καὶ οὐδεὶς ἠδύνατο εἰσελθεῖν εἰς τὸν ναὸν, ἄχρι τελεσθῶσιν αἱ ἑπτὰ πληγαὶ τῶν ἀγγέλων.*

Ἐντεῦθεν στοχαζόμεθα, ἄχρι διασταλῆναι τῶν δικαίων τὴν θείαν κατὰ τῶν ἀσεβῶν ἀγανάκτησιν, μηδαμῶς τοὺς ἁγίους τῆς ἐν τῇ ἄνω Ἱερουσαλὴμ τυχεῖν λήξεως, καὶ τῆς ἐν τῷ ναῷ τοῦ Θεοῦ ἱερουργίας καὶ ἀναπαύσεως. *Τελεσθῆναι* γὰρ δεῖ, φησὶ, τὰς *πληγὰς* δι' ὧν τὰ ἐπίχειρα τῆς ἁμαρτίας τοῖς B ἀξίοις παρέρχεται· καὶ τούτους τῆς αἱρεθείσης αὐτοῖς τυχεῖν ἀποφάσεως· εἶθ' οὕτω δοθῆναι τοῖς ἁγίοις τὴν τῆς ἄνω μητροπόλεως οἴκησιν. Τῶν δὲ *πληγῶν* ἑκάστην τοῖς ἐν τῇ συντελείᾳ εὑρισκομένοις προσαρμόζων τις, οὐκ ἂν τοῦ πρέποντος, οἶμαι, διαμάρτοι. Φιλάνθρωπος γὰρ ὢν ὁ Θεὸς, πρὸς τὸ σμικρυνθῆναι τὰς ἐν τῷ μέλλοντι ἀτελευτήτους κολάσεις, καὶ ἐν τῇ παρούσῃ ζωῇ, τοῖς ἀξίοις ἐπαχθῆναι συγχωρήσει διά τε Ἐνὼχ καὶ Ἠλιοῦ τῶν προφητῶν τιμωρητικὰς μάστιγας, διά τε τῶν ἐκ πολέμων συμπιπτόντων ἀλγεινῶν, πρὸς μετρίαν τῶν ἡμαρτημένων ἔκτισιν. Ἀλλ' ἡμεῖς παιδεύεσθαι πατρικῶς, ἀλλ' οὐ μαστιγοῦσθαι κολαστικῶς ἐν ὀργῇ [παρὰ] τοῦ Κυρίου εὐξώμεθα· οὐ γάρ ἐστιν ἴασις, φησὶ, τῇ σαρκὶ ἡμῶν ἀπὸ προσώπου τῆς ὀργῆς αὐτοῦ· ὅπως τὰς C ῥυπωθείσας ἡμῶν στολὰς ταῖς ἁμαρτίαις, δάκρυσι μετανοίας ἐκπλύναντες, καὶ νυμφικῶς ἐσταλμένοι, εἰς τὸν ἀκατάλυτον τῆς εὐφροσύνης νυμφῶνα εἰσέλθωμεν Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν· ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις, ἅμα τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, [νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ] εἰς τοὺς αἰῶνας [τῶν αἰώνων]. Ἀμήν.

Per *divinæ iræ fumum*, quo cœleste templum impletur, terrorem illum stuporemque et pœnam quam ira ejus inferre nata est, intelligimus. Quæ quidem universalis judicii tempore horribiliter contra eos desæviet, qui ira illa digni comperientur; et ante illud adversus eos, qui Antichristo paruerunt, operaque apostasiæ illius consentanea perpetrarunt. Atque isthæc sequentia clarius exponunt.

*Et nemo poterat introire in templum, donec consummarentur septem plagæ septem angelorum.*

**67** Hinc conjectura fit sanctos cœlestis Jerusalem hæreditatem non prius adepturos; neque prius rursum sacrum ministerium in templo Dei obituros; neque prius tandem perfecta quiete potituros, quam divina indignatio contra impios concepta, inter justos et injustos secreverit. Ait enim, *Donec impleantur plagæ*; per quas ceu pœnas pro meritis peccati stipendia persolvuntur. Donec igitur impii condemnationis sententia, in quam sua culpa inciderunt, feriantur, sancti supernæ metropolis habitatione non donabuntur. Cæterum *plagas* hasce *septem* quod spectat, quisquis illas iis accommodaverit, qui sub sæculi finem in vivis invenientur, is a scopo, ut arbitror, haud multum aberraverit. Nam cum Deus sit benignus et clemens, quo supplicia illa, quæ in futuro sæculo sine fine inferentur, nonnihil diminuantur, in præsenti vita pœnam promeritos per Enochum et Eliam prophetas: per elementorum rursum intemperiem, et clades atque calamitates quæ per bella contingunt; per ea olim denique omnia incommoda et mala, quæ Antichristus infert, puniri et flagellari permittet, sicuti subinde quoque permittit: siquidem hæc omnia eo spectant, ut mitigetur pœna sceleratis apud inferos constituta. At nos paterne a Domino castigati submisse precemur: Domine, ne in furore tuo flagelles nos: neque enim est sanitas in carne nostra a facie iræ tuæ: ut stolas nostras peccatis contaminatas lacrymis pœnitentiæ eluentes, honestaque nuptiarum veste induti, in æternum perpetuæ lætitiæ thalamum Christi Dei et Domini nostri ingrediamur: quem decet omnis gloria, et honor, et adoratio, una cum Patre et Spiritu sancto in sæcula sæculorum. Amen.

## ΚΕΦΑΛ. ΜϚʹ. ΛΟΓΟΣ ΙϚʹ.

*Ὅπως τῆς πρώτης φιάλης ἐκχυθείσης, ἕλκος κατὰ τῶν ἀποστατῶν γίνεται.* D

*Καὶ ἤκουσα φωνῆς μεγάλης ἐκ τοῦ ναοῦ, λεγούσης τοῖς ἑπτὰ ἀγγέλοις· Ὑπάγετε [καὶ] ἐκχέατε τὰς [ἑπτὰ] φιάλας τοῦ θυμοῦ τοῦ Θεοῦ εἰς τὴν γῆν. Καὶ ἀπῆλθεν ὁ πρῶτος [ἄγγελος] καὶ ἐξέχεε τὴν φιάλην [αὐτοῦ] ἐπὶ τὴν γῆν· καὶ ἐγένετο ἕλκος [κακὸν καὶ] πονηρὸν εἰς τοὺς ἀνθρώπους τοὺς ἔχοντας τὸ χάραγμα τοῦ θηρίου, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας τὴν εἰκόνα αὐτοῦ.*

Ἡ *φιάλη* ἐνταῦθα, καθάπερ [καὶ] τὸ *ποτήριον*, ἐπὶ κολαστικῆς ἐνεργείας ἐκλαμβάνεται· ἧς φησιν ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου ἐκχεθείσης, *ἕλκος πονηρὸν* γενήσεσθαι· τὴν ἐν καρδίᾳ πύου δίκην σφύζουσαν ὀδύνην αἰνιττόμενον, τὴν ἐγγινομένην ταῖς τῶν ἀποστατῶν καρδίαις, ὅταν θεηλάτοις πληγαῖς μαστιζό-

## CAPUT XLVI. SERMO XVI.

*Ut, prima phiala effusa, ulcera nata sint in desertoribus.*

XVI, 1, 2. *Et audivi vocem magnam de templo, dicentem septem angelis: Ite, et effundite septem phialas iræ Dei in terram. Et abiit primus angelus, et effudit phialam suam in terram; et factum est ulcus sævum et pessimum in homines qui habebant characterem bestiæ, et in eos qui adoraverunt imaginem ejus.*

*Phiala* hoc loco, quemadmodum *calix* quoque, pro vi quadam cœlesti cruciatum inferre idonea usurpatur. Hæc igitur cum per angelum fuisset effusa, exortum est *ulcus malignum* in iis qui adoraverant bestiam; illum utique dolorem et cruciatum exprimens, qui in corde illorum infixus, instar

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

justos, uti magnus Basilius interpretatur, transmittitur. Sunt quoque qui per *ignem* divinam notitiam, aut vivifici Spiritus gratiam significari volunt. In igne enim Moysi visus est Deus: in specie rursum ignitarum linguarum super apostolos descendit Spiritus sanctus. Per *citharas* **66** vero membrorum mortificationem, beneque compositam vitæ rationem, divini Spiritus plectro per virtutum concentum rite moderatam, insinuat.

A νώσκεσθαι. Ἐν πυρὶ γὰρ ὤφθη τῷ Μωϋσῇ ὁ Θεός· καὶ ἐν εἴδει γλωσσῶν πυρὸς τὸ [ἅγιον] Πνεῦμα τοῖς ἀποστόλοις ἐπεφοίτησε. Τὰς δὲ *κιθάρας* ἐμφαίνειν τὴν τῶν μελῶν νέκρωσιν, καὶ τὴν ἐμμελῆ ζωὴν ἐν συμφωνίᾳ τῶν ἀρετῶν, κρουομένην τῷ πλήκτρῳ τοῦ θείου Πνεύματος.

XV, 3, 4. *Et cantantes canticum Moysi servi Dei, et canticum Agni dicentes: Magna et admirabilia sunt opera tua, Domine Deus omnipotens: justæ et veræ sunt viæ tuæ, Rex sæculorum. Quis non timebit te, Domine, et magnificabit nomen tuum? quia solus pius es: quoniam omnes gentes venient, et adorabunt in conspectu tuo, quoniam judicia tua manifesta sunt.*

*Καὶ ᾄδοντας τὴν ᾠδὴν Μωϋσέως τοῦ δούλου τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν ᾠδὴν τοῦ Ἀρνίου, λέγοντας· Μεγάλα καὶ θαυμαστὰ τὰ ἔργα σου, Κύριε ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ· δίκαιαι καὶ ἀληθιναὶ αἱ ὁδοί σου, βασιλεῦ τῶν ἐθνῶν· τίς οὐ μὴ φοβηθῇ, Κύριε, καὶ δοξάσῃ τὸ ὄνομά σου; Ὅτι μόνος εἶ ἅγιος· ὅτι πάντα τὰ ἔθνη ἥξουσι καὶ προσκυ-* B *νήσουσιν ἐνώπιόν σου· ὅτι τὰ δικαιώματά σου ἐφανερώθησαν.*

Per *Moysi canticum* eam laudationem et cultum accipimus, quibus Deum prosequebantur qui ante effusam Christi gratiam, in vetere lege justificationis gratia potiebantur: per *Agni* autem *carmen* indefessam illorum prædicationem et gratiarum actionem, qui post Christi adventum sancte integreque vixerunt. Ili enim de beneficiis et donis, quæ a Christo in genus nostrum dimanarunt, continuo gratias agunt: maxime vero de eo, quod gentes per apostolos ad sui agnitionem vocare dedignatus non fuerit.

*Καὶ ᾄδοντας τὴν ᾠδὴν Μωϋσέως.* Ἐκ μὲν γὰρ τῆς τοῦ Μωϋσέως ᾠδῆς τῶν ἐν νόμῳ πρὸ τῆς χάριτος δικαιωθέντων τὴν ὑμνῳδίαν τῷ Θεῷ ἀναπεμπομένην μανθάνομεν· ἐκ δὲ τῆς τοῦ Ἀρνίου ᾠδῆς, τῶν μετὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν ὁσίως πολιτευσαμένων τὴν ἀκατάπαυστον [ὑμνῳδίαν καὶ] εὐχαριστίαν ἐπὶ ταῖς εἰς τὸ γένος ἡμῶν ἐπελθούσαις ὑπ' αὐτοῦ εὐεργεσίαις καὶ χάρισιν· ὅτι πάντα τὰ ἔθνη εἰς τὴν οἰκείαν ἐπίγνωσιν διὰ τῶν θεσπεσίων ἀποστόλων κέκληκε.

XV, 5, 6. *Et post hæc vidi, et ecce apertum est templum tabernaculi testimonii in cœlo; et exierunt angeli septem habentes septem plagas de templo, vestiti lino mundo et candido, et præcincti circa pectora zonis aureis.*

*Καὶ μετὰ ταῦτα εἶδον· καὶ ἠνοίγη ὁ ναὸς τῆς* C *σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου ἐν τῷ οὐρανῷ· καὶ ἐξῆλθον οἱ ἑπτὰ ἄγγελοι [οἱ] ἔχοντες τὰς ἑπτὰ πληγὰς ἐκ τοῦ ναοῦ, ἐνδεδυμένοι λίνον καθαρὸν λαμπρὸν, καὶ περιεζωσμένοι τὰ στήθη ζώνας χρυσᾶς.*

*Tabernaculum*, de quo hic agitur, illud insinuat, quod est in cœlis; ad cujus similitudinem Moysi injunxit Deus ut aliud defigeret inferne. Ex illius autem *tabernaculi templo* egressuros prædicitur hoc loco angelos *lino mundo*, vel, ut alia exemplaria legunt, *puro lapide* amictos. Tribuitur autem illis ejusmodi amictus, vel propter naturæ munditiam, vel propter affinitatem quam cum Christo, qui est lapis angularis, sortiuntur; aut certe propter virtutum splendorem. Dicuntur tandem *præcincti lumbos circa pectora zonis aureis*, ad designandam illorum potentiam, et castitatem, et nobilitatem; tum etiam ut hinc intelligatur, in obeundis injunctis ministeriis ita expeditos esse, ut impediri non facile queant.

*Σκηνὴν* δέ φησιν ἐνταῦθα τὴν ἐν οὐρανοῖς· ἧς καθ' ὁμοίωσιν τῷ Μωϋσῇ πῆξαι τὴν κάτω σκηνὴν ὁ Θεὸς ἐχρημάτισεν. Ἐκ τούτου τοῦ *ναοῦ* ἐξελεύσεσθαί φησι τοὺς ἀγγέλους ἐνδεδυμένους λῖνον ἢ λίθον καθαρὸν, καθά τινα τῶν ἀντιγράφων ἔχουσι· διά [τε] τὴν τῆς φύσεως αὐτῶν καθαρότητα, καὶ τὴν πρὸς τὸν ἀκρογωνιαῖον λίθον Χριστὸν ἐγγύτητα, καὶ τῶν ἀρετῶν τὴν λαμπρότητα. *Ἐζωσμένους* δὲ *τὰ στήθη χρυσὸν*, διὰ τὸ τῆς φύσεως δυνατόν τε καὶ καθαρὸν καὶ τίμιον, καὶ τὸ ἐν ταῖς διακονίαις ἀνεμ- D πόδιστον.

XV, 7. *Et unum ex quatuor animalibus dedit septem angelis septem phialas aureas, plenas iracundiæ Dei viventis in sæcula sæculorum.*

*Καὶ ἐκ τῶν τεσσάρων ζώων ἔδωκε τοῖς ἑπτὰ ἀγγέλοις ἑπτὰ φιάλας χρυσᾶς, γεμούσας τοῦ θυμοῦ τοῦ Θεοῦ, τοῦ ζῶντος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.*

Quod angeli *phialas aureas ira divina plenas*, ex *quatuor animalibus*, quorum apud prophetam Ezechielem quoque fit mentio, accipiunt, hoc secundum magnum Dionysium significat, agibilium notitiam a primis ordine quodam ad alios et alios dimanare.

Τὸ δὲ *ἐκ τῶν τεσσάρων ζώων* λαβεῖν τοὺς ἑπτὰ ἀγγέλους τὰς ἑπτὰ [χρυσᾶς] φιάλας τὰς γεμούσας τοῦ θυμοῦ Κυρίου, καθὼς καὶ ἐν τῷ Ἰεζεκιὴλ φησι, δηλοῖ τὸ ἐκ τῶν πρώτων ἀεὶ εἰς τὰ δεύτερα τὴν γνῶσιν τῶν πρακτέων ἐν οὐρανοῖς μετοχετεύεσθαι, κατὰ τὸν μέγαν Διονύσιον.

XV, 8. *Et impletum est templum Dei fumo a majestate Dei, et de virtute ejus.*

*Καὶ ἐγεμίσθη ὁ ναὸς καπνοῦ ἐκ τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐκ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ.*

Digitized by Google
Распознавание текста АВК/FR

Διὰ δὲ τοῦ *καπνοῦ* τὸ φοβερὸν καὶ καταπληκτι- A κὸν [καὶ κολαστικὸν] τῆς θείας ὀργῆς μανθάνομεν· ἧς πληροῦσθαι τὸν ναὸν διδασκόμεθα, καὶ κατὰ τῶν ἀξίων αὐτῆς χωρεῖν ἐν τῷ καιρῷ τῆς κρίσεως· καὶ πρὸ ταύτης δὲ κατὰ τῶν τῷ Ἀντιχρίστῳ πειθομένων, καὶ τὰ τῆς ἀποστασίας ἔργα πραττόντων. Καὶ τοῦτο τοῖς ἑξῆς δείκνυται. Φησὶ γάρ·

Per *divinæ iræ fumum*, quo cœleste templum impletur, terrorem illum stuporemque et pœnam quam ira ejus inferre nata est, intelligimus. Quæ quidem universalis judicii tempore horribiliter contra eos desæviet, qui ira illa digni comperientur; et ante illud adversus eos, qui Antichristo paruerunt, operaque apostasiæ illius consentanea perpetrarunt. Atque isthæc sequentia clarius exponunt.

*Καὶ οὐδεὶς ἠδύνατο εἰσελθεῖν εἰς τὸν ναὸν, ἄχρι τελεσθῶσιν αἱ ἑπτὰ πληγαὶ τῶν ἀγγέλων.*

*Et nemo poterat introire in templum, donec consummarentur septem plagæ septem angelorum.*

Ἐντεῦθεν στοχαζόμεθα, ἄχρι διασταλῆναι τῶν δικαίων τὴν θείαν κατὰ τῶν ἀσεβῶν ἀγανάκτησιν, μηδαμῶς τοὺς ἁγίους τῆς ἐν τῇ ἄνω Ἱερουσαλὴμ τυχεῖν λήξεως, καὶ τῆς ἐν τῷ ναῷ τοῦ Θεοῦ ἱερουργίας καὶ ἀναπαύσεως. *Τελεσθῆναι* γὰρ δεῖ, φησὶ, τὰς *πληγὰς* δι' ὧν τὰ ἐπίχειρα τῆς ἁμαρτίας τοῖς B ἀξίοις παρέρχεται· καὶ τούτους τῆς αἱρεθείσης αὐτοῖς τυχεῖν ἀποφάσεως· εἶθ' οὕτω δοθῆναι τοῖς ἁγίοις τὴν τῆς ἄνω μητροπόλεως οἴκησιν. Τῶν δὲ *πληγῶν* ἑκάστην τοῖς ἐν τῇ συντελείᾳ εὑρισκομένοις προσαρμόζων τις, οὐκ ἂν τοῦ πρέποντος, οἶμαι, διαμάρτοι. Φιλάνθρωπος γὰρ ὢν ὁ Θεὸς, πρὸς τὸ σμικρυνθῆναι τὰς ἐν τῷ μέλλοντι ἀτελευτήτους κολάσεις, καὶ ἐν τῇ παρούσῃ ζωῇ, τοῖς ἀξίοις ἐπαχθῆναι συγχωρήσει διά τε Ἐνὼχ καὶ Ἠλιοῦ τῶν προφητῶν τιμωρητικὰς μάστιγας, διά τε τῶν ἐκ πολέμων συμπιπτόντων ἀλγεινῶν, πρὸς μετρίαν τῶν ἡμαρτημένων ἔκτισιν. Ἀλλ' ἡμεῖς παιδεύεσθαι πατρικῶς, ἀλλ' οὐ μαστιγοῦσθαι κολαστικῶς ἐν ὀργῇ [παρὰ] τοῦ Κυρίου εὐξώμεθα· οὐ γάρ ἐστιν ἴασις, φησὶ, τῇ σαρκὶ ἡμῶν ἀπὸ προσώπου τῆς ὀργῆς αὐτοῦ· ὅπως τὰς C ῥυπωθείσας ἡμῶν στολὰς ταῖς ἁμαρτίαις, δάκρυσι μετανοίας ἐκπλύναντες, καὶ νυμφικῶς ἐσταλμένοι, εἰς τὸν ἀκατάλυτον τῆς εὐφροσύνης νυμφῶνα εἰσέλθωμεν Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν· ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις, ἅμα τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, [νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ] εἰς τοὺς αἰῶνας [τῶν αἰώνων]. Ἀμήν.

**67** Hinc conjectura fit sanctos cœlestis Jerusalem hæreditatem non prius adepturos; neque prius rursum sacrum ministerium in templo Dei obituros; neque prius tandem perfecta quiete potituros, quam divina indignatio contra impios concepta, inter justos et injustos secreverit. Ait enim, *Donec impleantur plagæ;* per quas ceu pœnas pro meritis peccati stipendia persolvuntur. Donec igitur impii condemnationis sententia, in quam sua culpa inciderunt, feriantur, sancti supernæ metropolis habitatione non donabuntur. Cæterum *plagas* hasce *septem* quod spectat, quisquis illas iis accommodaverit, qui sub sæculi finem in vivis invenientur, is a scopo, ut arbitror, haud multum aberraverit. Nam cum Deus sit benignus et clemens, quo supplicia illa, quæ in futuro sæculo sine fine inferentur, nonnihil diminuantur, in præsenti vita pœnam promeritos per Enochum et Eliam prophetas: per elementorum rursum intemperiem, et clades atque calamitates quæ per bella contingunt; per ea olim denique omnia incommoda et mala, quæ Antichristus infert, puniri et flagellari permittet, sicuti subinde quoque permittit: siquidem hæc omnia eo spectant, ut mitigetur pœna sceleratis apud inferos constituta. At nos paterne a Domino castigati submisse precemur: Domine, ne in furore tuo flagelles nos: neque enim est sanitas in carne nostra a facie iræ tuæ: ut stolas nostras peccatis contaminatas lacrymis pœnitentiæ eluentes, honestaque nuptiarum veste induti, in æternum perpetuæ lætitiæ thalamum Christi Dei et Domini nostri ingrediamur: quem decet omnis gloria, et honor, et adoratio, una cum Patre et Spiritu sancto in sæcula sæculorum. Amen.

## ΚΕΦΑΛ. ΜϚʹ. ΛΟΓΟΣ ΙϚʹ.

*Ὅπως τῆς πρώτης φιάλης ἐκχεθείσης, ἕλκος κατὰ τῶν ἀποστατῶν γίνεται.* D

## CAPUT XLVI. SERMO XVI.

*Ut, prima phiala effusa, ulcera nata sint in desertoribus.*

*Καὶ ἤκουσα φωνῆς μεγάλης ἐκ τοῦ ναοῦ, λεγούσης τοῖς ἑπτὰ ἀγγέλοις· Ὑπάγετε [καὶ] ἐκχέατε τὰς [ἑπτὰ] φιάλας τοῦ θυμοῦ τοῦ Θεοῦ εἰς τὴν γῆν. Καὶ ἀπῆλθεν ὁ πρῶτος [ἄγγελος] καὶ ἐξέχεε τὴν φιάλην [αὐτοῦ] ἐπὶ τὴν γῆν· καὶ ἐγένετο ἕλκος [κακὸν καὶ] πονηρὸν εἰς τοὺς ἀνθρώπους τοὺς ἔχοντας τὸ χάραγμα τοῦ θηρίου, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας τὴν εἰκόνα αὐτοῦ.*

XVI, 1, 2. *Et audivi vocem magnam de templo, dicentem septem angelis: Ite, et effundite septem phialas iræ Dei in terram. Et abiit primus angelus, et effudit phialam suam in terram; et factum est ulcus sævum et pessimum in homines qui habebant characterem bestiæ, et in eos qui adoraverunt imaginem ejus.*

Ἡ *φιάλη* ἐνταῦθα, καθάπερ [καὶ] τὸ *ποτήριον*, ἐπὶ κολαστικῆς ἐνεργείας ἐκλαμβάνεται· ἧς φησιν ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου ἐκχεθείσης, *ἕλκος πονηρὸν* γενήσεσθαι· τὴν ἐν καρδίᾳ πύου δίκην σφύζουσαν ὀδύνην αἰνιττόμενον, τὴν ἐγγινομένην ταῖς τῶν ἀποστατῶν καρδίαις, ὅταν θεηλάτοις πληγαῖς μαστιζό-

*Phiala* hoc loco, quemadmodum *calix* quoque, pro vi quadam cœlesti cruciatum inferre idonea usurpatur. Hæc igitur cum per angelum fuisset effusa, exortum est *ulcus malignum* in iis qui adoraverant bestiam; illum utique dolorem et cruciatum exprimens, qui in corde illorum infixus, instar

Digitized by Google
Распознавание текста ABK/FR

latentis puris aut morsus scorpionis, animos desertorum assidue pungit et rodit; dum nimirum variis plagis divinitus immissis acriter cæsi et tantum non enecti, nullam ab Antichristo, quem Deum esse apud se constituerant, opem consequi se posse animadvertunt. Sed et verisimile fit externa quoque ulcera eorumdem corpora graviter excarnificatura; idque cum ob alia, tum maxime ad ostendendum ulcerosæ animæ illorum statum, vulneraque diabolicis impostoris Antichristi et erroris jaculis inflicta.

μενοι, μηδεμιᾶς παρὰ τοῦ θεοποιηθέντος παρ' αὐτῶν Ἀντιχρίστου ἰάσεως τεύξωνται. Εἰκὸς δὲ καὶ αἰσθητῶς τὰ τούτων τραυματίζεσθαι [σώματα], πρὸς ἔλεγχον τῆς ἑλκωθείσης αὐτῶν ψυχῆς τοῖς διαβολικοῖς τῆς πλάνης τοῦ ἀπατεῶνος [καὶ Ἀντιχρίστου καὶ ἀποστάτου] βέλεσι.

## CAPUT XLVII.

68 *De plaga secunda, quæ iis infertur qui in mari vitam degunt.*

XVI, 3. *Et secundus angelus effudit phialam suam in mare, et factus est sanguis tanquam mortui: et omnis anima vivens mortua est in mari.*

Non est magnum aut difficile divinæ virtuti, ut Pseudochristi infirmitas, eorumque quos ille seduxit facilitas et inconstantia plana fiat, per sanctos prophetas Enochum et Eliam transmutare mare, ita ut mortui occisive hominis speciem præ se ferat: tum interitum iis adferre quæ vitam in ea degunt. Nam olim istud per Moysen in Ægypto fecisse certo novimus. Fecit hoc autem cum ad redarguendam Pharaonis duritiam, tum etiam ad ostendendam suam ipsius virtutem atque potentiam; facturusque idem est olim, cum ob alia, tum maxime quo hac ratione fide stabiles nonnihil mortificentur; instabiles vero exterreantur, creaturam ob id contra se insurgere animo pertractantes, quod homini pestilenti et corruptori divinum honorem detulerint. Forte cædes quoque, quæ sub Antichristi adventum propter bella et seditiones passim evenient, per hæc denotantur. Nam et Gog et Magog contra se invicem concitabuntur, et in quatuor orbis partibus prœliabuntur. Quin reges quoque qui Antichristi imperium detrectabunt, cum toto exercitu in partes concidentur. Tot autem cædibus passim editis, mare quidem illorum sanguine contaminabitur, qui navali prœlio interierunt; flumina vero eorum cruore miscebuntur, qui circa illa cæsi occubuerunt.

## ΚΕΦΑΛ. ΜΖ'.

*Πληγὴ δευτέρα κατὰ τῶν ἐν θαλάσσῃ [ψυχῶν].*

*Καὶ ὁ δεύτερος ἄγγελος ἐξέχεε τὴν φιάλην αὐτοῦ εἰς τὴν θάλασσαν· καὶ ἐγένετο αἷμα ὡς νεκροῦ· καὶ πᾶσα ψυχὴ ζῶσα ἀπέθανεν ἐν τῇ θαλάσσῃ.*

Τὸ *βύσσινον* τὴν Ἐκκλησίαν *ἐνδεδύσθαι*, δηλοῖ τὸ λαμπρὸν ἐν ἀρεταῖς, καὶ ἐννοήσει λεπτὸν, καὶ ὑψηλὸν ἐν θεωρήμασι· τούτοις γὰρ τὰ θεῖα ἐξυφαίνονται δικαιώματα. *Δεῖπνον* δὲ *Χριστοῦ*, ἡ τῶν σωζομένων ἑορτὴ καὶ εὐφροσύνη ἐναρμόνιος· ἧς μακάριοι οἱ τευξόμενοι, καὶ τῷ ἁγίῳ τῶν καθαρῶν ψυχῶν Νυμφίῳ εἰς τὸν αἰώνιον νυμφῶνα, συνεισελευσόμενοι. Ἀψευδὴς γὰρ ὁ ἐπαγγειλάμενος. Πολλῶν δὲ ὄντων τῶν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος ἀγαθῶν, καὶ πᾶσαν ὑπερβαινόντων διάνοιαν, πολυωνύμως [καὶ] ἡ τούτων μετοχὴ προφέρεται· ποτὲ μὲν, ὡς *βασιλεία οὐράνιος*, διὰ τὸ ἔνδοξον αὐτῆς καὶ τίμιον· ποτὲ δὲ, ὡς *παράδεισος*, διὰ τὴν ἀνέκλειπτον τῶν ἀγαθῶν πανδαισίαν· ποτὲ δὲ, ὡς *κόλποι Ἀβραάμ*,

## CAPUT LVII.

*De mysticis Agni nuptiis, ejusdemque Agni cœna.*

XIX, 7-9. *Gaudeamus et exsultemus, et demus gloriam ei ; quia venerunt nuptiæ Agni, et uxor ejus præparavit se. Et datum est illi ut cooperiat se byssino splendenti et candido. Byssinum enim justificationes sunt sanctorum. Et dixit mihi, Scribe : Beati qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati sunt. Et dicit mihi. Hæc verba Dei vera sunt.*

Per *Agni nuptias* Christi cum Ecclesia conjunctionem intellige, quas præ cæteris divini apostoli conciliarunt : hi enim sunt per quos Spiritus sancti pignus datum est Ecclesiæ ; quæ suo postea tempore plenum subitura est sponsi complexum, hoc est, facie ad faciem Deum visura est. Cæterum quod Ecclesiam, de qua hic sermo, *byssinum indutam* asserit, id virtutum illius splendorem notitiæque subtilitatem, et contemplationis sublimitatem significat. Per hæc namque divinæ justificationes contexuntur. *Christi* autem *cœna* est læta eorum festivitas qui salvi fiunt, ordinatissimaque et concinnissima eorumdem lætitia et jucunditas. Qua proinde qui potientur, beati erunt ; necnon cum casto munda-

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

tum animarum sponso in æternum thalamum ingrediuntur. Verax est enim mentirique nescius qui promisit. At vero cum varia et magna futuri sæculi sint bona, quæ omnem mentem et cogitationem multis partibus superant, illorum usus et participatio variis multisque nominibus exprimitur. Quandoquidem propter incomparabilem gloriæ splendorisque magnitudinem, beatorum merces aliquando *regni cœlestis* nomine designatur. Nonnunquam vero, quod bonorum omnium copia, quæ nunquam deficiunt, affluat, et esculentorum spiritalium omnium apparatu abundet, *Paradisus* vocatur; quandoque autem *sinus Abrahæ* appellatur; ea fortassis de causa, quod vita defuncti ibi sortiantur requiem. Interdum denique *thalami* et *nuptiarum* vocabulo insinuantur; idque, ut nobis videtur, non modo propter continuam lætitiam et oblectationem, verum etiam propter sinceram et inexplicabilem Dei ad servos suos conjunctionem; quæ tantum excedit corporum copulam, quantum lumen tenebras, et pretiosum unguentum cujusque cadaveris fœtorem et graveolentiam.

A διὰ τὴν ἐκεῖ τῶν κεκμηκότων ἀνάπαυσιν· ποτὲ δὲ, ὡς νυμφὼν καὶ γάμος· οὐ μόνον διὰ τὴν εὐφροσύνην τὴν ἄληκτον, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν εἰλικρινῆ καὶ ἄῤῥητον τοῦ Θεοῦ πρὸς τοὺς αὐτοῦ δούλους συνάφειαν, τοσοῦτον ὑπεραίρουσαν τὴν τῶν σωμάτων πρὸς ἄλληλα κοινωνίαν, ὅσον φῶς σκότους καὶ μύρον δυσωδίας διέστηκε.

**87** XIX, 10. *Et cecidi ante pedes ejus, ut adorarem eum; et dicit mihi, Vide ne feceris: conservus tuus sum, et fratrum tuorum habentium testimonium Jesu. Deum adora: testimonium enim Jesu est spiritus prophetiæ.*

B *Καὶ ἔπεσον ἔμπροσθεν τῶν ποδῶν αὐτοῦ προσκυνῆσαι αὐτῷ. Καὶ λέγει μοι· Ὅρα μή· σύνδουλός σού εἰμι καὶ τῶν ἀδελφῶν σου [καὶ] τῶν ἐχόντων τὴν μαρτυρίαν Ἰησοῦ. Τῷ Θεῷ προσκύνησον· ἡ γὰρ μαρτυρία Ἰησοῦ ἐστι τὸ πνεῦμα τῆς προφητείας.*

*Ne me adores*, inquit divinus angelus; quasi ex me quæ futura sunt prædixerim. Etenim confessio et testimonium Christi ejus ponderis sunt, ut propheticum spiritum largiantur. Quin alio quoque sensu exponi hæc possunt; nempe prophetiam ob id obtingere, quo Christi testificatio firmetur, fidesque sanctorum attestatione corroboretur. Eapropter cave conservum adores: sed si adorare lubet, eum adora, qui dominium in omnes obtinet. Atque hinc quoque humilem submissumque sanctorum angelorum sensum et mentem cognoscere licet Clare namque ex hoc loco constat, divinam gloriam, ut effrontes lascivique dæmones solent, neutiquam sibi arrogare; verum quidquid ejusmodi exsistit, id totum Domino deferre. Faxit Deus, ut nos quoque humilitatis exemplo invicem prælucentes, divinum sermonem impleamus, qui ait: *Discite a me, quia mitis sum et humilis corde; et invenietis requiem animabus vestris* [84]; futurique sæculi quietem ac refrigerii locum adipiscamur; ubi omnis dolor, et tristitia, et gemitus aufugit, omniumque lætantium est habitatio, lumine vultus Christi Dei nostri mirifice illustrata. Illum decet omnis honor, et gloria, et adoratio, cum Patre, et vivifico Spiritu, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

*Μή· σύνδουλός σού εἰμι.* — *Μή προσκύνει με·* φησὶν ὁ θεῖος ἄγγελος, ὡς τὰ μέλλοντα προλέγοντα· ἡ γὰρ εἰς Χριστὸν ὁμολογία ἤγουν μαρτυρία, αὕτη χορηγός ἐστι προφητικοῦ Πνεύματος. Καὶ ἑτέρως δὲ νοητέον· ὅτι διὰ τοῦτο ἡ προφητεία, ἵνα βεβαιωθῇ ἡ Χριστοῦ μαρτυρία, καὶ ἡ πίστις ὑπὸ τῶν ἁγίων διαμαρτύρηται· διὸ μὴ [μοι] τῷ συνδούλῳ προσκύνει, ἀλλὰ τῷ πάντων τὸ κράτος ἔχοντι. Κἀκ τούτου δὲ τὸ ταπεινὸν φρόνημα τῶν ἁγίων ἀγ-

C γέλων μανθάνομεν, πῶς οὐ σφετερίζονται τὴν θείαν δόξαν κατὰ τοὺς ἀλάστορας δαίμονας, ἀλλὰ ταύτην τῷ Δεσπότῃ προσφέρουσι. Γένοιτο δὲ καὶ ἡμᾶς τῇ ταπεινοφροσύνῃ προηγουμένους ἀλλήλων, τὸ Δεσποτικὸν πληροῦν λόγιον, τὸ φάσκον· *Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ· καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν*, καὶ τυχεῖν τῆς ἐν τῷ μέλλοντι [αἰῶνι] ἀναπαύσεως, ἔνθα ἀπέδρα [πᾶσα ὀδύνη,] λύπη, καὶ στεναγμός· ἔνθα εὐφραινομένων πάντων ἡ κατοικία· καταυγαζόμενοι τῷ φωτὶ τοῦ προσώπου Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν· ᾧ πρέπει πᾶσα δοξολογία, τιμὴ, καὶ προσκύνησις, ἅμα τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ζωοποιῷ Πνεύματι, [νῦν καὶ ἀεὶ καὶ] εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

D

## CAPUT LVIII. SERMO XX.

*Ut Christum viderit Evangelista angelicarum virtutum agminibus cinctum, alboque equo insidentem.*

XIX, 11, 12. *Et vidi cœlum apertum, et ecce equus albus; et qui sedebat super eum, vocabatur fidelis et verax: et cum justitia judicat et pugnat. Oculi autem ejus sunt flamma ignis, et in capite ejus diademata multa.*

Quod *cœlum apertum* cernitur, hoc Judicis adventum præ foribus esse insinuat; quemadmodum

## ΚΕΦΑΛ. ΝΗ'. ΛΟΓΟΣ Κ'.

*Ὅπως τὸν Χριστὸν ἔφιππον μετὰ δυνάμεων ἀγγελικῶν ὁ εὐαγγελιστὴς ἐθεάσατο.*

*Καὶ εἶδον τὸν οὐρανὸν ἠνεῳγμένον· καὶ ἰδοὺ ἵππος λευκός· καὶ ὁ καθήμενος ἐπ' αὐτῷ, πιστὸς καὶ ἀληθινός· καὶ ἐν δικαιοσύνῃ κρίνει καὶ πολεμεῖ. Οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ, φλὸξ πυρός· καὶ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ διαδήματα πολλά.*

Τὸ *ἠνεῷχθαι τὸν οὐρανὸν* δηλοῖ τὴν τοῦ ὁραθέντος κριτοῦ παρουσίαν ἐλεύσεσθαι· ὥσπερ ἡ τῶν

[84] Matth. xi, 29.

Digitized by Google

ἐνταῦθα παραπετασμάτων συνολκὴ, τῶν ἐπὶ γῆς A δικαστῶν τὴν κατὰ τῶν ὑπευθύνων κρίσιν καὶ ἀπόφασιν· ὁ δὲ *λευκὸς ἵππος*, τὴν τῶν ἁγίων φαιδρότητα τὴν μέλλουσαν· οἷς ἐποχούμενος, κρίνει τὰ ἔθνη· *τοῖς ὀφθαλμοῖς* [*αὐτοῦ τοῖς φλογεροῖς καὶ πυρίνοις*,] ἤγουν τῇ ἐποπτικῇ αὐτοῦ δυνάμει, ἀφορίζων φλόγα πυρός· δικαίοις μὲν φωτιστικὴν, ἀλλ' οὐ καυστικὴν, ἁμαρτωλοῖς δὲ καυστικὴν, ἀλλ' ἀφώτιστον. Τὰ δὲ *πολλὰ διαδήματα*, [ἢ] τὴν κατὰ πάντων αὐτοῦ βασιλείαν τῶν [τε] ἐν οὐρανῷ καὶ γῇ αἰνίττονται (τοσαῦτα γὰρ ὅσα καὶ τὰ ἐν ἀγγέλοις τάγματα, καὶ τὰ ἐπὶ γῆς σκῆπτρα, καὶ τὰ ἐν ἁγίοις ἀνθρώποις συστήματα), ἢ τὴν ἐν πάσαις ταῖς περὶ ἡμᾶς οἰκονομίαις κατὰ τῶν ἁμαρτωλῶν διὰ μακροθυμίας νίκην, ὥς φησιν ὁ Δαβίδ· *Καὶ νικήσεις ἐν τῷ κρίνεσθαί σε.*

apud nos quoque cortinarum contractio, terrenos judices mortis sententiam contra reos tulisse significat. *Albus* porro *equus* instantem sanctorum gloriam et lætitiam denotat. Qui autem super illum ascendit, in omnibus dictis suis fidelem, et in omnibus rursum operibus suis veracem se esse denotat. Is autem est Jesus Christus Filius Dei; qui *flammeis igneisque oculis gentes judicat*: hoc est, sua provida cura suaque vi contemplativa, lucentem flammam ab igne ardenti secernens, justis quidem id tribuit, quod illustrandi virtute pollet; non illud etiam quod sua natura adurit atque excruciat, peccatoribus autem obscuriores adurentesque illius partes applicat. Cæterum *multa* illa *diademata*, Christi Servatoris in omnes, sive illi sint in cœlo, sive in terra, dominium et regnum insinuat. Tot enim ille sortitur coronas quot angelorum sunt ordines; quot rursum in terris sunt sceptra sanctorumque hominum agmina. Aut hoc dicitur, quia per patientiam, victoriam in omnibus quæ circa nos ordinat, contra peccatores obtinet, juxta illud Prophetæ: *Et vinces cum judicaris* [58].

*Ἔχων* [*ὀνόματα γεγραμμένα, καὶ*] *ὄνομα γεγραμμένον, ὃ οὐδεὶς οἶδεν, εἰ μὴ αὐτός.* B

Τὸ δὲ *ἄγνωστον τοῦ ὀνόματος*, τὸ τῆς οὐσίας αὐτοῦ σημαίνει ἀκατάληπτον. Ταῖς γὰρ οἰκονομίαις ὢν πολυώνυμος, ὡς *ἀγαθὸς*, ὡς *ποιμὴν*, ὡς *ἥλιος*, ὡς *φῶς*, ὡς *ζωὴ*, ὡς *δικαιοσύνη*, ὡς *ἁγιασμὸς*, ὡς *ἀπολύτρωσις*· καὶ ταῖς ἀποφάσεσιν ὁμοίως, ὡς *ἄφθαρτος*, ὡς *ἀθάνατος*, ὡς *ἀόρατος*, ὡς *ἀναλλοίωτος*, τῇ οὐσίᾳ [ἐστὶν] ἀνώνυμος καὶ ἀνέφικτος· ἑαυτῷ μόνῳ σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Πνεύματι γινωσκόμενος.

*Habens nomen scriptum, quod nemo novit, nisi ipse.*

**88** *Nominis Christi ignoratio* essentiam illius incomprehensam esse denotat. Nam cum pro operum virtutumque suarum ratione, multorum sit nominum (appellatur namque *bonus*, et *pastor*, et *sol*, et *lumen* vel *lux*, et *vita*, et *justitia*, et *sanctificatio*, et *redemptio*: similiter etiam secundum ea quæ de illo negantur, aut ab illo removentur: vocatur enim *incorruptus*, *immortalis*, *inaspectabilis*, *immutabilis*, aliisque id genus compluribus); attamen secundum essentiam et innominatus et inaccessus est; sibi autem soli cum Patre et Spiritu sancto secundum substantiam suam perfecte cognitus est.

*Καὶ περιβεβλημένος ἱμάτιον βεβαμμένον αἵματι· καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ.* C

[*Ἱμάτιον* ἐνταῦθα τοῦ Θεοῦ Λόγου, ἡ παναγία σὰρξ αὐτοῦ καὶ ἄφθαρτος, ἡ βαφεῖσα ἐν τῷ ἑκουσίῳ πάθει, τῷ ἰδίῳ αὐτοῦ αἵματι.] Διὰ τούτου τὰ προεκτεθέντα πιστοῦται. Πῶς ὁ ἀνώνυμος καὶ πᾶσιν ἄγνωστος ἐνταῦθα Λόγος ὀνομάζεται; Ἢ πρὸς ἔνδειξιν τῆς υἱικῆς ὑποστάσεως καὶ τῆς ἀπαθοῦς ἐκ Πατρὸς γεννήσεως, καθάπερ καὶ ὁ ἡμέτερος λόγος ἐκ τοῦ [ἡμετέρου] νοῦ πρόεισιν· ἢ τὸ πάντων τῶν ὄντων τοὺς λόγους ἐν ἑαυτῷ φέρειν· ἢ τὸ ἐξαγγελεὺς εἶναι τῆς πατρικῆς σοφίας τε καὶ δυνάμεως.

XIX, 13. *Et vestitus erat veste aspersa sanguine, et vocabatur nomen ejus Verbum Dei*

Per *vestimentum* sanctissima et immaculata Christi caro hoc loco designatur: hæc enim in morte sponteque suscepta passione, sanguine illius tincta fuit. Ast hæc (dixerit quispiam) quæ paulo ante exposita sunt magis infirmant quam confirmant: nam quomodo nullum nomen habet omnibusque ignotus est ille, qui hic *Verbum* nominatur? *Verbi* nomen hypostasi Filii tribuitur, ad designandum impatibilem ejus ex Patre generationem: siquidem nostrum quoque verbum ex mente nostra impatibiliter procedit. Aut ob id Verbum nominatur, quod rerum omnium rationes in se contineat: aut ob id certe quod paternæ sapientiæ et virtutis internuntius et quasi interpres exsistat.

*Καὶ στρατεύματα αὐτῷ ἠκολούθει τὰ ἐν τῷ οὐρανῷ ἐφ' ἵπποις λευκοῖς, ἐνδεδυμένοι βύσσινον λευκὸν καὶ καθαρόν.* D

Τὸ δὲ *ἀκολουθεῖν αὐτῷ στρατεύματα τὰ ἐν τῷ οὐρανῷ* τὰς οὐρανίας τάξεις σημαίνει, τῷ λεπτῷ τῆς οὐσίας, καὶ τῷ τῶν νοημάτων ὑψηλῷ, καὶ τῷ λαμπρῷ τῶν ἀρετῶν κατηγλαϊσμένας, καὶ [τῷ ἀδιαστάτῳ] τῆς ἀκριβοῦς πρὸς Θεὸν ἑνώσεως.

*Καὶ ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ ἐκπορεύεται ῥομφαία* [*δίστομος*] *ὀξεῖα, ἵνα ἐν αὐτῇ πατάξῃ τὰ*

XIX, 14. *Et exercitus qui sunt in cœlo, sequebantur illum in equis albis, vestiti byssino albo et mundo.*

Per hæc cœlestium virtutum ordines denotantur; ut qui naturæ subtilitate et intelligentiæ sublimitate, et virtutum præterea splendore mire sint illustrati, et accurata indivulsaque cum Deo unione admodum conspicui.

XIX, 15. *Et ex ore ejus procedit gladius ex utraque parte acutus, ut in ipso percutiat gentes. Et*

[58] Psal. L, 6.

Digitized by Google

*ipse reget eas in virga ferrea; et ipse calcat torcular vini furoris iræ Dei omnipotentis.*

*Gladius* hoc loco significat supplicium, quod secundum justum Dei judicium certumque ejusdem mandatum, quod ex ore illius procedit, impiis et peccatoribus infertur, juxta quod virga frangi flectique nescia, ad multiplicis malitiæ enervationem regentur et non absque ingenti supplicio confringentur; cujus quidem virgæ exsortes manebunt sancti: quia *non relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem justorum* [94], ut Psalmista scriptum reliquit. *Torcular* autem *vini furoris* solus Dei Filius calcat; quia Pater non judicat quemquam, sed omne judicium dedit Filio tanquam homini; quod alioquin naturaliter tanquam Verbum jam inde ab initio habebat.

XIX, 16. *Et habet in vestimento et in femore suo scriptum: Rex regum, et Dominus dominantium.*

Hoc nomen indivulsum divinæ incarnationis vinculum innuit; secundum quam, cum Deus alioqui esset, carne passus est; homoque exsistens, *Rex regum et Dominus dominorum* appellatus est; eorum nimirum qui animi passionibus dominantur, regnumque et principatum adversus peccatum, illius ope et auxilio fulti, adepti sunt, adeoque una cum illo in futuro sæculo regnaturi sunt.

## CAPUT LIX.

89 *De Antichristo, cæterisque qui simul cum illo in gehennam abjiciuntur.*

XIX, 17. *Et vidi unum angelum stantem in sole; et clamavit voce magna, dicens omnibus avibus quæ volabant per medium cœli.*

Hunc unum e nobilioribus angelis exstitisse arbitramur; qui propter pœnam juste peccatoribus irrogatam, peccatumque exterminatum, cæteris lætitiam festumque diem denuntiat. *Volucres* autem appellavit angelos, quod sublimes et inter cœlum terramque volitent, seseque ad nostram instructionem subinde demittant; quorum cibus, ut et Christi quoque, est divinæ voluntatis expletio. Per *medium* autem *cœlum* feruntur, ut hominibus quoque, qui angelicam vitam ducerent, reditum ad patriam demonstrent, lætitiamque, de qua dictum est, communem esse ostendant; quorum tanquam sequestrium intercessio sursum illos subvehere nata est, qui infra constituti sunt; per quos etiam sancti in occursum Domini rapiantur.

XIX, 17, 18. *Venite, et congregamini ad cœnam magni Dei, ut manducetis carnes regum, et carnes tribunorum, et carnes fortium, et carnes equorum, et sedentium in ipsis, et carnes omnium liberorum et servorum, et pusillorum et magnorum.*

Antecedens et quasi primaria Dei voluntas, quæ

A *ἔθνη· καὶ αὐτὸς ποιμανεῖ αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ· καὶ αὐτὸς πατεῖ τὴν ληνὸν τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ καὶ τῆς ὀργῆς τοῦ Θεοῦ τοῦ παντοκράτορος.*

Ἡ δὲ *ῥομφαία* [αὕτη] δηλοῖ τὴν ἐπαχθησομένην τοῖς ἀσεβέσι καὶ ἁμαρτωλοῖς κόλασιν, κατὰ δίκαιον κρῖμα καὶ πρόσταγμα ἐκ τοῦ θείου στόματος ἐκφερόμενον· δι' οὗ τῇ ἀθραύστῳ τῶν ἀπεράντων κολάσεων, πρὸς ἀνενεργησίαν τῆς πολυσχεδοῦς κακίας, ποιμανθήσονται ῥάβδῳ· ἧς οἱ ἅγιοι μένουσιν ἀπείρατοι· ὅτι *οὐκ ἀφήσει Κύριος ἐπ' αὐτοὺς τὴν ῥάβδον τῶν ἁμαρτωλῶν*, κατὰ τὸ ψαλμικὸν λόγιον. Τὴν δὲ *ληνὸν τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ* πατεῖ· ὅτι ὁ Πατὴρ [οὐ] κρινεῖ οὐδένα, ἀλλ' αὐτῷ τὴν κρίσιν ὡς ἀνθρώπῳ δέδωκεν· ἣν φυσικῶς ὡς Υἱὸς ἀρχῆθεν
B ἐκέκτητο.

*Καὶ ἔχει ἐπὶ τὸ ἱμάτιον καὶ ἐπὶ τὸν μηρὸν αὐτοῦ* [τὸ] *ὄνομα γεγραμμένον, Βασιλεὺς βασιλέων, καὶ Κύριος κυρίων.*

Τὸ δὲ *Βασιλεὺς βασιλέων* ὄνομα δηλοῖ τὸ τῆς θείας ἐνανθρωπήσεως ἄτμητον· καθ' ἥν, Θεὸς ὤν, σαρκὶ πέπονθε· καὶ ἄνθρωπος ὑπάρχων, *Βασιλεὺς βασιλέων* ἐστὶ, τῶν βασιλευσάντων κατὰ παθῶν καὶ *Κύριος κυρίων*, τῶν τὸ κῦρος καὶ τὸ κράτος κατὰ τῆς ἁμαρτίας συνεργίᾳ Χριστοῦ κτησαμένων καὶ συμβασιλευσόντων αὐτῷ ἐν τῷ μέλλοντι [αἰῶνι.]

C

## ΚΕΦΑΛ. ΝΘ'.

*Περὶ τοῦ Ἀντιχρίστου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ βαλλομένων εἰς τὴν γέενναν.*

*Καὶ εἶδον* [*ἕνα*] *ἄγγελον ἑστῶτα ἐν τῷ ἡλίῳ· καὶ ἔκραξε φωνῇ μεγάλῃ,* [*λέγων*] *πᾶσι τοῖς ὀρνέοις τοῖς πετομένοις ἐν μεσουρανήματι.*

Καὶ τοῦτον τὸν ἄγγελον ἕνα τῶν ὑπερεχόντων εἶναι νομίζομεν, τοῖς λοιποῖς ἀγγέλοις εὐφροσύνην ἐγκελευόμενον ἐπὶ τῇ τῶν ἁμαρτωλῶν κολάσει, καὶ τῇ τῆς ἁμαρτίας ἐκλείψει. *Ὄρνεα* δὲ τοὺς ἀγγέλους, διὰ τὸ ὑψιπετὲς καὶ μετάρσιον, πρὸς ἡμετέραν σαφήνειαν, ὠνόμασεν. Οἷς Χριστομιμήτως τροφή ἐστιν ἡ τοῦ θείου θελήματος ἐκπλήρωσις. Ἐν *μεσουρανήματι* δὲ, ἵνα καὶ τοῖς ἰσαγγέλοις ἀνθρώποις
D μεθεκτὴ ἡ ἄνοδος καὶ ἡ προλεχθεῖσα εὐφροσύνη γένηται. Ὧν ἡ μεσιτεία, ἀναγωγικὴ τῶν κάτω καθέστηκε· δι' ὧν οἱ ἅγιοι εἰς ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου ἁρπάζονται.

*Δεῦτε,* [*συνάχθητε*] *εἰς τὸ δεῖπνον τὸ μέγα τοῦ Θεοῦ, ἵνα φάγητε σάρκας βασιλέων, καὶ σάρκας χιλιαρχῶν, καὶ σάρκας ἰσχυρῶν, καὶ σάρκας ἵππων καὶ τῶν καθημένων ἐπ' αὐτῶν, καὶ σάρκας ἐλευθέρων* [*πάντων τε*] *καὶ δούλων, καὶ μικρῶν καὶ μεγάλων.*

Τὸ μὲν προηγούμενον τοῦ Θεοῦ θέλημα, ὃ καὶ εὐδο-

[94] Psal. cxxiv, 3.

Digitized by Google

*κία* λέγεται, καὶ δεῖπνον αὐτῷ περιπόθητον, [τὸ πάντας;] ἀνθρώπους σωθῆναί [ἐστι] καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν, καὶ ἐπιστρέψαι καὶ ζῆν αὐτούς. Τὸ δὲ δεύτερον, τὸ κολασθῆναι τοὺς ἑαυτοῖς ἐπισπωμένους τὴν κόλασιν. Τὸ τοίνυν πατρικὸν θέλημα ὁ Χριστὸς *βρῶσιν οἰκείαν* ἐκάλεσε. Τοῦτο τοίνυν ἐνταῦθα, *δεῖπνον Θεοῦ* ὀνομάζεται· τυγχανόντων [τῶν] ἀνθρώπων, ὧν ἕκαστος δι' ἔργων ἐπεθύμησεν ἢ βασιλείας ἢ τιμωρίας. Διὰ δὲ τῆς βρώσεως τῶν σαρκῶν σημαίνεται ὁ τῶν σαρκικῶν πάντων ἀφανισμὸς, καὶ ἡ τῶν ἀρχικῶν ἐπὶ γῆς ὀνομάτων ἔκλειψις. *Ἵππων* δὲ μέμνηται, οὐχ ὡς αὐτῶν ἀναστησομένων [ἢ κριθησομένων,] ἀλλὰ διὰ μὲν τούτων, ἢ τοὺς θηλυμανεῖς, ἢ τοὺς ὑποβεβηκότας τῇ πονηρίᾳ, ἢ καὶ ἀμφότερα, διὰ δὲ τῶν *ἐπιβατῶν* αὐτῶν, τοὺς ἐν κακίᾳ προὔχοντας αἰνιττόμενος. Ὃ καὶ παρακατιὼν ἐσαφήνισεν εἰπών· *Ἐλευθέρων τε καὶ δούλων, μεγάλων καὶ μικρῶν*· διὰ μὲν τῶν *ἐλευθέρων* καὶ τῶν *μεγάλων*, τοὺς μᾶλλον ἐξουσιαστικῶς ἁμαρτάνοντας· διὰ δὲ τῶν *δούλων* καὶ τῶν *μικρῶν*, τοὺς ἧττον πλημμελοῦντας, ἢ κατὰ γνώμην, ἢ καθ' ἡλικίαν, ἢ κατὰ ἀσθένειαν.

***Καὶ εἶδον τὸ θηρίον, καὶ τοὺς βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ τὰ στρατεύματα αὐτῶν συνηγμένα ποιῆσαι πόλεμον μετὰ τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ ἵππου, καὶ μετὰ τοῦ στρατεύματος αὐτοῦ.***

Τοὺς δὲ τῷ διαβόλῳ συστρατευομένους [στρατεύματα] πληθυντικῶς ὀνομάσας, διὰ τὸ πολυσχιδὲς τῆς ἁμαρτίας καὶ διῃρημένον καὶ πολύγνωμον· καίπερ ἐλάχιστον μέρος τῶν ἀγγελικῶν δυνάμεων καὶ τῶν ἰσαγγέλων ἀνθρώπων ὑπάρχοντας, τοὺς τῷ Χριστῷ ἑπομένους, ἑνικῶς στράτευμα προσηγόρευσε, διὰ τὸ τῆς γνώμης ἑνιαῖον θέλημα τῆς πρὸς τὸν Θεὸν Λόγον εὐαρεστήσεως.

***Καὶ ἐπιάσθη τὸ θηρίον, καὶ μετ' αὐτοῦ ὁ ψευδοπροφήτης, ὁ ποιήσας τὰ σημεῖα ἐνώπιον αὐτοῦ, ἐν οἷς ἐπλάνησε τοὺς λαβόντας τὸ χάραγμα τοῦ θηρίου καὶ τοὺς προσκυνοῦντας τῇ εἰκόνι αὐτοῦ.***

Εἰ καὶ τῷ Σωτῆρι Χριστῷ οὗτοι σὺν τοῖς πειθαρχήσασιν αὐτοῖς βασιλεῦσι καὶ ἄρχουσιν ἀντετάξαντο· ἀλλ' ἀμφότεροι ἡττηθέντες, ὅ τε Ἀντίχριστος καὶ ὁ ψευδοπροφήτης, ὁ σημείοις καὶ τέρασι ποιήσας τὸν ἀπατεῶνα εὐπαράδεκτον, ὑπὸ τῆς θείας ὀργῆς καταλαμβάνονται.

***Ζῶντες βληθήσονται οἱ δύο εἰς τὴν λίμνην τοῦ πυρὸς, τὴν καιομένην ἐν** [τῷ] **θείῳ.***

Εἰκὸς μὲν οὖν, ὡς οὗτοι τὸν κοινὸν οὐκ ἀποθνήσκουσι θάνατον, ἀλλ' ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ ἀπαθανατιζόμενοι, τῷ δευτέρῳ θανάτῳ τῇ λίμνῃ τοῦ πυρὸς καταδικάζονται· ὥς φησιν ὁ Ἀπόστολος περὶ ἑτέρων οὐ κοιμηθησομένων μὲν, μεταλλαγησομένων δὲ ἐν ἀτόμῳ [ἐν] ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ. Καὶ οὗτοι μὲν [εἰκὸς] εἰς κρίσιν ἐλεύσονται· οἱ δὲ παρόντες [δύο], ὡς δυσσεβεῖς καὶ ἀντίθεοι, οὐκ εἰς κρίσιν, ἀλλ' εἰς κατά-

A et *voluntas placiti* appellatur; et cœna quam desiderat vel maxime, est ut omnes homines salvi fiant, et ad veritatis agnitionem veniant, conversique ad Deum æternum vivant. Secundaria autem et quasi consequens est, velle eos punire, qui supplicii causam sibiipsis ultro asciverunt. Igitur paternam voluntatem Christus *cibum suum* vocat; eamdem autem hoc loco *cœnæ* nomine designat. Mortalium porro unusquilibet id consequitur, quod per opera expetere visus est, regnum nimirum aut supplicium æternum. Cæterum per *escam carnium* carnalium omnium interitus indicatur, nominumque principatum in terra obtinentium defectio. Meminit autem *equorum*, non quod ipsi olim sint exsuscitandi aut judicandi; sed quoniam per illos deno-
B tantur homines instar petulantium equorum salaces; aut nequitia sane non ita insignes, aut utrique simul. Per *ascensores* autem illorum illi adumbrantur, qui præeminentis malitiæ exstiterunt. Id quod hoc ipso quoque innuit, dum mox addit: *liberorum et servorum, magnorum et parvorum*. Per *magnos* enim et *liberos* illos insinuat qui majori peccato et contemptu peccaverunt: per *servos* autem et *parvos*, qui minori, vel propter ætatem, aut propter infirmitatem, vel etiam propter animi judicium.

XIX, 19. *Et vidi bestiam et reges terræ, et exercitus eorum congregatos ad faciendum prælium cum illo qui sedebat in equo, et cum exercitu ejus.*

Qui sub diabolo stipendia faciunt, illos multitu-
C dinis numero effert propter diversas peccati formas, multiplicemque peccantium sententiam et voluntatem; cum tamen angelicarum virtutum, hominumque angelorum puritatem æmulantium, minimam partem exæquent. **90** At eos qui Christum sequuntur, singulari numero *exercitum* vocat, propter singularem voluntatum consensionem, sententiæque Dei Verbo gratæ conjunctionem.

XIX, 20. *Et apprehensa est bestia, et cum ea pseudopropheta, qui fecit signa coram ipsa; per quæ seduxit eos qui acceperunt characterem bestiæ, et qui adoraverunt imaginem ejus.*

Etsi isti duo cum regibus et principibus qui ipsis obsequuntur, Christo Servatori obsistant, aciemque
D contra illum dirigant; ambo tamen, nempe pseudochristus et pseudopropheta, qui per signa et portenta impostori Antichristo viam, ut reciperetur, muniverant, superati, a divina ira comprehenduntur.

*Vivi missi sunt hi duo in stagnum ignis ardentis sulphure.*

Forsan hi duo communem mortem non oppetent; verum in momento ictuve oculi exstincti, morteque secunda condemnati, ad ardentis ignis lacum abripientur; quemadmodum Apostolus de quibusdam loquitur, qui non sunt dormituri, sed temporis quasi puncto et oculi nictu immutandi. Interim hi ad judicium venturi sunt; duo vero præsentes, tanquam impii Deoque rebelles, non in judicium exsur-

Digitized by Google
Распознавание текста ABK/FR

gent, sed in condemnationem. Quod si cui ob id aliud videatur, quod Apostolus Antichristum divini oris spiritu perimendum asserat, nonnullique ex doctoribus tradant, quosdam, post Antichristum e medio sublatum, superstites a Daniele beatos prædicari : respondemus, hosce in corpore immortali et incorrupto viventes, post eversam enervatamque ipsorum a Christo potestatem, in gehennæ ignem abjectum iri; quæ quidem gehenna illis et mors et interemptio erit, divino Christi mandato perfecta.

XIX, 21. *Et cæteri occisi sunt in gladio sedentis super equum, qui procedit de ore ipsius : et omnes aves saturatæ sunt de carnibus eorum.*

Duæ sunt mortes : altera, quæ consistit in separatione animæ a corpore; altera, quæ constat certa condemnatione et in ignem æternum ablegatione. Si illos igitur spectes qui militarunt Antichristo, dubium nullum est priorem, hoc est carnis mortem, Dei gladio ejusdemve mandato illatam præcedere. Quod si illud non placet, ad illos ipsos quoque pertinere statuas, quod de secunda morte, quæ mittit in æternum gehennæ supplicium, hic dicitur, Erunt enim socii illorum a quibus decepti fuerant. Quod autem aves omnes illorum carnibus saturantur, illud accipimus secundum eum sensum quem ante reddidimus. Adhæc, ut Deus quosdam per Isaiam increpans, ait : *Facti estis mihi in saturitatem* [87]; ita quævis carnalis motio sanctis est molesta, eorumdemque palato fastidiosa.

## CAPUT LX.

**91** *Ut Satanas post Christum crucifixum usque ad sæculi finem sit ligatus; et de mille annis.*

XX, 1-3. *Et vidi angelum descendentem de cœlo, habentem clavem abyssi, et catenam magnam in manu sua. Et apprehendit draconem serpentem antiquum, qui est diabolus et Satanas : et ligavit eum per annos mille, et misit eum in abyssum, et clausit, et signavit super illum, ut non seducat amplius gentes, donec consummentur mille anni; et post hoc oportet illum solvi modico tempore.*

Exponit hoc loco diaboli dejectionem, quæ Dominicæ passionis vi facta est. Per hanc enim alius ipso fortior, nempe Christus Deus et Dominus noster, illum, qui potens alioqui habebatur, ligavit, nosque spolia illius de manibus ejus eripuit, illo ad abyssum condemnato et amandato. Atque hoc ex eo planum fit, quod dæmones quidam deprecati sunt illum, ne se in abyssum amandaret. Quod autem vires illius sint ligatæ, id testatum nobis faciunt idololatriæ interitus et abolitio, et templorum idololatricorum demolitio, sacrificiorum quæ aris imponi solita erant, defectio, et divinæ tandem voluntatis passim per terrarum orbem cognitio atque expletio. Quin magnus quoque Justinus existimat, in primo demum Christi adventu dia-

[87] Isa LV, 2.

A κρισιν. Εἰ δέ τισιν οὐ τοῦτο δοκεῖ, διὰ τὸ φῆσαι τὸν Ἀπόστολον ἀναιρεῖσθαι τὸν Ἀντίχριστον τῷ πνεύματι τοῦ θείου προστάγματος, καί τινα τῶν διδασκάλων εἰπεῖν, εὑρίσκεσθαι ἐνίους ζῶντας μετὰ τὴν τοῦ Ἀντιχρίστου ἀναίρεσιν, τοὺς ὑπὸ τοῦ Δανιὴλ μακαριζομένους ἐροῦμεν ζῶντας· τοὺς δὲ δύο ἐν ἀφθάρτῳ σώματι μετὰ τὴν καταργηθεῖσαν αὐτῶν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ δυναστείαν, τῷ πυρὶ τῆς γεέννης παραδίδοσθαι· ἥτις αὐτοῖς ἔσται θάνατος καὶ ἀναίρεσις, τῷ θείῳ τοῦ Χριστοῦ προστάγματι.

*Καὶ οἱ λοιποὶ ἀπεκτάνθησαν ἐν τῇ ῥομφαίᾳ τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ ἵππου, τῇ ἐξελθούσῃ ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ· καὶ πάντα τὰ ὄρνεα ἐχορτάσθησαν ἐκ τῶν σαρκῶν αὐτῶν.*

Δύο θανάτων ὄντων, τοῦ μὲν πρώτου, τοῦ χωρισμοῦ B ψυχῆς καὶ σώματος· τοῦ δὲ δευτέρου, τῆς εἰς γέενναν ἐκπομπῆς, εἰ μὲν [οὖν] ἐπὶ τῶν σὺν τῷ Ἀντιχρίστῳ, λόγον ἔχοι τὸν πρότερον διὰ σαρκὸς προηγήσασθαι θάνατον τῇ τοῦ Θεοῦ ῥομφαίᾳ, δηλαδὴ τῷ αὐτοῦ προστάγματι· εἶθ' οὕτως ἀκολουθῆσαι τὸν δεύτερον, [καὶ] εὖ ἂν ἔχοι· εἰ δὲ μή γε, τὸ καὶ τούτους κοινωνῆσαι τοῖς ἀπατήσασιν αὐτοὺς, τοῦ δευτέρου θανάτου, τῆς αἰωνίου κολάσεως. Τὸ δὲ χορτασθῆναι τὰ ὄρνεα [ἐκ] τῶν σαρκῶν αὐτῶν, κατὰ τὸ προαποδοθὲν, καὶ νῦν ἐξελάβομεν. Πρὸς τούτῳ δὲ, ὅτι, καθώς φησί τισι διὰ [τοῦ] Ἡσαΐου ὁ Θεὸς, [ὅτι] *Ἐγενήθητέ μοι εἰς πλησμονήν*· οὕτω καὶ τοῖς ἁγίοις προσκορὴς καὶ ἐπαχθὴς καὶ βδελυκτὴ ἡ σαρκικὴ κίνησις πᾶσα.

C

## ΚΕΦΑΛ. Ξ'.

*Ὅπως ὁ Σατανᾶς ἐδέθη ἀπὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ σταυρώσεως μέχρι [καιροῦ] τῆς συντελείας· καὶ περὶ τῶν χιλίων ἐτῶν.*

*Καὶ εἶδον ἄγγελον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβαίνοντα, ἔχοντα τὴν κλεῖδα τῆς ἀβύσσου, καὶ ἅλυσιν μεγάλην ἐπὶ τὴν χεῖρα αὐτοῦ· καὶ ἐκράτησε τὸν δράκοντα, τὸν ὄφιν τὸν ἀρχαῖον· ὅς ἐστι διάβολος καὶ Σατανᾶς, [ὁ πλανῶν τὴν οἰκουμένην ὅλην·] καὶ ἔδησεν αὐτὸν χίλια ἔτη· καὶ ἔβαλεν αὐτὸν εἰς τὴν ἄβυσσον· καὶ ἔκλεισε καὶ ἐσφράγισεν ἐπάνω αὐτοῦ, ἵνα μὴ πλανᾷ ἔτι τὰ ἔθνη, ἄχρις οὗ τελεσθῶσι χίλια ἔτη· καὶ μετὰ ταῦτα δεῖ αὐτὸν λυθῆναι μικρὸν χρόνον*

Ἐνταῦθα τὴν ἐν τῷ Δεσποτικῷ πάθει γεγενη-
D μένην τοῦ διαβόλου διηγεῖται καθαίρεσιν· ἐν ᾗ τὸν δοκοῦντα εἶναι ἰσχυρὸν, ὁ ἰσχυρότερος αὐτοῦ Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν δήσας, ἡμᾶς τὰ σκῦλα αὐτοῦ, ἐκ τῶν χειρῶν αὐτοῦ ἐλυτρώσατο, καταδικάσας αὐτὸν [ἐμβληθῆναι] εἰς τὴν ἄβυσσον. Τοῦτο δὲ δείκνυται ἐκ τῶν δαιμόνων τῶν παρακαλούντων αὐτὸν μὴ πεμφθῆναι εἰς τὴν ἄβυσσον. Καὶ ὅτι δέδεται, τεκμήριον [καὶ] ὁ τῆς εἰδωλολατρίας ἀφανισμὸς, καὶ τῶν εἰδωλικῶν ναῶν ἡ καθαίρεσις, καὶ τῶν ἐπιβωμίων λύθρων ἡ ἔκλειψις, καὶ ἡ παγκόσμιος τοῦ θείου θελήματος [ἐκπλήρωσίς τε καὶ] ἐπίγνωσις. Καὶ ὁ μέγας δὲ Ἰουστῖνός φησιν ἐν τῇ [τοῦ] Χριστοῦ παρουσίᾳ πρώτως γνῶναι τὸν διάβολον ὅτι καταδεδίκασται εἰς τὴν ἄβυσσον, καὶ εἰς τὴν τοῦ πυρὸς

Digitized by Google
Распознавание текста АВК/FR

γέενναν. Δυνατὸν τοίνυν, ὡς οἶμαι, διὰ τῶν προλεχθέντων, καὶ τὴν ἐκ τοῦ Χριστοῦ κατὰ τοῦ διαβόλου νοεῖσθαι ἀπόφασιν. *Ἄγγελον* δὲ τῇ τοιαύτῃ ἀποφάσει διακονοῦντά φησιν, ἵνα δείξῃ [καὶ] τῶν λειτουργικῶν δυνάμεων τοῦτον ἥττονα κατὰ δύναμιν, καὶ μάτην κατὰ τῆς τῶν πάντων [κρατούσης] ἀρχῆς θρασυνόμενον. *Ἅλυσιν* δὲ, πρὸς ἡμετέραν σαφήνειαν, ὠνόμασε τὴν καθεκτικὴν αὐτοῦ τῆς πονηρίας ἐνέργειαν. *Χίλια* δὲ *ἔτη* οὐ πάντως τὰ τοσαῦτα τῷ ἀριθμῷ νοεῖν εὔλογον· οὐδὲ γὰρ περὶ ὧν φησιν ὁ Δαυῒδ, *Λόγου οὗ ἐνετείλατο εἰς χιλίας γενεὰς*, δεκάκις ἑκατὸν ταύτας ἀριθμῆσαι δυνάμεθα, ἀλλὰ τὰς πολλὰς [τῷ πλήθει]. Οὕτω τοίνυν κἀνταῦθα, ἢ τῶν πολλῶν, ἢ τοῦ τελείου σημαντικὸν εἶναι τὸν τῶν *χιλίων* ἀριθμὸν εἰκάζομεν. Πολλὰ μὲν γὰρ ταῦτα, πρὸς τὸ κηρυχθῆναι πανταχοῦ ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ τὸ Εὐαγγέλιον, καὶ ῥιζωθῆναι ἐν αὐτῷ τὰ τῆς εὐσεβείας σπέρματα· τελείου δὲ σημαντικὰ, ὅτι ἐν αὐτοῖς τῆς παιδικῆς ἐννόμου πολιτείας ἀπαλλαγέντες, εἰς ἄνδρα τέλειον, εἰς μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ κεκλήμεθα. Χίλια ἔτη τοίνυν [καὶ] ὁ ἀπὸ τῆς τοῦ Κυρίου ἐνανθρωπήσεως χρόνος μέχρι τῆς τοῦ Ἀντιχρίστου ἐλεύσεως. Εἴτε τοίνυν, ὡς ἐξειλήφαμεν, εἴτε δεκάκις ἑκατὸν ὦσι τὰ ῥηθέντα χίλια ἔτη, ὥς τισι νενόμισται, εἴτε καὶ τούτων ἀποδέοντα, τῷ Θεῷ μόνῳ ἔγνωσται, τῷ εἰδότι μέχρι τίνος ἡμῖν συμφέρειν τὴν μακροθυμίαν καὶ τοῦ τῇδε βίου τὴν παράτασιν ἔκρινε. Μεθ' ἣν συνταράξει τὴν οἰκουμένην πᾶσαν ὁ Ἀντίχριστος, τὴν τοῦ ἀρχεκάκου [Βελίαρ] ἐν ἑαυτῷ χωρῶν ἐνέργειαν, καὶ τὴν τρυγίαν τῆς αὐτοῦ ἰοβόλου κακίας ἐν ἀνθρώποις ἐκχέων· ἅτε εἰδὼς τὸ τῆς ἑαυτοῦ κολάσεως ἀπαράβατον. Οὗ τῶν ἔργων ἡμᾶς ὁ πανελεήμων Θεὸς λυτρούμενος, τῆς ἡτοιμασμένης αὐτῷ [τε] καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ῥύσαιτο κολάσεως· ἀναδεῖξαι τε μετόχους τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν τῶν εὐτρεπισμένων τοῖς ἀντικαταστᾶσιν αὐτῷ μέχρις ἐκχύσεως αἵματος· ὅτι αὐτῷ πρέπει ὁ περὶ τοὺς [ἐπ'] αὐτῷ πεποιθότας ἔλεος, καὶ ἡ παρὰ πασῶν τῶν [ἀγγελικῶν] ἁγίων δυνάμεων [καὶ τῶν ἐπὶ γῆς ἀνθρώπων] εὐχαριστία, καὶ [ἡ] προσκύνησις, ἅμα [τῷ] Πατρὶ καὶ [τῷ] ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A bolum cognovisse, se in abyssum ignisque gehennam condemnatum esse. Per prædicta igitur, Christi contra diabolum sententiam intelligi posse autumo. *Angelum* autem ejusmodi sententiæ ministrum asserit; ut hinc palam fiat, diabolum ne ministerialium quidem virtutum potentiam æquare, nedum Dei; adeoque frustra ac stulte plane contra omnium principatum insolescere. Per *catenam* porro nostro sensui sese accommodans, virtutem nequitiam illius coercentem designat. *Mille* autem *annos* non omnino præcise, quasi tot tantum numero decursuri sint, intelligere convenit. Neque enim cum David ait, *Verbi, quod præcepit in mille generationes* [88], decies centenas presse accipere debemus; sed, numero multas. Ad eumdem itaque B modum per numerum *millenarium*, aut *multum*, aut certe *perfectum* hoc loco significatum putamus; siquidem multis opus fuit annis ad prædicandum ubique in universo terrarum orbe Evangelium, et ad radicandum in ipso pietatis veræque religionis semen. Sunt iidem quoque anni perfectionis indices; quoniam in illis a puerili illo legis usu et consuetudine liberati, in virum perfectum mensuramque ætatis et plenitudinis Christi vocati sumus. Mille igitur anni, ut credibile fit, complectuntur totum illud tempus, quod interfluit inter Christi incarnationem et Antichristi adventum. Utrum ergo anni illi accipi debeant, ut modo exposuimus, an vero inter decies centenos absolute coerceri, C an denique, ut quibusdam placuit, inter angustius spatium concludi, id soli Deo cognitum opinor: hic unus enim novit quousque illius patientia vitæque hujus usura nobis commoda et utilis futura sit. **92** Ast vero post spatium illud temporis elapsum, statim Antichristus universum orbem conturbabit, auctoris omnis mali Belialis virtutem in se continens, virulentæque illius malitiæ fæces hominibus infundens; haud ignarus, supplicii sibi parati vim inevitabilem esse. A cujus operibus clementissimus Deus nos liberet; idemque a paratis ipsi et angelis ejus cruciatibus nos eripiat, atque æternorum bonorum participes declaret, quæ parata sunt illis qui usque ad sanguinis effusionem illi resistent: quia ipsum decet misericordia erga illos qui spem suam in eum rejectam habent; et ab omnibus angelicis virtutibus et sanctis hominibus gratiarum actio, et adoratio; una cum Patre, et vivifico Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

## ΚΕΦΑΛ. ΞΑ'. ΛΟΓΟΣ ΚΑ'.

*Περὶ τῶν ἡτοιμασμένων θρόνων τοῖς φυλάξασι τὴν Χριστοῦ ὁμολογίαν ἀνεξάρνητον.*

***Καὶ εἶδον*** *θρόνους· καὶ ἐκάθισαν ἐπ' αὐτῶν· **καὶ κρῖμα ἐδόθη** αὐτοῖς καὶ ταῖς ψυχαῖς τῶν **πεπελεκισμένων** διὰ τὴν μαρτυρίαν* [*τοῦ*] *Ἰησοῦ **καὶ** [**διὰ**] **τὸν** λόγον τοῦ Θεοῦ· καὶ οἵτινες οὐ **προσεκύνησαν τῷ** θηρίῳ, οὔτε τῇ εἰκόνι αὐτοῦ· καὶ οὐκ **ἔλαβον** τὸ χάραγμα ἐπὶ τὸ μέτωπον ἢ ἐπὶ **τὴν** χεῖρα **αὐτῶν**· καὶ ἔζησαν, καὶ ἐβασίλευσαν μετὰ* [*τοῦ*] ***Χριστοῦ*** *χίλια ἔτη.*

D

## CAPUT LXI. SERMO XXI.

*De sedibus quæ illis sunt paratæ qui Christi confessionem illibatam conservarunt.*

XX, 4. *Et vidi sedes; et sederunt super eas, et judicium datum est illis; et animas decollatorum propter testimonium Jesu, et propter verbum Dei; et qui non adoraverunt bestiam, neque imaginem ejus; nec acceperunt characterem ejus in frontibus aut in manibus suis, et vixerunt, et regnaverunt cum Christo mille annos.*

[88] Psal. CIV, 8.

Illic, magistrales cathedræ datæ fuerunt sanctis apostolis, per quos gentes fidei lumen acceperunt: ibi autem, nempe in futuro sæculo, juxta divinam promissionem, aliæ illis assignabuntur sedes, in eorum judicium et condemnationem qui evangelicam prædicationem repudiaverunt. *Ibi*, canit David, *ascenderunt tribus, tribus Domini, testimonium Israel* [59]. Et postea, *Quoniam illic sederunt sedes in judicio* [60]. Quin reliquis quoque sanctis martyribus, qui pro Christo mortem perpessi sunt, neque mysticæ bestiæ, qui diabolus est, characterem, hoc est imaginem apostasiæ illius, susceperunt, judicandi potestas data est; per quam dæmones, ut ob oculos videmus, judicare non desinunt, usque ad præsentis sæculi consummationem cum Christo glorificati; a piis rursum regibus fidelibusque principibus adorati; et divina denique virtute contra omnem corporum morbum, fraudemque et vim dæmonum conspicue donati. Cæterum quod diabolus et Antichristus et pseudopropheta communicent non modo operibus, verum etiam nominibus, illud ex eo manifestum est, quod unusquilibet horum appelletur *bestia*, similique habitu ornatus cernatur. Nam et *draco* sive *Satanas*, septem capita et decem cornua, cum tot diadematis deferre visitur; et *bestia*, quæ *ex mari* ascendit, nimirum Antichristus, simili schemate vestitus in medium prodire conspicitur: et pseudopropheta tandem eamdem cum utroque mentem et vim ad seducendum et perdendum afferre deprehenditur. Ab horum autem consortio et fraude qui se exemerunt et vindicarunt, cum Christo juxta modum paulo ante expositum, usque ad secundum illius adventum regnabunt; post illum autem, divinis promissionibus abundantius potientur.

A Καὶ ἤδη μὲν τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις διδασκαλικοὶ θρόνοι δέδονται, δι' ὧν τὰ ἔθνη πεφωταγώγηνται· δοθήσονται δὲ κατὰ τὴν θείαν ὑπόσχεσιν καὶ ἐν τῷ μέλλοντι [αἰῶνι] εἰς κατάκρισιν τοῖς ἀπωσαμένοις τὸ εὐαγγελικὸν κήρυγμα, καθὼς φησιν ὁ Δαυΐδ· *Ἐκεῖ γὰρ ἀνέβησαν αἱ φυλαὶ, φυλαὶ Κυρίου, μαρτύριον τῷ Ἰσραήλ*. Καὶ ἑξῆς· *Ὅτι ἐκεῖ ἐκάθισαν θρόνοι εἰς κρίσιν*. Καὶ τοῖς λοιποῖς δὲ ἁγίοις μάρτυσι, τοῖς ὑπὲρ Χριστοῦ παθοῦσι, καὶ μὴ δεξαμένοις τὸ τοῦ νοητοῦ θηρίου τοῦ διαβόλου χάραγμα, δηλαδὴ τὴν εἰκόνα τῆς αὐτοῦ ἀποστασίας, ἐδόθη κρίμα· τουτέστιν ἐξουσία τοῦ κρίνειν· δι' οὗ δαίμονας μέχρι τοῦ νῦν, ὡς ὁρῶμεν, κρίνουσι, συνδοξαζόμενοι τῷ Χριστῷ μέχρι [τῆς] συντελείας τοῦ παρόντος αἰῶνος, ὑπὸ βασιλέων εὐσεβῶν καὶ ἀρχόντων πιστῶν προσ- B κυνούμενοι· καὶ κατὰ πάσης σωματικῆς νόσου καὶ δαιμονικῆς ἐνεργείας τὴν θεόσδοτον δύναμιν ἐπιδεικνύμενοι. Ὅτι δὲ κοινωνοῦσιν ἀλλήλοις ὁ διάβολος [καὶ] ὁ Ἀντίχριστος, καὶ ὁ ψευδοπροφήτης, ὥσπερ ταῖς πράξεσιν, οὕτω καὶ τοῖς ὀνόμασι, δῆλον ἐξ ὧν *θηρίον* ἕκαστος τούτων προσαγορεύεται, καὶ ἐκ τοῦ τὸν δράκοντα δὲ, δηλαδὴ τὸν Σατανᾶν, ἑπτὰ κεφαλὰς καὶ δέκα κέρατα σὺν τοσούτοις διαδήμασι πεφηνέναι ἐπιφερόμενον. Καὶ τὸ *ἐκ τῆς θαλάττης* ἀναβαῖνον *θηρίον*, δηλαδὴ τὸν Ἀντίχριστον, τῷ ὁμοίῳ φανῆναι σχήματι, τὴν αὐτὴν προσμαρτυρεῖ [τούτοις] βουλήν τε καὶ ἐνέργειαν πρὸς τὴν τῶν ἀπατωμένων ἀπώλειαν. Ἧς οἱ ἐλευθεριάζοντες, τῷ Χριστῷ κατὰ τὸν προλεχθέντα τρόπον μέχρι τῆς δευτέρας αὐτοῦ παρουσίας συμβασιλεύσουσι, μετὰ ταύτην περισσοτέρως τῶν C θείων ἐπαγγελιῶν ἀπολαύσοντες.

## CAPUT LXII.

93 *Quæ sit prima resurrectio, quæ item mors secunda.*

XX, 5, 6. *Cæteri vero mortuorum non vixerunt, donec consummarentur mille anni. Hæc est resurrectio prima. Beatus et sanctus, qui habet partem in resurrectione prima. In his mors secunda non habet potestatem; sed erunt sacerdotes Dei et Christi, et regnabunt cum illo mille annis.*

Ex divinis Litteris *duas* exstare *vitas*, et *duas* itidem *mortes* didicimus. Prima vita est illa, quæ post præceptum ab Adamo violatum reliqua fuit, carnalis utique et temporaria. Altera æterna est, quæ post divinorum præceptorum observationem, sanctis in altero sæculo promittitur. *Mors* similiter duplex est: una, carnalis et temporaria: altera, sempiterna, quæ in peccatorum vindictam per gehennam ignis, aliaque id genus tormenta apud inferos post hanc vitam infertur. Hinc jam mortuorum discrimen colligitur. Alii enim sunt vitandi, ad quos illud Isaiæ spectat: *Qui autem mortui sunt, vitam non videant* [61]. Ejusmodi sunt qui per fœda opera cadaverum fetorem præ se

## ΚΕΦΑΛ. ΞΒʹ.

*Τίς ἐστιν ἡ πρώτη ἀνάστασις, καὶ τίς ὁ δεύτερος θάνατος.*

*Καὶ οἱ λοιποὶ τῶν νεκρῶν οὐκ ἔζησαν ἄχρι τελεσθῇ τὰ χίλια ἔτη. Αὕτη ἡ ἀνάστασις ἡ πρώτη· [καὶ] μακάριος καὶ ἅγιος ὁ ἔχων μέρος ἐν τῇ ἀναστάσει τῇ πρώτῃ. Ἐπὶ τούτων ὁ δεύτερος θάνατος οὐκ ἔχει ἐξουσίαν· ἀλλ' ἔσονται ἱερεῖς τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ Χριστοῦ, καὶ βασιλεύσουσι μετ' αὐτοῦ χίλια ἔτη.*

*Δύο ζωὰς* καὶ *δύο νεκρώσεις*, ἤγουν θανάτους, D ἐκ τῆς θείας Γραφῆς διδασκόμεθα. Ἔστι τοίνυν ἡ μὲν πρώτη ζωὴ, ἡ μετὰ τὴν τῆς ἐντολῆς παράβασιν, πρόσκαιρος καὶ σαρκική· ἡ δὲ μετὰ τὴν τῶν θείων τοῦ Χριστοῦ ἐντολῶν τήρησιν ἐπηγγελμένη τοῖς ἁγίοις ζωὴ αἰώνιος. Καὶ *θάνατοι* δὲ ὡσαύτως δύο· ὁ μὲν τῆς σαρκὸς, πρόσκαιρος· ὁ δὲ δι' ἁμαρτημάτων ἔκτισιν ἐπαγόμενος ἐν τῷ μέλλοντι, αἰώνιος, ὅσπερ ἐστὶν ἡ τοῦ πυρὸς γέεννα. Καὶ νεκρῶν δὲ διαφορὰν γινώσκομεν. Οἱ μὲν γὰρ φευκτοὶ (περὶ ὧν φησιν Ἡσαΐας· *Οἱ δὲ νεκροὶ ζωὴν οὐ μὴ ἴδωσι*· δηλαδὴ οἱ ταῖς πράξεσι τὴν δυσωδίαν καὶ τὴν νέκρωσιν ἐπιφερόμενοι)· οἱ δὲ ἐπαινετοὶ, οἱ ἐν Χριστῷ τὰς πράξεις τοῦ σώματος θανατοῦντες, καὶ οἱ Χριστῷ συν-

[59] Psal. CXXI, 4. [60] ibid. 5. [61] Isa. XXVI, 14.

Digitized by Google

ἐσταυρωμένοι καὶ τῷ κόσμῳ νεκρούμενοι. Οἱ οὖν ἀπηγορευμένοι νεκροὶ, οἱ μὴ συνταφέντες καὶ συναναστάντες [τῷ] Χριστῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος, ἀλλὰ τῇ νεκρώσει τῶν ἁμαρτημάτων ἐμμείναντες, οὐ ζῶσι σὺν αὐτῷ ἄχρι τελεσθῶσι χίλια ἔτη· τουτέστιν ὁ τέλειος ἀριθμὸς, ὁ ἀπὸ τῆς πρώτης αὐτοῦ παρουσίας μέχρι τῆς δευτέρας ἐνδόξου [αὐτοῦ παρουσίας] διήκων, ὡς ἀνωτέρω εἴρηται· ἀλλ' ἐκ γῆς μόνης γεννηθέντες, καὶ οὐκ ἐκ πνεύματος, εἰς γῆν τὴν ἀποστροφὴν ἔχουσιν. Ὁ γὰρ θάνατος αὐτῶν ἀρχὴ τῆς μελλούσης αὐτοῖς κολάσεως γίνεται. Οἱ δὲ μέρος ἐν τῇ πρώτῃ ἀναστάσει ἔχοντες, τουτέστιν ἐν τῇ ἐγέρσει τῇ ἐκ τῶν θανατουσῶν ἐννοιῶν [τε] καὶ πράξεων νεκρῶν, οὗτοι μακάριοι· οὐ γὰρ ἕξει ἐπὶ τούτων ἐξουσίαν ὁ δεύτερος θάνατος, τουτέστιν ἡ ἀτελεύτητος κόλασις· ἀλλ' ἱερατεύουσι καὶ βασιλεύουσι μετὰ [τοῦ] Χριστοῦ, ὡς ὁρῶμεν, τὰ νοηθέντα ἡμῖν χίλια ἔτη, μέχρι τοῦ λυθῆναι τὸν Σατανᾶν καὶ πλανῆσαι [πάντα] τὰ ἔθνη· οὐχ ὡς τότε τὴν βασιλείαν ἀφαιρούμενοι· ἀλλ' ὡς βεβαιοτέρως αὐτὴν καὶ ἐμφανεστέρως κτησάμενοι τῇ παραδρομῇ τῶν προσκαίρων, καὶ καθέξει τῶν αἰωνίων. Ὀλίγος γὰρ ὁ χρόνος ὁ μετὰ τὴν τοῦ διαβόλου λύσιν μέχρι τῆς κατ' αὐτοῦ ἀποφάσεως καὶ τῆς ἐν γεέννῃ κολάσεως. Ὥστε τὸ, *Ἔσονται ἱερεῖς τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ Χριστοῦ*, ἐπανάληψιν νοητέον τῶν προτέρων· καὶ γὰρ τὰ νῦν διὰ τῆς πείρας καὶ τῆς τῶν πραγμάτων ἐκβάσεως ὁρώμενα τῶν ἁγίων γέρα καὶ θαύματα, ἔμελλε τότε ὅτε τῷ εὐαγγελιστῇ ὠπτάνετο, ὡς εἴρηται. Τοίνυν δύο θανάτων ὄντων, ἀνάγκη καὶ *τοσαύτας ἀναστάσεις* ἐνδέξασθαι. Πρῶτος τοίνυν ὁ σωματικὸς θάνατος, τῇ ἀνθρωπίνῃ παρακοῇ δοθεὶς ἐπιτίμιον· [ὁ] δεύτερος, ἡ αἰώνιος κόλασις. Πρώτη [δὲ] ἀνάστασις, ἡ ἐκ νεκρῶν ἔργων ζωοποίησις· δευτέρα [δὲ] ἡ ἐκ φθορᾶς τῶν σωμάτων εἰς ἀφθαρσίαν μεταποίησις.

ferunt. Alii autem laude digni sunt. Ejus generis sunt qui propter Christum opera carnis mortificantes, necnon cum eodem Christo sese crucifigentes, mundo vivere desierunt. Mortui igitur deplorati, quales sunt qui per baptisma cum Christo non sunt sepulti, neque cum eo resuscitati, sed in peccatorum morte usque ad vitæ finem perstiterunt, non vivent cum ipso donec finiantur mille anni, hoc est perfectus ille annorum numerus, qui a primo illius adventu usque ad secundum eumque gloriosum pertingit, sicuti supra indicatum est. Verum ut ex terra tantum nati sunt, et non ex spiritu, ita in terram denuo revertentur. Neque enim aliud illorum mors est, quam futurorum suppliciorum initium. At qui primæ resurrectionis participes evaserunt, hoc est, qui ex letalibus cogitationibus et operibus resurrexerunt, illi beati sunt. Nullam enim potestatem in illos habebit mors secunda, nempe infinitus inferorum cruciatus, sed sacrificabunt et regnabunt cum Christo mille annos, ad modum ante explicatum, donec nimirum solvatur Satanas, ut seducat gentes; non quod hi tunc regno spoliabuntur, sicut nec illi quoque tunc temporis a pœnis absolventur; sed quod tunc illud illustrius et firmius possidebunt, rebus fluxis et temporariis jam proscriptis, æternis autem et solidis præsentibus. Parum enim temporis a diaboli solutione usque ad sententiam, quæ contra ipsum feretur, ejusdemque in gehenna condemnationem, intercedet. Quare illud, *Et erunt sacerdotes Dei et Christi*, ad tempora dudum ante transacta referendum est. Etenim quæ nunc per experientiam rerumque eventum videntur sanctorum miracula, meritorumque præmia; quando evangelistæ hæc patefiebant, adhuc futura erant, ut dictum est ante. Cum ergo duæ sint mortes, *duæ* quoque *resurrectiones* sint oportet. Prima mors est corporalis, in humanæ inobedientiæ pœnam irrogata. Secunda est gehenna, seu æternus apud inferos cruciatus. Prima resurrectio est vivificatio ex operibus mortuis; secunda est ex corporum corruptione in incorruptionem transmutatio.

## ΚΕΦΑΛ. ΞΓ'.

### *Περὶ τοῦ Γὼγ καὶ Μαγώγ.*

*Καὶ ὅταν τελεσθῇ τὰ χίλια* [ἔτη], *λυθήσεται ὁ Σατανᾶς ἐκ τῆς φυλακῆς αὐτοῦ· καὶ ἐξελεύσεται πλανῆσαι τὰ ἔθνη τὰ ἐν ταῖς τέσσαρσι γωνίαις τῆς γῆς.* [*καὶ*] *τὸν Γὼγ καὶ τὸν Μαγώγ· καὶ συναγαγεῖν αὐτοὺς εἰς πόλεμον· ὧν ὁ ἀριθμὸς ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης.*

Τὸν *προῤῥηθέντα τῆς χιλιετίας χρόνον* τινὲς μὲν τὰ τρία [ἥμισυ] ἔτη τὰ ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος τοῦ Χριστοῦ μέχρι τῆς αὐτοῦ εἰς οὐρανοὺς ἀναβάσεως οὐκ οἶδ' ὅπως ἐξειλήφασι· μεθ' ἃ λυθῆναι τὸν διάβολον ὑπενόησαν. Ἕτεροι δὲ μετὰ τὴν συμπλήρωσιν τῶν ἑξακισχιλίων ἐτῶν τὴν πρώτην ἀνάστασιν [ἐκ] τῶν νεκρῶν δίδοσθαι μόνοις τοῖς ἁγίοις ἔφασαν· ἵνα ἐν τῇ γῇ αὐτῇ ἐν ᾗ τὴν καρτερίαν ἐπεδείξαντο, τρυφῆς καὶ δόξης ἀπολαύσωσι χίλια ἔτη· καὶ μετὰ τοῦτο τὴν καθόλου γίνεσθαι ἀνάστασιν, οὐ δικαίων μόνων, ἀλλὰ καὶ ἁμαρτωλῶν. Ὅτι μὲν οὖν οὐδὲν τού-

## CAPUT LXIII.

### 94 *De Gog et Magog.*

XX, 7. *Et cum consummati fuerint mille anni, solvetur Satanas de carcere suo; et exibit, et seducet gentes, quæ sunt super quatuor angulos terræ, Gog et Magog; ut congreget eos in prœlium; quorum numerus est sicut arena maris.*

Prædictum *mille annorum tempus* quidam nescio quomodo ad spatium quod a Christi baptismate usque ad illius in cœlum ascensum fluxit, referunt, adeoque mille annos in trieteridem cum anni semisse contrahunt; post quam diabolum solutum asserunt. Alii vero post expletum sex millium annorum intervallum, primam ex mortuis resurrectionem, solis sanctis propriam, futuram dixerunt; quo nimirum in hac crassa et caliginosa terra, in qua illustria fortitudinis et patientiæ specimina ediderant, mille annis gloria et honore

Digitized by Google

**potiantur, omnique voluptatum genere perfruantur; post hoc autem tempus elapsum, universalem omnium, hoc est non justorum tantum, verum etiam peccatorum, resurrectionem fore. Sed Ecclesia neutrum horum recipit; nosque cum Christum ad Sadducæos dicentem audimus, justos vitam in cœlo angelis Dei similem acturos : et Apostolum asserentem, regnum Dei non esse cibum aut potum : per mille annos universum evangelicæ prædicationis tempus designatum putamus. Nam, ut ante scriptum est, nulla necessitas nos cogit ut ad mille annos absolute illud tempus constringamus : neque enim illud quod in Canticis dicitur : *Unusquisque pro fructu suo mille argenteos apponet* [62] : rursum, *Mille Salomoni, et ducenti iis qui servant fructum ejus* [63], numerum hunc absolute designat, sed fructuum tantum multitudinem, fructificationisque ubertatem; quemadmodum hoc quoque loco per mille annos perfecta fidei fructificatio significatur. Post quam filius perditionis, homo ille iniquitatis veniet, ut judicentur omnes qui veritati non crediderunt, sed, juxta Apostoli doctrinam, quam Christum confirmat, in iniquitate vitam traducere optimum duxerunt. Christi verba sunt : *Ego veni in nomine Patris mei, et non suscepistis me; alius veniet in nomine suo, et illum suscipietis* [64]. Tunc igitur, ut dictum est, Satanas e carcere solutus seducet omnes gentes; et Gog præterea et Magog ad totius orbis vastitatem et desolationem concitabit in prælium. Sunt autem ex veteribus qui per *Gog* et *Magog* gentes quasdam Scythicas et Aquilonares insinuatas existimant (quæ alio nomine *Hunni* appellantur), bellica virtute et militum numero quavis terrena potentia finitimoque regno potentiores. Quare sola quoque Dei manu et potestate coerceri dicuntur, ne toto terrarum orbe potiantur, suoque eumdem imperio subjugent; idque usque ad Antichristi Satanæque adventum.** Cæterum quod nomen *Gog*, si Latine ex Hebræo interpreteris, sonet colligentem vel collectionem, *Magog* autem elevationem vel elevatum, quidam per ejusmodi nomina ingentem hominum turbam hinc inde collectam, summamque mentis elationem significata arbitrantur. Advertendum est præterea Ezechielem quoque vaticinatum, gentem, de qua hic sermo, magna cum potentia novissimis diebus venturam, ingentique
95 bellica multitudine terram pressuram, igneque et armis late omnia vastaturam. Hoc tamen oraculum quidam ex interpretibus ad casum Assyriorum, qui tempore Ezechiæ regis sub Senacherib militabant, retulerunt; sed perperam : siquidem Assyriorum clades multo tempore ante editam Ezechielis prophetiam accidit. Alii proinde transferunt ad gentium populorumque interitum, qui invaserunt eos qui, ex Babylonica captivitate reversi, Jerusalem instaurare instituerant : primo quidem Cyro Per-

[62] Cant. VIII, 11. [63] ibid. 12. [64] Joan. V, 43.

των ἡ Ἐκκλησία δέδεκται, περιττόν ἐστι λέγειν. Ἡμεῖς τοίνυν ἀκούοντες τοῦ Κυρίου πρὸς τοὺς Σαδδουκαίους λέγοντος, ὅτι *Ὡς* [οἱ] *ἄγγελοι* [τοῦ] *Θεοῦ ἐν* [τῷ] *οὐρανῷ, οὕτως* [καὶ] *οἱ δίκαιοι ἔσονται·* καὶ τοῦ Ἀποστόλου φήσαντος, [ὅτι] *Ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ οὐκ ἔστι βρῶσις καὶ πόσις*, τὸν τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος χρόνον τὴν χιλιετίαν ἐξελάβομεν. Ὡς γὰρ προγέγραπται, οὐκ ἀνάγκη τὰ τοσαῦτα τῷ ἀριθμῷ νοῆσαι τὰ χίλια [ἔτη]· οὐδὲ γὰρ τὸ ἐν τοῖς Ἄσμασιν εἰρημένον, *Ἀνὴρ θήσει ἐν καρπῷ αὐτοῦ χιλίους ἀργυρίου·* καὶ πάλιν, *Οἱ χίλιοι τῷ Σολομῶν, καὶ οἱ διακόσιοι.* [Καὶ ὁ Ἰησοῦς] τοῖς τηροῦσι τὸν καρπὸν αὐτοῦ, τὸν ἀριθμὸν τοῦτον ἐδήλωσεν· ἀλλὰ [καὶ] τὸ πλῆθος καὶ τὸ ἐν καρποφορίᾳ τέλειον· ὥσπερ κἀνταῦθα ἡ τελειοτάτη καρποφορία τῆς πίστεως· μεθ' ἣν ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, ὁ ἄνθρωπος τῆς ἀνομίας, ἐλεύσεται· ἵνα κριθῶσι πάντες οἱ μὴ πιστεύσαντες τῇ ἀληθείᾳ, ἀλλ' εὐδοκήσαντες τῇ ἀδικίᾳ, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, καὶ κατὰ τὸ Δεσποτικὸν λόγιον, φῆσαν· *Ἐγὼ ἐλήλυθα ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Πατρός μου, καὶ οὐκ ἐδέξασθέ με· ἄλλος ἐπὶ τῷ ὀνόματι τῷ οἰκείῳ ἐλεύσεται, καὶ ἐκεῖνον λήψεσθε.* Τότε τοίνυν, ὡς εἴρηται, λυόμενος ὁ Σατανᾶς ἐκ τῆς φυλακῆς αὐτοῦ, πλανήσει πάντα τὰ ἔθνη, καὶ τὸν Γὼγ καὶ τὸν Μαγὼγ κινήσει εἰς πόλεμον πρὸς τὴν τῆς οἰκουμένης ἐρήμωσιν. Εἶναι δὲ τὸν *Γὼγ* καὶ τὸν *Μαγὼγ* τινὲς μὲν Σκυθικὰ ἔθνη νομίζουσιν ὑπερβόρεια, ἅπερ καλοῦμεν *Οὐννικά*, πάσης ἐπιγείου βασιλείας [καὶ ἔθνους], ὡς ὁρῶμεν, πολυανθρωπότερά [τε] καὶ πολεμικώτερα· μόνῃ δὲ τῇ θείᾳ χειρὶ πρὸς τὸ κρατῆσαι τῆς οἰκουμένης πάσης ἐπεχόμενα, ἄχρι [τῆς] τοῦ διαβόλου λύσεως. Τινὲς δὲ τὸν *Γὼγ* ἀθροίζοντα ἢ ἄθροισμα· καὶ τὸν *Μαγὼγ*, ἐπηρμένον, ἐκ τῆς Ἑβραΐδος γλώττης ἑρμηνεύουσιν, ὡς διὰ τῶν ὀνομάτων ἢ τὸ ἄθροισμα τῶν ἐθνῶν, ἢ τὸ ὑπερήφανον διασημαίνεσθαι. Ἰστέον δὲ ὅτι καὶ [ὁ] Ἰεζεκιὴλ ταῦτα τὰ ἔθνη προεφήτευσεν ἐπ' ἐσχάτων καιρῶν ἐλευσόμενα σὺν δυνάμει βαρείᾳ ἐπὶ τῆς γῆς τοῦ Ἰσραὴλ πεσεῖσθαι, καὶ ἑπταετίαν ἐν τοῖς αὐτοῖς ὅπλοις, ὡς διὰ τὸ πλῆθος αὐτῶν πῦρ καίεσθαι· ὅπερ τῶν ἑρμηνευτῶν τινὲς μὲν εἰς τὴν ἐπὶ Ἐζεκίου τῶν σὺν τῷ Σεναχηρεὶμ Ἀσσυρίων πτῶσιν ἐξελάβοντο, πρὸ πολλῶν χρόνων γεγενημένην τῆς τοῦ Ἰεζεκιὴλ προφητείας· τινὲς δὲ, εἰς τὴν τῶν ἐθνῶν ἀπώλειαν τῶν ἐπιθεμένων τοῖς τὴν Ἱερουσαλὴμ μετὰ τὴν ἀπὸ Βαβυλωνίων ἅλωσιν ἀνατειχίζειν μέλλουσι, πρώτου Κύρου τοῦ Πέρσου, καὶ μετ' αὐτὸν Δαρείου τοῖς τῆς Ἀσσυρίας ἐπάρχοις τοῦτο κελεύσαντος· τινὲς δὲ, εἰς τὰς Ἀντιόχου δυνάμεις τοῖς Μακκαβαίοις ἡττηθείσας. Ὅτι δὲ μᾶλλον τοῖς ἐσχάτοις ἁρμόζει χρόνοις ἡ τούτων ἔλευσις, δῆλον· πρῶτον μὲν, τῷ μηδαμοῦ γεγράφθαι Σκυθικὰ ἔθνη κατὰ Ἰουδαίων τηνικαῦτα ἄρασθαι πόλεμον, ἀλλὰ μόνα τὰ περίοικα, τῆς ἀθρόας εὐδαιμονίας τούτοις βασκαίνοντα· δεύτερον δὲ, τῷ γεγράφθαι περὶ τοῦ Γὼγ, [ὅτι] ἀφ' ἡμερῶν ἀρχαίων ἑτοιμασθήσεται, καὶ ἐπ' ἐσχάτων καιρῶν ἐλεύσεται· τρίτον δὲ, τῷ ἐν τῇ παρούσῃ ἀποκαλύψει προφητευ-

Digitized by Google

ούσῃ τὰ μέλλοντα γεγράφθαι [πρὸς τῷ τέλει τοῦ αἰῶνος τούτου, τὸν Γὼγ καὶ τὸν Μαγὼγ ἐλεύσεσθαι].

A sarum rege, post illum vero Dario, Syriæ præfectis opem eam in rem conferre maudantibus. Non desunt denique qui a l Antiochi vires, quas Maccabæi fregerunt et superarunt, istud vaticinium spectasse putent. At certum est Gogi et Magogi adventum multo rectius quadrare in novissima tempora. Primo enim nequaquam scriptum exstat, Scythicas gentes contra Judæos tunc temporis bellum collegisse, sed solum populos qui in circuitu habitabant, qui subitæ Judæorum felicitati invidebant. Deinde vero quod Scriptura de Gogo asserat, ab antiquis diebus ad hoc præparatum et destinatum esse, ut novissimis temporibus veniat, terramque perturbet. Postremo autem, quod in præsenti Apocalypsi, quæ de futuris vaticinatur, doceatur ad sæculi hujus finem Gogum et Magogum in medium proditur os.

Pag. 80, v. 4, A ποιήσουσι· et seq. v. φάγονται, omnia eodem verbi modo, indicativo scilicet. Ab eodem absunt inclusa v. 8, sed agnoscit ea cum P et B etiam vetus interpres Latinus. V. 18, A ἐνεργῆσαι, uti et Bav. V. 22, idem A ταῖς τοῦ ἐχθροῦ ἡδοναῖς, nomine scilicet pro relativo resumpto: et v. 24, composite ἐμπλησθῆναι. Græca hic magis ad verbum ita sonant: *Me vero admiratio subit, quomodo diabolus hostis sit et vindex; dum decem illis cornibus, quæ suis habenis regit, incentorem et adjutorem se præbebit, ut partim Christo Deo nostro in virtutis omnisque boni studio se opponant; partim populosam illam civitatem, quæ a divinis mandatis fornicata, se libidinibus ipsius ministram præbuit, desolent; eaque in strage ipse se more sanguivoræ belluæ, illius sanguine impleat incendium, illius lætitiæ materiam; humanarumque carnium concisionem, alimentum sibi ducens: et quomodo, cum semper discordia gaudeat; decem illis apostaticis cornibus concordiam sit donaturus.* V. 35, A ἐγκαταλέξει, indic. modo, itidemque Bav. V. 38, idem Bav. καὶ ἐξουσίαν, præmissa copula. V. 43, A ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, τῷ λυτρωτῇ τῶν ψυχῶν ἡμῶν· et v. 45, τῷ Πατρὶ πρέπει δόξα, κράτος, ἅμα τῷ Π. V. 52, idem brevius, τῶν τερπνῶν αὐτῆς. Sonant autem ibi Græca: *et de cœlesti voce fugam e civitate mandante; deque amissione omnium delectabilium quibus ante fruebatur.*

Pag. 81, v. 4, inclusum μεγάλη ab A abest: itidemque articulus ἡ seq. v. et relativum αὐτῆς v. 8. Idem eodem v. 8, πέπωκε, sing. num. V. 12, Isaiæ locus est cap. 13 et 21. V. 14, articulus τήν ab A abest. V. 28, idem ἐκτηκομένη ἐν τοῖς ὑπὲρ δύναμιν. Bavar. quoque cum P habet ὑπὲρ τὴν χρείαν· ubi mallet fortasse aliquis, ἐν τοῖς εἰς χρείαν ὑπὲρ τὴν χρείαν ἐκτεινομένη· ut sit, *in iis quæ opus sunt, ultra quam opus est, rerum pretia intendens*: seu, *in*

Digitized by Google
Распознавание текста ABK/FR

*iis quæ ad vitam necessaria sunt, ultra quam necesse est, rerum pretia intendens*, sed retineri tamen et vulgata scriptura potest, hoc sensu, *in iis quæ ultra necessitatem sunt* (i. minus necessaria sunt) *nervos intendens*. V. 31, A ἄλλην φωνὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ λέγουσαν, accus. casu : et seq. v. ἐξέλθετε ἐξ αὐτῆς, ὁ λαός μου · et mox, ἵνα μὴ συγκοινωνήσητε · et rursum v. 34, μὴ βλαβῆτε, *ne lædamini :* et v. 35, μέχρι τοῦ οὐρανοῦ, eadem significatione : et seq. v. τὰ ἀδικήματα, accus. casu. V. 38, idem σώζων σῶζε, utrumque præs. temp. ut et Gen. xix, legitur ; apud Justin. ccxvi, 35, est σῶζε σῶζε. V. 41, idem A μετὰ τὴν παραπικραινόντων τῷ Θεῷ συνδιαίτησις · itidemque Bav. nisi quod accus. casu. habet τὸν Θεόν, nostri P sensus est ; *fugienda enim etiam conversatio et cohabitatio cum iis qui Deum exacerbant*. V. 52, A ἐπαγόντων, præs. tempore : et seq. e. ἀπὸ προσώπου εἰς πρόσωπον · et v. 56, κολάσεις, pro κακώσεις.

Pag. 82, v. 8, inclusa καὶ ab A abest. V. 10, idem composite, διότι ἐν τῇ καρδ. *propterea quod in corde s.* et v. 14, ὃ καὶ αὕτη προσμεμαρτύρηκεν ἑαυτῇ · quam lectionem secutus est interpres ; cum P consentit etiam Bavaricus ; hoc sensu ; *quod testimonium huic quoque prohibet apostolus* : seu, *quod de hac quoque testatur apostolus*. V. 21, melius, ἔκ τε λιμοῦ καὶ λοιμοῦ · ut monophthongon præcedat, diphthongon sequatur, et certe ordine Augustanus ; cæteris tamen aliquantum variantibus ἐκ λιμοῦ πένθος αὐτῇ προσγενήσεται, ἐκ λοιμοῦ τε φθαρήσεται καὶ πυρὸς κατακαυθήσεται. Bav. contractius, ἔκ τε ῥομφαίας ἔκ τε λιμοῦ φθαρήσεσθαι · ἢ καὶ αὐτῆς τῆς ἡμ. duob. membris omissis. V. 18, A Κύριος ὁ παντοκράτωρ, ὁ κρίνων αὐτήν. Ab eodem abest articulus τό v. 28. Seq. v. idem τοὺς ἀνοήτους ἐξαμαρτάνοντας, *insipientes delinquentes*, sed aptior nostri et B codicis lectio, *eos qui absque resipiscentia peccant*. V 31, idem A κλαύσουσι, activa forma, et mox, ἐπ' αὐτῇ · quam lectionem etsi B quoque habet, excusari tamen etiam ἀπ' αὐτῆς potest ; ut *ab ea* idem sit quod *ob eam*. V. 34, idem A ἑστήκοντες, præs. tempore : et v. 36, ὀχυρά, pro ἰσχυρά. V. 39, idem composite, ὥσπερ περὶ τῆς · et seq. v. οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, *reges terræ*, ut v. 38. Exstat autem locus Ps. ii, et xlvi. V. 41, idem A specialius προαγορεύει, pro λέγει, et v. 49, βύσσου καὶ πορφύρας. V. 52, idem ὤνησις. Græca ibidem ad verbum ad verbum sonant : *Cum enim pereunt qui in potentatu et deliciis vitam agunt, supervacua est talium rerum emptio et abusus*. V. 57, pro σμύρναν Pal. et Bav. habent μύρον, *unguentum*.

Pag. 83, v. 3, A rursum ὤνησις. V, 7, idem brevius sic orditur expositionem : Καὶ τούτων, φησὶν, ἡ χρῆσις περιττή · et mox, διὰ δὲ τῶν ῥέδων, eodem numero, genere, casu. Ab eodem abest verbum λέγεται v. 10. V. 14, idem ἀπῆλθεν ἀπὸ σοῦ, eodem verbo quo in præcedenti membro : et v. 20, πλουτήσαντες ἐξ αὐτῆς variata præpositione : et seq. v. ἀπομακρόθεν, conjuncte. V. 24, idem βύσσινον καὶ πορφυροῦν, utrumque materiali forma : et v. 27, ἐπ' ὄψιν ἄγει, præpositione mutata : itidemque seq. v. ἐν αὐτῇ. V. 32, idem πᾶς ἐπὶ τῶν πλοίων ὅμιλος · et seq. v. ἀπομακρόθεν ἐστήκασι καὶ ἔκραζον, minus eleganter. Ab eodem absunt inclusa v. 35, 36, 37, 38. V. 44, idem ἐν αὐτῷ, nempe τῷ βίῳ. Distinctionem post τῶν ὁρωμένων v. 51, agnoscit idem.

Pag. 84, v. 11, A καθόλου τῆς γῆς · et v. 22, λίθον ὡσεὶ μύλον μέγαν, ambigue, cum adjectivum μέγαν æque ad remotius atque ad proximius substantivum trahi possit. V. 24, idem divise, μεγάλη πόλις, ut infra in expositione, v. 35. Ab eodem absunt inclusa v. 28 et 29. V. 30, idem ordine verso, ἀκουσθῇ ἔτι ἐν σοί · et seq. v. ὅτι ἐν τῇ φαρμακείᾳ σου, repetita videlicet conjunctione rationali seu causali ; et φαρμακεία diphthongως scripto, velut a verbo in εύω. V. 35, idem αἷμα προφητῶν, sing. numero : et v. 36, καθαιρεῖ, a them. impuro. V. 40, idem δηλοῖ, pro σημαίνει, eodem sensu, et v. 48, ordine inverso, ὡς καὶ μαγείαις.

Pag. 85, v. 2, Pal. τὸ ἐκβλαστάνον · sed cum A et B legendum esse τὸ ἐν βλαστάνον, ipsa etiam sententia satis arguit. V. 20, A ἤκουσα ὡς φωνὴν ὄχλου, ut et vetus interpres Latinus : et seq. v. λεγόντων τό, Ἀλληλούϊα, absque distinctione. Ab eodem absunt inclusa καὶ ἡ τιμή, v. 22. V. 24, idem simplici figura, ἥτις ἔφθειρε τὴν γῆν · et v. 27, εἴρηκαν, pro εἰρήκασιν, raro syncopes genere. Seq. v. idem ἀνέβη, præterito aoristo. Ab eodem absunt inclusa, τοῦ, et καὶ τοῦ, v. 37 : et τῆς v. 39, Ibidem Gr. sonant ad verbum, *quoniam et sanguinem servorum suorum e manu Babylonis vindicavit, et per punitionem habitatoribus ejus benefecit, facta nimirum peccati excisione. At per fumum civitatis in sæcula sæculorum ascendentem significatur, vel in perpetuum citra ullam oblivionem ei pœnas immissum iri, vel eam pœnis in hoc sæculo aliqua ex parte exantlatis, in futuro sæculo moderatiores quidem, æternas tamen pœnas luituram*. V. 45 A δεδωκυῖαν δίκας, præterito perfecto : et mox, μετριωτέρως, adverbialiter.

Pag. 86. v. 3, A ἤκουσα φωνὴν, accus. casu : itidemque in sequentibus duobus membris : et v. 5, λεγόντων Ἀλληλούϊα · et rursum v. 7, δῶμεν, subjunctivo modo. V. 11, idem ἀναριθμήτων οὐσιῶν καὶ δυνάμεων · et seq. v. τὰ ὑπεράνω τῶν οὐρανίων ὕδατα. V. 17, idem ἡ κατὰ οἰκονομικὴν οἰκείωσιν · et mox, ἡ κατ' ἐξουσίαν. Inclusa, γράψον v. 29, et seq. v. τοῦ γάμου, absunt ab eodem A. V. 33, idem τὸ λαμπρὸν τῶν ἀρετῶν et v. 36, εὐφροσύνη πανάρμονιος · et mox, ἧς οἱ τευξόμενοι, μακάριοι. V. 50, idem reciproce, τοὺς ἑαυτοῦ δούλους.

Pag. 87. v. 1, A ἔπεσα, et mox, προσεκύνησα αὐτῷ. V. 5, idem τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, et additum in margine, γρ. καὶ *προφητείας* · id est, *In quibusdam codicibus scribitur etiam* προφητείας. Seq. v. idem μὴ προσκυνήσῃς. V. 19, idem τὸ Δεσποτικὸν πληροῦν λόγιον · *Μάθετε γάρ*, φησὶν, *ὑπ' ἐμοῦ*, ubi etiam nota diversitatem præpositionis, ὑπ' ἐμοῦ, pro ἀπό vel ἐξ ἐμοῦ. V. 29, idem Ὅπως τὸν Χριστὸν ὁ Θεολόγος εἶδε μετὰ δυνάμεων ἀγγελικῶν, omissa equi seu equitationis mentione. V. 32, idem ἀνεῳγμένον, omisso præpositionis augmento. Seq. versu idem duplicem scripturam præfert, ἐπ' αὐτόν, et superscriptum ἐπ' αὐτῷ. V. 40, Bav. τὴν κατὰ τῶν ὑπευθύνων αἰνίττεται κρίσιν, ὁ δὲ λευκ. Et v. 42, ἐν ᾗ ἐποχούμενος. A vero, sic, ὁ δὲ ἐποχούμενος ἐπ' αὐτὸν, πιστός ἐστιν ἐν πᾶσι τοῖς λόγοις αὐτοῦ, καὶ ἀληθινὸς ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις αὐτοῦ · ὅς ἐστιν Ἰησοῦς Χριστὸς, Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ὃς *κρίνει* τὰ ἔθνη · et verbo *κρίνει* adscripta est alia *γρ.* nempe κρινεῖ, fut. tempore. V. 46, idem A verso membrorum ordine, ἁμαρτωλοῖς δὲ ἀφώτιστον καὶ καυστικήν. Ab eodem abest disjunctiva ἢ v. 47. V. 49, Pal. et Bav. ἐν Εὐαγγελίοις, *in Evangeliis* : parum apte. V. 52, A διὰ μακροθυμίαν, accus. casu : et seq. v. ὥς φησιν ὁ προφήτης, appellative scilicet. Ab eodem A absunt inclusa v. 55, itemque a vetere interpretatione Latina.

Pag. 88, v. 15, A διὰ τῶν ἑξῆς δὲ τὰ ἐκτεθέντα πιστοῦται. V. 20 et 21 τὸ accus. casu habent etiam A et B, elliptice nimirum pro διὰ τό · quo significatu fere usitatius τῷ, dativo casu. V. 23, A ἠκολούθουν, plur. numero : et v. 25 λαμπρόν, pro λευκόν. V. 26, idem expositionem sic orditur brevius, Διὰ τούτων αἱ οὐράνιαι τάξεις σημαίνονται · et v. 28 idem νοητῶν pro νοημάτων. Ab eodem abest inclusum δίστομος v. 32. V. 26, idem τὴν ἐπενεχθησομένην. V. 40, in eodem annotata et alia scriptura, πολυσχιδοῦς. V. 42, idem ἀπείραστοι, minus convenienter : quippe quod significet *intentati*, i. *non tentati*. Ibidem mox idem pro, ἐπ' αὐτούς, habet,

Digitized by Google
Распознавание текста ABK/FR

ἐπὶ τὴν κλῆρον τῶν δικαίων (ut Psal. 124), et v. 45, οὐ κρινεῖ, fut. tempore. V. 51, expositionem idem sic inchoat brevius, Τοῦτο τὸ ὄνομα δηλοῖ τὸ τῆς θείας ἐνανθρ. V. 53, idem Βασιλεὺς βασιλέων ἐστὶ, Κύριος κυρίων, τῶν βασιλευσάντων δηλαδὴ τῶν παθῶν, καὶ τὸ κῦρος καὶ τὸ κράτος κατὰ τῆς ἁμαρτίας συνεργίᾳ τούτου κτησαμένων, qua de re supra quoque 4, 46.

Pag. 89, v. 4, inclusum ἕνα abest ab A. V. 6, idem μεσουρανίσματι, ut supra quoque aliquoties, a themate in ίζω. Seq. v. idem expositionem sic incipit, Τοῦτον ἕνα τῶν ὑπερεχόντων ἀγγέλων εἶναι νομίζομεν. V. 16, idem ad μεσιτεία. Superscriptum habet νηστεία. Quod ut admittatur, totus locus ad homines restringendus foret : sed obstat finale periodi membrum, quod in homines non quadrat, et angelos esse quosdam μεσίτας inter Deum et homines, cum alibi supra dictum est, tum 35, 8 : 61, 2 : et 69, 5. Græca porro hic ita magis ad verbum sonant', *In medio autem cœli ; ut intelligatur homines quoque angelicæ puritatis æmulos, ascensus istius et prædictæ lætitiæ participes esse. Quorum intercessio inferiora sursum evehere potest : per quos et sancti in occursum Domini rapientur.* In Bavarico sententiam claudunt hæc, ὧν ἡ μεσιτεία ἀναγωγικὴ, omissis cæteris. Inclusum συνάχθητε v. 19, ab A abest : idemque mox, εἰς τὸ δεῖπνον τοῦ μεγάλου Θεοῦ. V. 21, idem χιλιάρχων, uti et Bavaricus; nempe a nom. χιλίαρχος, V. 26, idem A εὐδοκία κέκληται· et v. 33, δεῖπνον Χριστοῦ· et v. 35, ἡ βασιλείας, ἡ κολάσεως. V. 40, idem ὑποβεβηκότας ἐν πονηρίᾳ. Sonant vero ibi Græca sic ; *sed per equos quidem, vel eos qui furenti feminarum amore flagrant, vel eos qui se improbitati velut equitandos submittunt, vel etiam utrosque : per inscensores autem sive sessores equorum, eos qui in malitia præcellunt, innuens.* Sunt enim ibi opposita, ὑποβεβηκότες et ἐπιβάται. Ac ἐπιβάται quidem *inscensores seu sessores equorum :* ὑποβεβηκότες autem, *qui equorum more se inscendendos et equitandos subjiciunt ;* ut supra quoque 41, 27. V. 42, A ἐν πονηρίᾳ προὔχοντας· et v. 48, ἐλευθέρων καὶ μεγάλων, omisso posteriore articulo. Ab eodem abest στρατεύματα v. 53. Seq. v. P et B πολυσχεδές, sed A aptius πολυσχιδές.

Pag. 90, v. 4, A μετὰ τούτου, demonstrative : et v. 16, ἐβλήθησαν, præterito aoristo. V. 18, idem, Εἰκότως μὲν οὗτοι τὸν κοινὸν οὐκ ἀποθν. θάν. Et v. 20, τῷ δευτέρῳ θανάτῳ τῆς λίμνης τοῦ πυρός, dativo in genitivum verso. V. 22, idem ἀλλαγησομένων, simplici figura, ut et I Cor. 15. Seq. v. idem, ἀλλ' οὗτοι μὲν, εἰς κρίσιν ἐλεύσονται· et mox, ὡς ἀσεβεῖς. V. 28, idem τοῦ Θείου στόματος (apud Paulum II Thess. II est, τῷ Πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ)· et mox, τινὰς τῶν διδασκάλων, plur. numero : et v. 31, ἐροῦμεν τούτους ζῶντας ἐν ἀφθάρτῳ σώματι. V. 33, idem ὑπὸ Χριστοῦ, pro ὑπὸ τοῦ Θεοῦ· et v. 45, ἐκκοπῆς, pro ἐκπομπῆς. V. 44, idem ἐπὶ τῷ, dativo singulari : et mox, λόγον ἔχει, indicativo modo : et v. 49, αἰωνίας κολάσεως, feminina terminatione. Ab eodem abest præpositio ἐκ, seq. v. V. 54, idem ordine verso, πᾶσα κίνησις.

Pag. 91, v. 2, inclusum καιροῦ ab A abest. In hoc ipso capite a Bavarico statuitur λόγος κ. quod etsi Peltano quoque placuit, ego tamen P et A sequi malui. Inclusa v. 9 et 10, ab A absunt. V. 11, idem ἔδησε pro ἔκλεισε· et seq. v. ἵνα μὴ πλανήσῃ τὰ ἔθνη, ἄχρι τελεσθῇ χίλια ἔτη. Ab eodem abest verbum ἐμβληθῆναι v. 20. Idem eodem v. 20, καὶ τοῦτό γε δεῖκν. V. 22, idem mutata conjunctione, ὅτι δὲ δίδοται· et v. 25, ἔτι τε τῶν ἐπιδωμίων λύθρ. V 29, in eodem plenioris lectionis sunt vestigia, πρώτως τότε, *tunc primum.* Inclusum κρατούσης v. 35, ab eodem abest. utroque modo sensus est, *et frustra se contra principatum totius rerum universitatis potientem audacius efferre.* V. 48, idem ordine inverso, τῆς ἐννόμου παιδικῆς πολιτείας. Ab eodem abest inclusa καί v. 51. Seq. v. idem ἄχρι τῆς, eodem sensu : et v. 57, παρέκτασιν.

Pag. 92, v. 3, A τὴν τρύγα· et seq. v. τοῖς ἀνθρώποις, pro ἐν ἀνθρώποις, articulo pro præpositione posito. Ab eodem abest inclusa τε v. 7. Idem eodem v. 7, ῥύσεται, indicativo modo : et mox, ἀναδείξει δέ, itidem indicativo modo, et conjunctione diversa. Ab eodem abest præpositio ἐπί v. 10, et articulus ἡ v. 13. V. 19, idem, ἐπ' αὐτούς· et seq. v. τὰς ψυχάς, utrobique accusativo casu. Ab eodem abest inclusa διά v. 22. Idemque mox, εἴ τινες, *si qui :* et v. 32. καθά φησιν, eodem sensu. Est autem locus Danielis, Ps. 121. V. 38, idem A θρόνοι δίδονται, *throni dantur*, pro ἐδόθη κρίμα. V. 42, qualem hic προσκύνησιν martyribus tribui sentiat auctor, non intelligo. Supra soli Deo eam competere cum angelo agnoscit, 87, 6 : uti et Epiphanius Panarii libro 3. 445, 22 : 449, 139, 20 : 450, 3. V. 77, θηρίων habet quidem P ; at A et B θηρίον· ut ἐξ ὧν idem sit quod ἐξ οὗ, et sensus iste, ἐκ τούτου ὅτι ἕκαστος τούτων προσαγορεύεται θηρίον, *ex eo quod unusquisque istorum appellatur bestia.* Alioqui nostræ scripturæ sensus est, *manifestum est ex iis bestiis*, seu, *eo bestiarum genere, cujus nomen unicuique istorum tribuitur.* Ibid. A ἕκαστος αὐτῶν προσαγορεύεται· et mox, καὶ γὰρ τὸν μὲν τούτων, δράκοντα, δηλαδὴ τὸν Σατ., et v. 51, τουτέστι pro δηλαδή· et v. 56, συμβασιλεύουσι, præs. tempore.

Pag. 93, v. 1, Pal. et B τί ἐστι, *quid sit.* V. 3, A οὐκ ἀνέστησαν, *non resurrexerunt :* et mox, ἄχρι τελεσθῶσι, plur. numero. Ab eodem abest inclusa καί, v. 5. V. 16, idem ὅπερ ἐστίν, neutro genere : et v. 19, ἤγουν, pro δηλαδή. V. 18, Isaiæ locus est cap. 26. V. 21, A τὰς σωματικὰς πράξεις θανατοῦντες· et v. 23, γοῦν, pro simplici οὖν· et v. 30, adverbialiter μόνον, pro μόνης. V. 37, idem ἤγουν, pro τουτέστιν· et v. 39, τὰ χίλια ἔτη τὰ νοηθέντα ἡμῖν, ordine inverso. V. 33, idem ἐφέξει, et superscriptum ἐφέσει· et v. 50, ἔμελλον, plur. numero : et v. 52, δύο ἀναστάσεις εἶναι, *duas resurrectiones esse.*

Pag. 94, v. 2, inclusum ἔτη, ab A abest. V. 12, Pal. πλήρωσιν, simplici figura. Ab A rursum abest inclusa ἐκ v. 14, idemque mox δεδόσθαι, præterito perfecto : et ἔφησαν, aor. secundo. Seq. v. idem γῇ ταύτῃ, demonstrative : et v. 17, γενέσθαι, præt. aoristo. Ab eodem absunt inclusi articuli οἱ et τοῦ. v. 21 : itemque seq. v. τῷ et καί. V. 28, idem A χιλίους ἀργύρους. In vulg. ed. Cantic. cap. ultimo est, ἀνὴρ οἴσει ἐν καρπῷ αὐτοῦ χιλίους ἀργυρίου· et mox, οἱ χίλιοι τῷ Σολομῶν, καὶ οἱ διακόσιοι τοῖς τηροῦσι τὸν καρπὸν αὐτοῦ ; ita ut v. 29, post πάλιν subjicienda sit hypodiastole ; et inclusa ista seq. v. καὶ ὁ Ἰησοῦς, prorsus expungenda. A ibidem habet τῷ Σαλομών, per *a* in prima syllaba : ultima vero indeclinata, etiam vulgata Biblia. V. 35, A ἡ ἐν τελειότητι καρποφορία· et v. 37, ὡς ἔφη ὁ Ἀπόστολος· et seq. v. φάσκον pro aoristo φῆσαν. Exstat vero Apostoli locus II Thess. II : Christi verba, Joann. 5. V. 40, idem A τῷ ἰδίῳ, pro τῷ οἰκείῳ· et mox, ἐκεῖνον δέξεσθε. Joannis 5, media inter hæc lectio est, ἰδίῳ, et λήψεσθε. V. 44, idem A brevius, εἶναι δὲ ταῦτα τινὲς μὲν Σκυθ. et v. 45, ἅπερ καλοῦνται, *quæ vocantur :* et seq. v. ἐξουσίας καὶ ἔθνους. V. 50, idem τῆς τοῦ διαβόλου ἐλεύσεως, *usque ad diaboli adventum* : et v. 52, τῇ Ἑβραΐδι γλώσσῃ ἡρμήνευσαν· et v. 53, ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν.

Pag. 95, v. 1, A σὺν δυνάμει βαρείᾳ, ὥστε ἐπὶ τῆς γῆς τοῦ Ἰσραὴλ πεσόντα ἐν πολέμῳ ἑπταετίαν ἐν τοῖς αὐτῶν ὅπλοις, ὡς διὰ τὸ πλῆθος πυρὶ καίεσθαι. Ubi πεσόντα capiendum absolute, vel cum Bav. legendum πεσοῦνται ; habet vero idem ipse B cum A τοῖς αὐτῶν ὅπλοις, *armis suis :* et cum P. πῦρ καίεσθαι, v. 3, sensus est, *Tum gravibus copiis gentem illam terræ Israelis incubituram, totoque se-*

Digitized by Google

*piennio suis armis eam pressuram, ut sua multitudine omnia passim incendiis absumptura sit* ; vel, *ut sua multitudine, velut igni ardente, omnia passim absumptura sit.* V. 4, Σεναχηρεὶμ etiam A, at Bav. Σεναχερίμ. Seq. v. idem A ἐξέλαβον, activa forma : et v. 7, ἐπιτιθεμένων, præs. tempore. V. 8, idem ὑπὸ Βαβυλωνίων· et seq. v. μετ' ἐκεῖνον· et v. 10, τῆς Συρίας. V. 12, idem ἡττηθείσας, relatum ad τὰς δυνάμεις· et Μακκαβαίοις gemino κκ. τῷ dativo casu agnoscit idem A v. 14 . at Pal. habet τὸ, accus. casu, uti et Bavaricus. In sequentibus, v. 17 et 19, τὸ habet etiam A, sed superscriptum τῷ, velut congruentius. V. 15, idem A ἀθροῖσαι πόλεμον. Ab eodem absunt inclusa v. 25. V. 34, idem ἤτοι, pro δηλαδή· et v. 38, relative, τῶν φοβουμένων αὐτόν· et mox, κατὰ τὸν Ψαλμῳδόν. V. 40, idem χειρωσάμενοι, aoristus : et v. 43, καθαιρεῖσθαι, minus apte. V. 48, idem ἀποδεικνύοντα ἑαυτὸν Θεὸν, καθὼς προέφησεν ὁ Ἀπόστολος. Ab eodem A abest inclusum φησὶ v. 50. Idemque mox ἄνωθεν, pro οὐρανόθεν. V. 51 idem, τοὺς δύο πεντεκοντάρχας ὑπὸ τοῦ Ἡλιοῦ φασιν· et mox, καὶ ἡ τοῦ Χριστοῦ ἔνδοξος παρουσία, ἀνελεῖ τῷ Πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ, τούτους· ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ προλεχθ.

Pag. 96, v. 1, inclusa καί, ab A abest. V. 5, idem ἐκτενῶς τούτῳ λιτὰς προσάξωμεν· et v. 8, ψευδοπροφήτου, pro Ἀντιχρίστου. V. 9, idem τὸν θανατηφόρον κίνδυνον· et v. 11, βιαζομένων· quod melius ferri posset si post κίνδυνον insereretur articulus τῶν, hoc sensu : *neque mortiferum periculum eorum qui a salutari fide deficere coguntur.* Sed convenientius βιαζόμενον, id est *neque mortiferum periculum a salutari fide deficere vi cogens.* Ab eodem abest inclusum Χριστόν v. 14. V. 16, idem τοῦ Χριστοῦ οἰκτιρμοῖς. Inclusa, καὶ κρίσεως, ab eodem absunt v. 24. V. 27, idem ἐπ' αὐτόν, accus. casu. V. 29, idem ἡ ἀνάστασις τοῦ Θεοῦ· Bavar. ἡ ἀνάστασις τοῦ Χριστοῦ· parum apte uterque. V. 31, idem A ἐνθρονιαζόμενος· et v. 36, τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης τῶν τέκνων τοῦ Θεοῦ, ut est Rom. 8. Inclusa καὶ v. 39, ab eodem A abest. Seq. v. idem Εἰρηναῖος λέγει, Οὐχ ἡ ὑπόστασις, οὐδ' ἡ οὐσία· et v. 44, ἡ παράβασις γέγονεν· et v. 46, πρόσκαιρον, composite. V. 49, idem ἀπολέσθαι, aoristus. Ab eodem absunt inclusa v. 52. Idemque ibidem, πᾶς κατακλυζόμενος πυρὶ κόσμος.

Pag. 97, v. 2, Pal. et Bavar. ὅτι, simplici figura : et v. 4, A πρὸ δὲ τούτων τῶν ἁγίων καὶ ὁ μακάριος Δαυΐδ. Ibidem πρὸς Κύριον absque articulo habent etiam A et Bavaricus. Inclusa, πόνος v. 10, et καὶ v. 11 ab A absunt. V. 16, idem μένει, præs. tempore : et seq. v. τῇ δι' ἡμᾶς γεγενημένῃ κτίσει ακόλουθον, μεθ' ἡμῶν τὴν ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἀλλοίωσιν δέχεσθαι. V. 22, idem ἠνεῴχθησαν : et seq. v. ἠνοίχθη, utrumque aoristo primo, sed augmento diverso. V. 27, idem ὑπομένοντας, præs. tempore. Ab eodem abest inclusa καί, v. 30 : et articulus τό, v. 32. V. 35, idem ἠνεῳγμένα, præterito perfecto : et v. 38, ἐγγέγραπται, composite. V. 40, Pal. et Bav. brevius, τοὺς ἐν αὐτοῖς νεκρούς, ut in præcedenti membro, Seq. v. A plurali numero, ἔργα αὐτῶν. Et v. 44, οὐχὶ ζῶα, intensiori negatione. Sequens commation, ὡς ὑπό τινων γράφονται, verti etiam potest, *ut a quibusdam pinguntur.* V. 46, A χωρισμός ἐστι ψυχῆς ἀπὸ σώματος. et v. 50, αἱ δὲ τῶν δικαίων ψυχαὶ, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ἐν χειρὶ Θεοῦ, καὶ οὐ μὴ ἅψηται αὐτῶν θάνατος. Sed βάσανος agnoscit etiam vulg. ed. Sapientiæ cap. 3. V. 53, idem οὗτος ὁ θάνατος, δεύτερός ἐστιν, ἡ λίμνη τοῦ πυρός· et mox, εἴ τις οὐχ εὑρέθη γεγραμμένος εἰς τὴν βίβλον τῆς ζωῆς, ἐβλήθη.

Pag. 98, v. 2, A ἐμβάλλεσθαι, composite. V. 6, A κἀκεῖ. et v. 11, ἀφανιστικόν ἐστιν. V. 13, in A ad τό superscriptum τῷ· sed nominativus hic quam dativus casus aptior est. Seq. v. idem, ζωήν, pro ἀθανασίαν, et mox βασιλεύειν positum ibi pro fut. βασιλεύσειν. V. 19, Bavar. οὕτω καὶ ἐνταῦθα, cujus vestigia sunt etiam in Palatino : et mox A plurali numero κολάσεων. Sonant autem ibi Græca; *Ita etiam ibi diversi suppliciorum et loci sunt et modi.* V. 20, in A est etiam altera scriptura, μαλθακωτέρων. Idem seq. v. ἠξιωμένοι γραφῆναι ἐν τῇ βίβλῳ τῶν ζώντων, et v. 30, ὅτι καὶ αὐτὴ ἡ κτίσις. V. 34, idem simplici figura, ἀλλαγήσονται, uti et Ps. 101. Apostoli autem locus exstat ad Rom. 8. V. 36, in eodem A duplex scriptura est, ἀπόξυσιν, et superscriptum ἀπόξεσιν. et mox, idem, καὶ γὰρ καὶ ἡμῖν ἦθος. V. 41, idem τὴν ἐναλλαγήν, composita figura : et v. 45. πλεῖν, contracte. Seq. v. idem, τὰ ἐν ταῖς μακρὰν γεωργούμενα χώραις κείμενα ἀγώγιμα. et v. 49, οὐκ ἔστιν αὐτῆς χρεία.

Pag. 99, v. 2, A καταβαίνουσαν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ἡτοιμασμένην ὡς νύμφην. V. 5, idem expositionem sic incipit brevius, Καὶ ἐκ τούτου δείκνυται τὸ τῆς καινότητος ὄνομα. V. 11, idem ἡ δὲ πόλις αὕτη ἐξ ἁγίων συναρμολογεῖται. et v. 14, ἔχοντες, relatum ad mascul. λίθοι. V. 17, idem alio verborum ordine, κολλωμένη καὶ συναπτομένη τῷ Δεσπότῃ εἰς ἄκραν συνάφειαν. V. 24, idem καὶ κοινωνήσει μετ' αὐτῶν, et mox, λαοὶ αὐτοῦ, plurali numero. Ab eodem abest inclusum ὁ Θεός vers. 26. V. 29, idem τῷ Μωσεῖ. V. 34 in eodem A annotata et altera scriptura, ὁρᾷν, activa forma. V. 39, idem Τοῦτό ἐστι τὸ γεγραμμένον, Ἀπέδρα ὀδύνη, λύπη, καὶ στεναγμός. et v. 42, ἑκατέρων τούτων, eodem casu. V. 47, idem εἶπεν ὁ ἐν τῷ θρόνῳ καθήμενος. et v. 52, ἀληθινοὶ οἱ λόγοι, ὡς ὑπ' αὐτ. quam lectionem secutus est interpres ; recte. sic enim et infra est 109, 1. V. 56, idem τῶν σωμάτων, *corporum.* Sed τῶν ἀσωμάτων agnoscit cum Pal. etiam Bavaricus, hoc sensu, *et velut a prima incorporeorum creatione usque ad ultimos homines providentiam suam extendens.*

Pag. 100, v. 4, A πιστεύσασι, præterito tempore : et v. 9, κληρονομήσει πάντα· et mox, variato numero, ἔσομαι αὐτῶν Θεὸς, καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι υἱοί. V. 12, idem ἐχθρούς, pro δαίμονας, uti etiam interpres : et seq. v. πατρικοῖς, pro πνευματικοῖς, ut supra 33, 19. Ab eodem absunt inclusa, καὶ ἁμαρτωλοῖς, v. 15 : et articulus ὁ v. 19. V. 20, idem expositionem variato verborum ordine incipit, sic ; Πάντοθεν ἡμᾶς ὁ Θεός, ὁ διψῶν τὴν σωτηρίαν ἡμῶν, εἰς τὴν· et mox, præpositione mutata, τῶν ὑπ' αὐτοῦ. V. 27, idem ὡς, pro ἕως· et seq. v. σὺν τοῖς λοιποῖς ἀπηγορευμένοις, καὶ τοὺς δειλούς. V. 29, idem ἐν τῇ πρὸς τὸν διάβολον πάλῃ, mutata præpositione : et seq. v. καταδικάζεσθαι, præs. tempore. V. 32, idem τῶν ἁμαρτωλῶν, plur. numero : et seq. v. ἐπιστροφήν, usitatius : et v. 41, λυμάνηται, præt. aoristo. V. 44, ἐμπράκτους etiam Bavar., at Pal. adverbialiter ἐμπράκτως, minus convenienter.

Pag. 101, v. 1, A δεικνύντος, more verborum in μι· et v. 15, ἐπαγαγών, præterito aoristo : et seq. v. τῷ θεολόγῳ ὑποδείκνυσι, ut et infra 104, 9. V. 21, idem τοῦ Χριστοῦ, genit. casu : itidemque seq. v. ὑπνώσαντος· et v. 24, παθόντι pro τυθέντι. V. 25, idem τὴν μεγάλην καὶ ἁγίαν Ἱερ. V. 42, ζωοδῶρος, penultima circumflexa, habent etiam A et Bavaricus, accentu insolito : ut suspicari aliquis possit ab auctore scriptum ζωοδώτωρ. V. 47, A πυλῶνας, et πυλῶσιν, absque ε, ut v. 52. Ab eodem absunt inclusa ὥσπερ καί, versu 50.

Pag. 102, v. 10, A τῶν ὀνομάτων αὐτῶν, *per ipsa nomina* : et v. 25, δηλοῖ τὴν ἐπίγνωσιν, ἣν διὰ τοῦ ζωοποιοῦ σταυροῦ ὑπειλήφαμεν. V. 25, idem τῆς τῶν πυλώνων συνθέσεως, composita figura : et mox integris verbis expresso numero, τῶν δώδεκα βοῶν. V. 28, idem χαρακτηριζόντων, gen. casu : et v. 30, εὐαγγελιστῶν, pro εὐαγγελίων, V. 33, idem alia præpositione, ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν, omisso sequenti articulo ἡ· et v. 40, ἐφ' οὓς, accus. casu. Ab eodem abest inclusum μέτρον, v. 44. V. 51, Pal. et Bav. ὑπὸ δὲ ἀγγέλων, plurali numero, ut in præced.

Digitized by Google

commate. V. 53, A τὸ μέγεθός τε καὶ ἡ εὐπρέπεια· Bav. cum Pal. consonat, cum in cæteris, tum in εὐπρέπεια.

Pag 103, v 5, A Τετράγωνος αὕτη ἡ πόλις, ἡ διὰ τὸ ἑδρ., sed disjunctiva ἢ locum ibi non habet, nisi alia ei respondens subjiciatur, Seq. v. idem κατά τε βάθος καὶ ὕψος καὶ μῆκος ἰσόπλευρον· et mox ὀνομάζεται, præs. tempore. V. 17, A pro numerabilibus notis habet integra verba, χίλια ἑπτακόσια δεκατέσσαρα. V. 32, idem ὑέλῳ, per ε; itidemque v. 37, ὕελος· et v. 35, μακαριστὴν pro ἀμάραντον. V. 44, idem ἵνα φανῇ, simplici figura, omissa sequenti copulativa καί· et seq. v. ἐν ταύτῃ, demonstrative. V. 45, idem transmutato verborum et modo et ordine, πάσῃ ἀρετῇ κεκοσμημένοι διὰ τῶν τιμίων λίθων ἐμφαίνονται. V. 51, idem τὸν σμάραγδον, et superscriptum τήν· et v. 54, ἐπιδειξάμενον, præpositione mutata. Ab eodem abest sequens inclusa καί, et articulus τῆς seq. versu.

Pag. 104, v. 5, ἔνθα ἔσχεν, præterito aoristo. Et v. 9, ἐκάλεσεν ὁ Θεολόγος, ut supra 101, 16. Ab eodem abest inclusa ἐξ v. 15, V. 18, idem ἐξ ἁμαρτιῶν, mutata nominis specie: at v. 24, τῶν ἀγγέλων, pro τῶν ἄλλων, idem perperam. V. 28, idem πυροῦ τὴν θέαν τυγχάνοντος καὶ διαυγοῦς, θεραπευτικῆς δὲ δυνάμεως οἰδημάτων· et v. 34, τραύματα ἐκ προσβολῆς τοῦ Βελίαρ· et v. 38, πολυτίμοις ἀρεταῖς. V. 41, idem βηρύλλιος, forma derivativa. Ab eodem absunt inclusa καὶ τῷ, v. 42. Et χρώματι v. 43. Idem A eodem v. 43, εἰκὸς τὸν θαυμάσιον Θωμᾶν σημαίνεσθαι· et v. 45, πρὸς τήν, pro διὰ τήν.

Pag. 105, v. 2, Αὐγάρῳ per αυ diphthongum habent etiam A et B, et probat Suidæ lexic., Interpres Ἀβγάρῳ maluit apud Euseb. Eccl. hist. lib. 1, c. penultimo et ultimo, est Ἄγβαρος. V. 5, A et Bav. αὐτοῦ νέκρωσιν, genitivo casu. Chrysoprasum vero aliquam νεκρώσεως speciem præferre, declarat etiam Plinius lib. 37, c. 5, dum scribit Chrysoprasum esse vicinum chrysoberyllo genus, sed pallidius. Alioquin idem Plinius ejusdem libri c. 8, scribit chrysoprasum porri succum referre, sed paulum a topazio in aurum declinare : et cap. 11, chrysoprasum ab herbaceo colore appellatum esse. V. 9, articulus τοῦ ab A abest. Idemque seq. v. φρόνησιν habet pro φρόνημα. V. 12, idem τὴν μορφὴν πως πυρίζοντος· itidemque Bav., nisi quod dativo casu habet, τῇ μορφῇ πως πυρίζοντος· quam lectionem etsi Peltanus quoque secutus est, verior tamen esse videtur Pal. scriptura, τῇ μορφῇ πορφυρίζοντος, *forma sua purpurantis*, i. *purpuram forma sua referentis*. Uti et Plinius Natur. histor. lib. 37, c. 9, amethystos inter purpureas gemmas numerat : et mox subjungit, *Causam nominis afferunt, quod usque ad vini colorem accedens, priusquam eum degustet, in violam desinit : fulgorque quidam in illa purpuræ, non ex toto igneus, sed in vini colorem deficiens. Perlucent autem omnes violaceo colore : Indica absolutum purpuræ colorem habent.* Sic libro 21, cap. 7, in amethysto purpura, eum colorem esse dicit quem in viola, et ipsum purpureum sive anthinum. Et rursum lib. 37, cap. 7, *optimos carbunculos esse amethystizontas, hoc est*, (inquit) *quorum extremus igniculus in amethysti violam exeat.* Et cap. præcedenti, de opalis, *Est in iis* (inquit) *carbunculi tenuior ignis, est amethysti fulgens purpura, est smaragdi virens mare.* Quibus in locis etsi aliquid ignei sive rutili coloris amethysto tribuitur, plus tamen purpurei seu violacei ei adscribitur. Ut porro apud Plinium constanter est *amethystus*, ita etiam in Bavarico ἀμέθυστος v. 11 : et ἀμεθύστου, v. 12 : sed superscripto σ, indicata est ea scripturæ quæ in Pal. et A exstat, ἀμέθυσος, quasi arcens τὸ μέθυσον, id est, temulentiam prohibens. Sic enim idem Plinius lib. 37, c. 9, *Magorum vanitas ebrietati eas resistere promittit, et inde appellatas.* A Palatino absunt inclusa v. 16 et 18. V. 16, A ἐπιλεξάμενον· et v. 20, παρεθέμεθα πρὸς γυμνασίαν τοῖς αἰνίγμασι προτρέποντες τοὺς ἐντυγχάνοντας τῆς ἀληθείας, κατεστοχασμένης τῆς ἀληθοῦς γνώσεως μόνῳ τῷ ἀποκαλύψαντι Θεῷ. V. 27, inclusum νοήμασι a P abest. V. 37, prius inclusum ab A abest : alterum vero [δώδεκα] ex eodem additum. Supervacaneum meo judicio; nisi prius οἱ δὲ δώδεκα deleatur. Inclusa v. 39. ex eodem A addita, et pro ἐπέγνωμεν, idem ἐγνώκαμεν exaratum habet; V. 44, P ἐν παραδείγ. alteram lectionem secutus est interpres. V. 48, inclusa ab A absunt. et seq. v. idem geminam agnoscit lectionem, οὐ δύναται et ἀδύνατον. Inclusa v. 52, ab eodem A absunt. V. ultimo ἔσται futuro temp.

Pag. 106, v. 4, inclusam præpositionem non habet A et vers. 7, idem ζωοποιοῦν particip. V. 14, A οὐκ ἔστι χρεία· eleganter in hujusmodi abest verbum substantivum. Inclusa v. 17, ex eodem addita. V. 25, pro θύρας in A πύλας· et v. 30, αὕτη γὰρ νύξ· et v. 43, in summario, paulo fusius, θρόνου τοῦ ἐκπορευομένου ἐν μέσῳ τῆς πόλεως πλατείας τῆς. Eidem v. 46 et 49, inclusa desunt. V. 51, inclusum a P. abest. V. 54, A πληρούμενος præsentis temp.

Pag. 107, v. 9, A Ξύλα, et inclusum Χριστοῦ ex eodem additum. Et v. 14, idem A φυλλοροεῖν ἀναγκάζον τὰ τῆς ζωῆς δ. V. 17 et 22 inclusa a P absunt. Et seq. v. pro προσηγόρευται, A ὀνομάζεται· et v. 26. pro πολυάνθρωπον, idem πολύανδρον. V. 28, A εἰς τὴν εὖχος. V. 29 et 31 inclusi articuli ab A absunt. Qui vero inclusi v. 30, 33 et 34, in P non parent. V. 34, A ἀνεξάλειπτον· et mox pro participio, verbum δωροῦνται. V. seq. P ἀνάκλησιν. V. 36, A ὁ τῷ προφήτῃ προκηρυχθείς. Inclusa v. 40, 47, 53, 54, a P absunt. V. 43, A τὰ τοιαῦτα τοίνυν φύλ.

Pag. 108, v. 1. A καὶ ἐν τοῖς τριάκοντα τοῖς ἀπό, et τήν inclusa ex eodem. Et v. 4, idem καρποφορηθέντων voce pass. et seq. v. inclusa ex eodem. V. 7, idem A προγέγραπται composita forma. Quæ mox sequuntur inclusa καί et λέγειν ab eodem absunt. V. 21, idem συγκατατίθεται. V. 30, 32, inclusa a P absunt. V. 34, A ὅπερ ὁ πάλαι ἀρχ., et mox, idem pro genitivo μόνων habet adverb. μόνον. V. 44, A ἐκλάμψουσιν ὡς ἥλιος, πῶς λυχνιαῖου· quod paulo post sequitur inclusum, ex eodem sumptum est.

Pag. 109, v. 1, inclusa οἱ λόγοι et seq. δέ, absunt ab A. V. 7, idem διδάξαι τοὺς δούλους, licet eadem sententia, præstat tamen Palat. lectio quæ cum vulg. edit. concordat, et enarrator ipse in suis commentariis illam ipsam agnoscat. V. 10, inclusum pronomen abest a P, et seq. v. A θεσπεσίου Ἰωάννου. V. 17, inclusa addita ex eod. ut et [ὡς Θεός]· Quæ vero sequuntur τό et λέγων, non agnoscit. V. 27, pro πανταχοῦ, August. lectio πολλάκις, quam Lat. interp. secutus est. V. 33, A δεῖ γρηγορεῖν, omisso verbo finali ἐντετάλμεθα. V. 35, inclusa absunt a P quemadmodum illa quæ v. 39, 40, 42. At sequens [καὶ] abest ab A et certe commode abesse potest. V. 46, A ὀπτασίᾳ καὶ θείῳ π. alteram lect. interpres merito prætulisse videtur. V. 51. A paulo plenius : δόξαν λάβωμεν ἀκούοντες καὶ ἡμεῖς τῆς εὐλογημένης φωνῆς ἐκείνης, *Εὖ, δοῦλε*.

Pag. 110, v. 13, A ἀληθής ἐστ. abest ab eodem inclusum pronomen αὐτοῦ· et v. 19, ταύτην· quemadmodum et commation illud inclusum v. 36, 37. V. 43, A ἀκατάγνωστον, sed præstat P lectio, quam expressit interp. seq. v. A οὐ βιάζομαι γὰρ τήν. Inclusum τις abest ab A ut seq. [φησιν] a P. V. 53, εἴρηται πρῶτος ὁ Χριστὸς διὰ τὴν θεότητα· ἔσχατος δὲ διά...

Pag. 111, v. 1. A brevius ἄξιοι οἱ τοιοῦτοι. Ἐξουσίαν. V. 6, A αὐτῶν ad apostolos refert : P αὐτοῦ ad Christum. V. 15, A pro κακοὶ ἐργάται, composito usus est κακεργάται. Idem v. 18, paulo aliter,

Digitized by Google

Распознавание текста ABK/FR

τῆς ἄνω βασιλείας ἀξιοῦνται οὐδαμῶς, ἀλλὰ μᾶλλον ἀλλοτριοῦνται, eadem tamen sententia. V. 21, A καλοῦσί τε τὴν Χριστοῦ παρουσίαν. Inclusa v. 27, 29, 30, 34, inserta ex eodem. Ibidem obiter emendabis, et scribes, μαρτυρῆσαι ὑμῖν τ., non ἡμῖν, operarum vitium. V. 37, A προινῇ τῆς κ. V. 42, idem : Ἥ τε γὰρ Ἐκκλησία καὶ τὸ ἐν αὐτῇ πνεῦμα κράζον ἐν ταῖς... ἐπικαλεῖται· et v. 53, inclusum μέν ex eodem additum.

Pag. 112, v. 1, inclusus artic. abest a P. V. 3, A ἐπιθήσει ἐπ' αὐτῷ, ἐπιθήσει αὐτῷ ὁ Θεός· et mox [καί] abest a P et eodem v. A ἀφελῇ ἀπὸ τῶν λόγων τῆς προφητείας τοῦ βιβλίου τούτου, ἀφελεῖ ὁ Θεὸς τὸ μέρος αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς. V. 9, idem τῆς θείας Γραφῆς ἀρά. V. 14, idem A προστιθῆναι· et v. 16, διαλεκτικῶν συντάξεων, καὶ τῶν διαλεκτικῶν συλλογισμῶν [ἡγεῖσθαι] ἀξ· illud ἡγεῖσθαι in Bavarico quoque habetur : abest autem a P. V. 20, pro τὸ μέσον A τὸ μέγεθος. V. 23, A ναί, ἔρχου ταχύ· et v. 27, idem cum Bavarico, κἀγὼ (φησὶν) ὁ ταῦτα λέγων πρός σε τὴν ζωὴν ἔρχ. V. 29, [Κύριε] ex Palat. et Bavaric. Augustanus pro ἢ καί habet εἰ καί. V. 31, A et B διαμαρτυρόμενος compos. Pag. 34, iidem εἰργασμένων. P ἐργασαμένων· et v. 35, A B ἀποδώσοντος, ut ad Χριστοῦ, non ad παρουσία referatur. V. 38, A ἧς συνελὼν... σκοπὸν παραθήσομαι. B σκοπὸν αὐτῆς παραθῶμαι. Inclusa v. 40, 42, 45, 49, 50, 52, a Palat. absunt. et v. 43, ὑπερθέντας A. V. 46, λίθων πολυτιμήτων mss. o. sic supra pag. 105, v. 40, ubi P πολυτίμου μαργαρίτου, A πολυτιμήτου habet. V. 52, A et B ἀφηγουμένας, mutata præpositione.

Pag. 113, v. 2, articulus τῆς abest ab A et B. V. 3, inclusum διδασκόμεθα abest a mss. Palatino et Bavarico. V. 5 et 12, inclusa, absunt ab A. V. 14, A ἐνταῦθα. P et B ἐντεῦθεν· et v. 1, καιροῖς, P et B haud agnoscunt. V. 20, A ἁγίων ἡ κατὰ τοῦ Ἀντιχρίστου ἔλεγξις, τὸ καρτερικὸν καὶ ἀνδρεῖον τῆς ψυχῆς ὑπογράφει παράστημα. Ὡσαύτως δὲ δείκνυται καί· V. 25, A aliquantulum plenius, ὁμοίως δὲ καὶ ὁ κατὰ Ἐκκλησίας διωγμός. V. 28 πολυάριθμος, P cum B, at August. πολυαρίθμητος· inclusa vero tum hoc tum seq. v. ab A huc inserta. Et v. 36, idem A σκοτίζουσα. V. 47, A δείπνου, τῇ .. ἐκλείψει· et v. 51, idem ἐκκοπήν, *excidium*, cum interprete Pal. et B ἐκπομπήν, *relegationem*. V, ult. συμβουλευσάντων, aoristus.

P. 114, v. 3, inclusus articulus abest ab A et B, et inclusa sequens conjunctio καί a P. V. 9, A τείχεσι καὶ πυλῶσι. V. 14, inclusa addita ex A et seq. v. alio verborum ordine, et constructione paulum mutata, ὁ ταῦτα ἑτοιμάσας παρέξειν τοῖς ἁγίοις· ὧν... V. 22, P παριστᾶσα, A παριστῶσα καὶ τῶν. V. 26, A καὶ φθ. ἐπισπείρειν σπερ· et v. 28, ἐκκαυθήσεται, idem A. V. 32, inclusum παντός abest a P. alterum σφοδρῶς ab A et pro ὑαλίνῳ, A ὑελίνῳ, ut et mox ὕαλον. V. 35, pro ἀνάζεσιν, quod est in P et A, legitur in B ἀνταύγειαν· et ἀνάκλησιν, in P, pro quo in aliis ἀνάκλασιν, ut a nobis editum. V. 39, melius cum A B ἐπιδείξωμεν, modo conjunctivo, et pro θέλων, B θέλει. V. 44, A παντελεήμων Θεὸς κατ.

ANNO DOMINI CMX.

# ARETHAS

## CÆSAREÆ IN CAPPADOCIA EPISCOPUS.

—

### NOTITIA

(Fabric. *Biblioth. Græc.* ed. Harles., tom. VIII, p. 696.)

—

Arethas qui post Andream Cæsareæ in Cappadocia archiepiscopus fuisse traditur, forte haud diversus est ab Aretha qui, adhuc presbyter Cæsariensis, scripsit de translatione Euthymii patriarchæ Constantinopolitani, A. C. 911 defuncti : neque improbabilis hæc mihi videtur C. V. Casimiri Oudini conjectura. Idem certe, cujus sermo de martyribus Guria, Samona et Abibo legitur t. III Lipomanni, et apud Surium 15 Nov. Ejus insigne in Apocalypsin opus, Συλλογὴ ἐξηγήσεων ἐκ διαφόρων ἁγίων ἀνδρῶν εἰς τὴν Ἰωάννου, τοῦ ἠγαπημένου καὶ εὐαγγελιστοῦ Ἀποκάλυψιν, primum Græce prodiit ad calcem Œcumenii. Veronæ 1532, fol. Latine vertit Joan. Hentenius Paris. 1547, 8; et post Hentenium Maximus Florentinus monachus Casinensis Basil. 1554, 8. et in Bibliothecis Patrum ut Lugdunensi t. IX; atque Græce et Latine cum Hentenii versione Fred. Morellus recudi curavit ad calcem Œcumenii Paris. 1631, fol., in Græcis sola Veronensi editione usus, neque interpreti emendando adhibita industria, cujus nonnullas hallucinationes castigaverat Jac. Billius in *Observationibus sacris*, quemadmodum Græca ex ms. Bibl. Reg. Paris. emendatiora dari posse notavit Ric. Simon. lib. III *Hist. criticæ N. T.*, p. 468.

Digitized by Google

# ΑΡΕΘΑ

## ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ ΚΑΠΠΑΔΟΚΙΑΣ

***ΣΥΛΛΟΓΗ ΕΞΗΓΗΣΕΩΝ ΕΚ ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΑΓΙΩΝ ΑΝΔΡΩΝ***

**ΕΙΣ ΤΗΝ**

**ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΗΓΑΠΗΜΕΝΟΥ ΚΑΙ ΕΥΑΓΓΕΛΙΣΤΟΥ**

## ΑΠΟΚΑΛΥΨΙΝ.

—

# ARETHÆ

## CÆSAREÆ CAPPADOCIÆ EPISCOPI

***COACERVATIO ENARRATIONUM***

**EX VARIIS SANCTIS VIRIS**

**IN JOANNIS DILECTI DISCIPULI ET EVANGELISTÆ**

## APOCALYPSIN.

—

***De his in Apocalypsin commentariis, et de Joannis in Patmum relegatione, factaque ad ipsum Apocalypsi sive revelatione judicium Interpretis.***

Ante hos in Apocalypsim commentarios, te precamur, candide Lector, ut nostros hos labores boni consulas, neque protinus damnes, si uno aut altero in loco non penitus animo tuo satisfaciat nostra versio. Ut enim verum fatear, tantum negotii nobis exhibuerunt hi postremi commentarii, ut præteritos omnes labores propter ipsos damnare ac spongiæ committere frequenter meditaremur: sive id librariorum aut typographorum incuria contigerit, quod subinde aperte deprehendentes, silentio præterivimus, nonnunquam etiam nostro nomini consulentes, id margini adnotavimus: sive nostri quoque tenuitas ingenii frequenter in causa fuerit: quam etiam cognoscentes, quibusdam in locis, dum ne nobis quidem satisfaceret nostra versio, asterisco notari curavimus, tuum, o Lector, judicium tibi relinquentes. Satis autem confido, ubi Græca toto hoc libro penitius introspexeris, nostros labores nequaquam omni ex parte damnabis, ut qui varias undique difficultates, candido affectus animo, nulloque adversum nos allato præjudicio, visurus sis. Neque enim Zoilum moror, cui ne Minerva quidem ipsa omni ex parte satisfecerit. Quod hunc aut alium quemvis nec his placare poterimus, id saltem nostris laboribus efficiemus, ut his qui peritiores sunt data sit ansa, quo in commune reipublicæ Christianæ bonum absolutiora præstent. Neque enim quisquam suggillare deberet aliorum labores, qui nollet, aut saltem qui non posset tradere exactiora. Quantum autem divinare licet, erat hic Aretha ejusve prædecessor Andreas, non in divinis tantum, verum etiam in humanis litteris instructus, in rhetoricis quoque ac physicis apprime eruditus, ut si alia Græca exemplaria, aut ejus viri commentarios, prout ab ipso editi sunt, nacti fuissemus, non adeo nos torsissent innumera in hoc libro loca. Verum quando, nullis parcentes laboribus, id tandem præstitimus quod potuimus, precor æqui bonique consulas.

Porro de hac Apocalypsi ait divus Hieronymus quod tot habeat mysteria quot verba, imo in singulis verbis multiplices dicit latere intelligentias. Atque ob id plurimi suum ac maxime varium de hac judicium protulerunt: nonnulli simplicem litteræ sensum, primumque corticem considerantes, alii vero mysticas intelligentias penitius perscrutantes. Quare non erit absurdum si et nostrum quoque afferamus: saniori semper judicio sanctæque Romanæ Ecclesiæ nos ac nostra omnia submittentes. Primumque hoc nobis videtur, Joannem hunc apostolum ac evangelistam, qui et Theologus cognominatur, a Nerone in Patmon relegatum, eodem omnino tempore quo ille beatos Christi apostolos Petrum ac Paulum Romæ

intermit. Id duobus in locis asserit Tertullianus, vicinus eorumdem apostolorum temporibus. Item quoque habet Eusebius libro *De demonstratione evangelica* : quanquam in *Chronicis* et in *Ecclesiastica Historia* dicat id sub Domitiano contigisse, quod et Hieronymus et plures alii sequuntur. Verum his libris tanquam prioribus annis scriptis, non tribuitur tanta auctoritas, quanta ei qui De demonstratione est evangelica, utpote posterius atque emendatius elaborato. Hoc itaque habito quod scripta sit in Patmo Apocalypsis ante Hierosolymorum excidium, quadrifariam ipsa secari potest : ita ut complectatur ab exordio ad sextum usque caput instructiones Ecclesiarum Asiæ, intermiscens et prophetica de variis hæresibus : de quibus et Epiphanius in suo *Panarion* libro. A sexto capite usque ad duodecim continetur Synagogæ abrogatio. A duodecimo usque ad decimum nonum, excidium gentilismi sub typo potissimum Babylonis ac Romæ quæ habebat septem colles, qui hic dicuntur esse cornua bestiæ super quam meretrix sive idololatria aut gentilismus sedet. In his enim urbibus præcipue vigebat gentilismus. A decimo nono capite usque in finem agitur de regno Christi in præsenti Ecclesia, addita cap. XX ultima de ipsius inimicis victoria.

Atque hæc in universum dicta sint : nam singulis varia commiscentur, sed de singularibus non est certum dare judicium : nec fieri potest ut data quavis enarratione singula apte quadrent : sed satis erit si in genere habeatur quid singulis capitibus significare velit. Juxta hanc dispositionem non admodum videbitur absurdum id quod sentit Joannes Annius Viterbiensis in Quæstionibus super Apocalypsim, quas misit ac dedicavit summo pontifici Sixto quarto regibusque Christianis : quod bestia quam interpretantur communiter Antichristum, de qua Apoc. XIII potissimum cap., quæ ascendit de terra habens duo cornua similia agni, loquens tamen sicut draco qui est et Satanas, qui virtutem ac sedem suam et potestatem magnam dederat priori bestiæ, nempe gentilismo, et exinde sectæ Saracenicæ, sit pseudopropheta Mahumethes : qui quanquam ante plurimos annos mortuus sit, ejus tamen secta, nempe prior bestia, heu ! vivit etiamnum, nimiumque grassatur adversus Dei populum : idque tamdiu durabit donec, juxta septimum caput Danielis, regnum detur populo sanctorum Altissimi : nempe cum, post longam pacem ac securitatem intermediam, rursum adversus hunc Dei populum pugnans dicta bestia cum ingenti exercitu, designato per Gog et Magog (de quo Ezech. cap. XXXVIII et XXXIX, et Apoc. XX), ingenti clade a Deo prosternentur, quemadmodum dicitur locis modo citatis : post quod vera et perfecta pax erit in Ecclesia ac purus Dei cultus ab omni hæresi et persecutione separatus : quemadmodum consequenter describunt Ezechiel cap. XL et sequentibus, et Apoc. XXI, XXII. Et quia hæc populorum ad bellum hoc postremum congregatio ipsaque pugna, multo tempore durabit cum magna Christianorum afflictione, ideo communiter appellatur novissimus Antichristi adventus, hoc est sectæ ejus, quæ hic dicitur prior bestia, cui draco, id est Satanas, dedit virtutem ac sedem suam et potestatem magnam. Convenienter ergo tractans hic apostolus de excidio gentilismi, etiam intermiscet gravitatem persecutionis sectæ Saracenicæ ejusque subversionem. Neque his obviare videtur quod ait Apostolus II Thess. II, quod ejus « adventus sit secundum operationem Satanæ in signis ac prodigiis mendacibus et cum omni deceptione injustitiæ in his qui pereunt, quodque efferatur adversus omnem qui dicitur Deus aut numen, adeo ut in templo Dei tanquam Deus sedeat, ostentans seipsum esse Deum : quem Dominus, inquit, conficiet spiritu oris sui, et abolebit claritate adventus sui. » Ex quo et etiam quia præmiserat non venturum esse Dominum nisi prius revelaretur hic homo peccati filius perditionis, innuere videtur, in hujus interemptione statim venturum esse Christum ad judicium. Hæc, inquam, non obstant. Primum enim manifestum est verum esse non venturum esse Dominum nisi ille reveletur, cum jamdudum ille revelatus sit, imo et mortuus in sua persona : quem tamen Dominus confecturus dicitur spiritu, etc., quia sicut in sacris Litteris frequenter est metaphora a capite Christo ad ejus membra, quæ simul cum eo unam dicuntur constituere personam : et quod de Christo dicitur, sæpius in ipsius membris completur : et quod de Jacob, in filiis Israel : ita etiam dicitur a Domino conficiendus in postremo sectæ ejus adversus Christianos ingenti prœlio, quo non virtute bellica aut viribus Christianorum, sed spiritu oris sive voluntate Domini conficietur, et claritate adventus sui, quo aperte veniet auxilio Christianis. Siquidem quod non velit tunc interimendum Antichristum aut finiendam immanem ipsius persecutionem, cum ad extremum judicium venturus est Dominus, manifeste patet ex eo quod ait idem Apostolus, I Thess. v. : « Dies Domini sicut fur in nocte, ita veniet. Cum enim dixerint, Pax et tuta omnia, tunc repentinus eis superveniet interitus ; » magisque ex eo quod Matth. XXIV ac Luc. XVII ostendit Dominus quod ante judicium erunt homines in longa pace ac securitate. « Sicut erant, inquit, dies Noe, ita erit et adventus Filii hominis. Sicut enim erant in diebus qui præcesserunt diluvium edentes et bibentes, contrahentes matrimonium et nuptum dantes, usque ad eum diem quo intravit Noe in arcam, nec cognoverunt donec venit diluvium et tulit universos : ita erit et adventus Filii hominis. » Itaque quod ibi paulo ante dicitur, « Et tunc apparebit signum Filii hominis : Et tunc plangent omnes tribus terræ, » non indicat statim id subsequi, sed solum quod postea sequetur : qui modus accipiendi *Tunc*, vel *In diebus illis*, sive *In illo tempore*, frequens est in sacris Litteris : quemadmodum adnotat noster Euthymius super illud Matth. XII : « Tunc adductus est ei dæmoniacus, » rursumque super illud Matth. III : « In diebus illis venit Joannes Baptista prædicans in deserto Judææ. » Et OEcumenius super illud Act. VI : « In his autem diebus. » Porro signa ac prodigia mendacia adventus Antichristi in his qui pereunt, imo ut ait Christus, ita ut in



Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

errorem ducantur, si fieri potest, etiam electi, sunt variæ ac multiformes ejus technæ ad seducendos et pelliciendos Dei servos. Cumque se ac suam sectam Christianismo cæterisque legibus omnibus præponat, an non se extollit supra omnem qui dicitur Deus aut numen? sedens sive imperans in templo Dei, vel ubi prius erant Ecclesiæ Dei, aut viva Dei templa. Qui etiam fecit ut dicitur Apoc. XIII, ignem iræ Dei descendere in terram, juxta illud psal. XVII : « Ascendit fumus in ira ejus et ignis a facie ejus exarsit, carbones succensi sunt ab eo. » Aut in conspectu hominum dicitur hoc fecisse, id est quod ait Apostolus, « In prodigiis mendacibus, » quia volens occultare morbum suum caducum, dicebat se cadere ex illustratione angeli de cœlo ad se descendentis sibique loquentis : de quibus angelis psal. CIII et Heb. I dicitur : « Qui facit angelos suos spiritus et ministros suos flammam ignis. » Dedit etiam spiritum imagini bestiæ, faciens ut loqueretur, quando legem suæ sectæ omnibus magno cum horrore promulgavit : hoc etiam modo faciens omnes adorare imaginem bestiæ, et ut qui non haberent characterem bestiæ non possent emere aut vendere : quando dixit se missum a Deo in gladio, jubens omnes trucidari qui suam non susciperent sectam. Rursum non obstat quod vulgo dicuntur Enoch et Elias venturi ut sese illi opponant ac eum convincant, propter id quod dicitur Apoc. XI : « Et dabo duobus testibus meis, et prophetabunt; » quod ideo de Elia interpretatur Aug. XX. *De civit. Dei*, cum aliis pluribus, quia Malach. IV dicitur : « Mittam vobis Eliam prophetam antequam veniat dies Domini. « Alterum vero faciunt Enoch, quia Gen. V et Eccli. XLIV dicitur Enoch translatus et non mortuus, sicut Elias curru igneo in cœlum vectus, IV Reg. II. Primum autem non dicitur hic nec alibi in sacris Litteris quod illi sint futuri testes : quod si etiam admitteretur, non oporteret quod adversus ipsius personam pugnarent, sed satis esset quod adversus ejus sectam sive priorem bestiam, aut etiam adversus gentilismum : maxime quod si hæc Joannis revelatio ordine procedit, de horum prophetia et morte illata a bestia quæ ascendit de abysso, ac eorum resurrectione narratur capite XI, tempore videlicet sextæ tubæ : porro bestia quæ Antichristum designare dicitur, habens duo cornua similia agni, cap. XIII ac tempore septimæ tubæ dicitur ascendere de terra, eo quod si purus homo quanquam adventus ipsius fuerit secundum operationem Satanæ. Porro Hieronymus super quartum caput Malachiæ, « Judæi, inquit, ac Judaizantes hæretici dicunt Eliam venturum ante suum εἰλημμένον, » quod ex eo ostendit quia discipuli Matth. XVII interrogarunt Dominum : « Quid ergo Scribæ dicunt quod Eliam oporteat primum venire : » sed illorum falsam esse opinionem ostendit Christus eum respondet : « Elias jam venit, et non cognoverunt eum, sed fecerunt in eo quæcunque voluerunt : » statimque sequitur : « Tunc intellexerunt discipuli quod de Joanne Baptista dixisset ipsis. » Hieronymus autem eo loco per Eliam intelligit prophetiam, sicut paulo ante legem per Mosen. Siquidem per legem ac prophetiam convertenda erant corda patrum Abraham, Isaac et Jacob, id est sequentium eos et ab illis descendentium, ad Filium, ad Christum qui ab eis carnem sumpserat. Rursum Matth. XI, loquens de Joanne, « Hic est, inquit, de quo scriptum est, Ecce ego mitto angelum meum qui præparabit viam tuam ante te, » quod erat officium Eliæ et de eo intelligebatur : ideoque quod Malach. IV de Elia dicitur, quod convertet cor patrum ad filios, Gabriel, Luc. I, annuntians Joannis conceptionem, dicit in eo complendum. « Ipse, inquit, præcedet ante illum in spiritu et virtute Eliæ, ut convertat corda patrum in filios. » Hic est Antichristus de quo dixit Christus Judæis, Joan. V : « Ego veni nomine Patris mei et non recipi is me; si alius venerit nomine suo, illum recipietis. » Siquidem huic Judæi tributa ultro dederunt, et hinc est quod illi nationi nunquam fuit infestus. Et sicut Christus in persona quidem apparuit in sola Palæstina, sed postea per suos discipulos percurrit mundum universum; ita et hic in sola Sabæa Arabiæ provincia in persona apparuit, sed per principes sectæ suæ sequaces plurimas provincias ac regna occupavit. Cujus extrema persecutio, id est, postremum eorum cum Gog et Magog prælium simul cum præcedenti ad id apparatu, fieri potest ut duret per tres annos et dimidium, quanto tempore communiter dicitur duraturum ejus imperium, propter id quod dicitur Dan. VII, sanctos tradendos in manu hujus bestiæ usque ad tempus et tempora et dimidium temporis ; et quia Apoc. XI dicuntur gentes calcaturæ civitatem sanctam mensibus quadraginta duobus ; et cap. XII dicitur mulier quæ fugit serpentem alenda a Deo in deserto diebus mille ducentis sexaginta, et paulo post dicitur eadem ibi ali per tempus et tempora et dimidium temporis ; et etiam quia tanto tempore dicitur in hac vita prædicasse Christus. Alii tamen aliter interpretantur tempus et tempora et dimidium temporis. Neque enim possibile esset ipsum tam parvo tempore obtinere tam multa regna ac provincias. Post hanc autem extremam persecutionem plenitudo gentium intrabit, et tunc omnis Israel salvus erit, ut habet Paulus, Rom. XI. Quanquam enim etiam antea, cessantibus hæresibus ac persecutionibus, in diuturna pace et cultu Dei vixerint, quæ etiam dicitur resurrectio prima : multo tamen magis, postquam extremo illo prælio redegerit Dominus ad internecionem omnes suos inimicos. Quanto autem tempore duratura sit hæc pax et securitas ante mundi consummationem, hominibus incertum est, sed, sicut ait Christus, Matth. XXIV : « De die illo et hora nemo scit, ne angeli quidem cœlorum. » Id solum constat quod longa illa pace ac securitate, plurimi rursum Dei cultum relinquent : et tunc, ut ait Apostolus, I Thess. V : « Dies Domini sicut fur in nocte ita veniet. « Cum enim dixerint, » Pax et tuta omnia, tunc repentinus eis superveniet interitus, sicut dolor partus mulieri prægnanti, nec effugient; » quod et Christus pluribus in locis dixit, ac frequentibus parabolis adumbravit. Quod autem vulgo dicunt illum de tribu Dan oriendum, propter id quod dicitur Gen. XLIX : « Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, mordens ungulas equi, ut cadat ascensor ejus retro ; » quod tamen alii probabilius

Digitized by Google

ad litteram interpretantur de Sampsone : dici potest quod id verum sit, non litterali sensu, sed spirituali : quod sicut Dan natus fuit ex ancilla Jacob, videlicet Bala, ita Antichristus sive Mahumetes non ex libera sive fideli gente, nec Christiana nec Judaica, ortus est, sed ex ancilla sive idololatra. Unde et ipse in Alcorano inducit Deum ad se ita loquentem : « Pauper fuisti, et ditavi te; idolis servisti, et vocavi te. » Demum nasciturus dicitur in Babylonia et nutriendus in Chorazin, quia maxime et primum suscepta est perversa ipsius secta in Babylonia : et Christus [1] exprobrat civitatibus Chorazin ac Bethsaide quod ipsum nollent recipere, et tamen postea promptissime sectam Mahumethicam essent suscepturæ. Horum tamen nihil assertive dictum velim, sed tantum ut occasio doctioribus data sit, quæ profundiora ac certiora sunt, perscrutandi.

[1] Matth. xi.

---

## ΕΚ ΤΩΝ ΑΝΔΡΕΑ
## ΤΩ ΜΑΚΑΡΙΩΤΑΤΩ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΩ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ ΚΑΠΠΑΔΟΚΙΑΣ
## ΕΙΣ ΤΗΝ ΑΠΟΚΑΛΥΨΙΝ ΠΕΠΟΝΗΜΕΝΩΝ ΘΕΑΡΕΣΤΩΣ
### ΣΥΝΟΨΙΣ ΣΧΟΛΙΚΗ ΠΑΡΑΤΕΘΕΙΣΑ
## ΥΠΟ ΑΡΕΘΑ ΑΝΑΞΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ ΚΑΠΠΑΔΟΚΙΑΣ.

## BREVIS QUÆDAM EXPLICATIO
## EX COMMENTARIIS IN APOCALYPSIN DIVINITUS INSTITUTIS
## BEATISSIMI ANDREÆ
### ARCHIEPISCOPI CÆSAREÆ CAPPADOCIÆ
#### REDACTA IN ORDINEM
## AB ARETHA INDIGNO CÆSAREÆ CAPPADOCIÆ EPISCOPO.

*Textum contulimus et emendavimus ad editionem J.-A. Crameri anno 1840 Oxonii datam. Scholia vero bene multa quæ ex codice Barocciano protulit, an Arethæ sint dubitandi locus est, nam textui edito male cohærent et sensum perturbant; ab iis igitur edendis supersedimus.* EDIT. PATR.

A Ἰστέον ὅτι τὴν πᾶσαν πραγματείαν τοῦ παρόντος βιβλίου εἰς εἰκοσιτέσσαρας λόγους ὁ μακάριος οὗτος καὶ θεοσυνέργητος ἀνήρ, καὶ εἰς ἑβδομηκονταδύο κεφάλαια οὐκ ἀσυνέτως διεῖλε. Τρισσούμενος γὰρ ὁ εἰκοστὸς τέταρτος ἀριθμὸς, γεννᾷ τὸν ἑβδομηκονταδύο. Ὁ δὲ εἰκοστὸς τέταρτος, διὰ τοὺς εἰκοσιτέσσαρας πρεσβυτέρους οὓς ἐνταῦθα ἡ Ἀποκάλυψις ἐχρημάτισεν ἐλήφθη. Οἳ σύμβολον τῶν ἀπ' αἰῶνος καὶ μέχρι συντελείας εὐηρεστηκότων εἰσὶ Θεῷ. Ἐτριπλασιάσθη δὲ οὗτος ὁ ἀριθμὸς ἐπὶ τῶν κεφαλαίων οὐκ ἀσκόπως, ἀλλὰ διὰ τοὺς εὐαρεστοῦντας Θεῷ τριμερῆ τὴν ὑπόστασιν ἐσχηκότας, ψυχῆς, σώματος, καὶ πνεύματος, εἰς οἰκείωσιν τῆς παντοκρατορικῆς κατασκεῦσαι Τριάδος. Περὶ δὲ τοῦ θεοπνεύστου τῆς βίβλου, ὁ ἐν ἁγίοις Βασίλειος, καὶ Γρηγόριος ὁ θεῖος τὸν λόγον, καὶ Κύριλλος, καὶ Παπίας, B καὶ Εἰρηναῖος, καὶ Ἱππόλυτος οἱ ἐκκλησιαστικοὶ Πατέρες ἐχέγγυοι πιστώσασθαι.

Sciendum quod universum præsentis libri opus vir iste beatus ac Dei cooperator in viginti quatuor partes seu conciones, et has in septuaginta duo capita aptissime divisit. Numerus enim viginti quatuor ter repetitus producit septuaginta duo. Cæterum numerus viginti quatuor assumptus est propter viginti quatuor seniores quos hic nominavit Apocalypsis, qui symbolum ac signum sunt eorum qui Deo beneplacuerunt ab initio sæculi usque ad consummationem. Triplicatus est autem hic numerus in capitibus non inconsiderate, sed propterea quod hi qui Deo beneplacuerunt tripartitam habuerunt hypostasim, nempe in animam, corpus et spiritum, ad delineandum appropriationem omnipotentis Trinitatis. De hoc autem libro a Deo inspirato sanctus Basilius, divinoque sermone Gregorius ac Cyrillus, Papias et Irenæus, ac Hippolytus ecclesiastici Patres fide digni sunt, quibus sine ulla hæsitatione credatur.

---

## *ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΤΗΣ ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΘΕΟΛΟΓΟΥ ΑΠΟΚΑΛΥΨΕΩΣ.*

## *APOCALYPSIS JOANNIS THEOLOGI CAPITULA.*

α'. *Προοίμιον τῆς Ἀποκαλύψεως, καὶ ὅτι δι' ἀγγέλου αὐτῷ δέδοται,*

1. *Proœmium Apocalypsis, et quod per angelum ipsi data fuit.*

Digitized by Google

2. *Visio in qua Jesum vidit in medio septem candelabrorum.*
3. *Quæ scripta sunt ad angelum Ecclesiæ Ephesiorum.*
4. *Quæ significata sunt angelo Ecclesiæ Smyrnæorum.*
5. *Quæ designata sunt angelo Ecclesiæ Pergamenorum.*
6. *Quæ scripta sunt angelo Ecclesiæ Thyatirorum.*
7. *Quæ scripta sunt angelo Ecclesiæ quæ est Sardibus.*
8. *Quæ scripta sunt ad angelum Ecclesiæ Philadelphorum.*
9. *Quæ significata sunt angelo Ecclesiæ Laodicensium.*
10. *De viso ab ipso ostio in cœlo, et throno ac viginti quatuor senioribus et his quæ consequenter ostensa sunt.*
11. *De libro sig ıato sigillis septem qui erat in manu Domini, quem nulla creata natura potuit aperire.*
12. *De agno habente cornua septem quomodo librum aperuerit.*
13. *Solutio primi sigilli designans doctrinam apostolicam.*
14. *Solutio secundi sigilli significans bellum infidelium adversus fideles.*
15. *Solutio tertii sigilli eorum significans excisionem, qui non firmiter Christo crediderunt.*
16. *Solutio quarti sigilli manifestans inducta castigatoria flagella in eos, qui Dominum negaverunt ob defectum tolerantiæ.*
17. *Solutio quinti sigilli significans clamorem sanctarum animarum ad Dominum ut fiat consummatio.*
18. *Solutio sexti sigilli significans eas quæ inferentur in consummatione plagas.*
19. *De his qui servantur a plaga quatuor angelorum, nempe centum quadragintaquatuor millibus.*
20. *De innumerabili turba eorum qui ex gentibus una cum Christo regnabunt.*
21. *Solutio septimi sigilli, quod angelicæ virtutes ad Deum ferant sanctorum preces tanquam thymiamata.*
22. *De septem angelis, quorum primo tuba canente, grando et ignis ac sanguis in terram feruntur.*
23. *De secundo angelo, quo tuba canente pereunt quæ in mari vivebant.*
24. *Tertius angelus aquas fluminum reddit amaras.*
25. *Quartus angelus tertiam luminis solaris ac lunaris partem obscurat.*
26. *De quinto angelo et spiritualibus locustis ascendentibus ex abysso terræ, deque varia specie ipsarum.*
27. *De sexto angelo, et solutio angelorum qui super Euphratem alligati erant.*
28. *De angelo circumdato nube ac iride, qui communem omnium finem pronuntiabat.*
29. *Quod libellum de manu angeli evangelista acceperit.*
30. *De Enoch et Elia, qui Antichristum coarguunt.*
31. *Quod occisi ab Antichristo Enoch et Elias resurgent, et eos qui seducti fuerant, terrore consternabunt.*
32 *De septima tuba et sanctis Deum laudantibus ob futurum judicium.*
33. *De prioribus Ecclesiæ persecutionibus, et iis quæ sub Antichristo fient.*
34. *De commisso prælio inter sanctos angelos et pravas potestates, et de casu draconis.*

β'. *Ὀπτασία ἐν ᾗ τὸν Ἰησοῦν ἐθεάσατο ἐν μέσῳ λυχνιῶν ἑπτά.*
γ'. *Τὰ γεγραμμένα πρὸς τὸν τῆς Ἐφεσίων Ἐκκλησίας ἄγγελον.*
δ'. *Τὰ δηλωθέντα τῷ ἐν τῇ Σμυρναίων Ἐκκλησίᾳ ἀγγέλῳ.*
ε'. *Τὰ σημανθέντα τῷ τῆς Περγαμηνῶν Ἐκκλησίας ἀγγέλῳ.*
ς'. *Τὰ γεγραμμένα τῷ τῆς Θυατείρων Ἐκκλησίας ἀγγέλῳ.*
ζ'. *Τὰ ἀπεσταλμένα τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐν Σάρδεσιν Ἐκκλησίας.*
η'. *Τὰ γραφέντα πρὸς τὸν τῆς Φιλαδελφέων Ἐκκλησίας ἄγγελον.*
θ'. *Τὰ δηλωθέντα πρὸς τὸν τῆς Λαοδικέων Ἐκκλησίας ἄγγελον.*
ι'. *Περὶ τῆς ὁραθείσης αὐτῷ θύρας ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ τοῦ θρόνου, καὶ τῶν κδ' πρεσβυτέρων, καὶ τῶν ἑξῆς δειχθέντων.*
ια'. *Περὶ τῆς βίβλου τῆς ἐσφραγισμένης σφραγῖσιν ἑπτὰ τῆς ἐν τῇ χειρὶ τοῦ Θεοῦ, ἣν οὐδεὶς ἀνοῖξαι δύναται τῆς κτιστῆς φύσεως.*
ιβ'. *Περὶ τοῦ ἀρνίου τοῦ τὰ ἑπτὰ κέρατα ἔχοντος ὅπως τὴν βίβλον ἀνέῳξεν.*
ιγ'. *Λύσις τῆς πρώτης σφραγῖδος, τὴν ἀποστολικὴν διδαχὴν σημαίνουσα.*
ιδ'. *Λύσις τῆς δευτέρας σφραγῖδος, δηλοῦσα τὸν τῶν ἀπίστων κατὰ τῶν πιστῶν πόλεμον.*
ιε'. *Λύσις τῆς τρίτης σφραγῖδος, δηλοῦσα τῶν μὴ παγίως πεπιστευκότων Χριστῷ τὴν ἔκπτωσιν*
ις'. *Λύσις τῆς τετάρτης σφραγῖδος, ἐμφαίνουσα τὰς ἐπαγομένας παιδευτικὰς μάστιγας τοῖς δι' ἀνυπομονησίας ἀρνησαμένοις τὸν Κύριον.*
ιζ'. *Λύσις τῆς πέμπτης σφραγῖδος, τὴν τῶν ἁγίων ψυχῶν σημαίνουσα πρὸς Κύριον καταβόησιν ὥστε γενέσθαι συντέλειαν.*
ιη'. *Λύσις τῆς ἕκτης σφραγῖδος, τὰς ἐν τῇ συντελείᾳ ἐπαγομένας πληγὰς σημαίνουσα.*
ιθ'. *Περὶ τῶν σωζομένων ἐκ πληγῆς τῶν τεσσάρων ἀγγέλων χιλιάδων ρμδ'.*
κ'. *Περὶ τοῦ ἀναριθμήτου ὄχλου τῶν ἐξ ἐθνῶν Χριστῷ συμβασιλευσάντων.*
κα'. *Λύσις τῆς ἑβδόμης σφραγῖδος, δηλοῦσα ἀγγελικὰς δυνάμεις προσάγειν Θεῷ τὰς τῶν ἁγίων προσευχὰς ὡς θυμιάματα.*
κβ'. *Περὶ τῶν ἑπτὰ ἀγγέλων, ὧν τοῦ πρώτου σαλπίσαντος, χάλαζα καὶ πῦρ καὶ αἷμα ἐπὶ τῆς γῆς φέρεται.*
κγ'. *Περὶ τοῦ δευτέρου ἀγγέλου, οὗ σαλπίσαντος, τῶν ἐν θαλάσσῃ ἐμψύχων ἀπώλεια γίνεται.*
κδ'. *Ὁ τρίτος ἄγγελος τὰ τῶν ποταμῶν πικραίνει ὕδατα.*
κε'. *Ὁ τέταρτος ἄγγελος τὸ τρίτον τοῦ ἡλιακοῦ καὶ σεληνιακοῦ φωτὸς σκοτίζει.*
κς'. *Περὶ τοῦ πέμπτου ἀγγέλου, καὶ τῶν ἐκ τῆς ἀβύσσου ἀνερχομένων νοητῶν ἀκρίδων, καὶ τοῦ ποικίλου τῆς μορφῆς αὐτῶν.*
κζ'. *Περὶ τοῦ ἕκτου ἀγγέλου, καὶ τῶν ἐπὶ τῷ Εὐφράτῃ λυομένων ἀγγέλων ἐπίλυσις.*
κη'. *Περὶ ἀγγέλου περιβεβλημένου νεφέλην καὶ ἶριν, καὶ τὸ κοινὸν τέλος προμηνύοντος.*
κθ'. *Ὅπως τὸ βιβλιδάριον ἐκ χειρὸς τοῦ ἀγγέλου ὁ εὐαγγελιστὴς εἴληφεν.*
λ'. *Περὶ Ἐνὼχ καὶ Ἠλία διελέγχειν μελλόντων τὸν Ἀντίχριστον.*
λα'. *Ὅπως ἀναιρεθέντες ὑπὸ τοῦ Ἀντιχρίστου ἀναστήσονται, καὶ τοὺς ἠπατημένους ἐκπλήξουσιν.*
λβ'. *Περὶ τῆς ἑβδόμης σάλπιγγος, καὶ τῶν ὑμνούντων τῷ Θεῷ ἁγίων ἐπὶ τῇ μελλούσῃ κρίσει.*
λγ'. *Περὶ τῶν διωγμῶν τῆς Ἐκκλησίας τῶν προτέρων, καὶ τῶν ἐπὶ τοῦ Ἀντιχρίστου.*
λδ'. *Περὶ τοῦ γενομένου πολέμου μεταξὺ τῶν ἁγίων ἀγγέλων, καὶ τῶν πονηρῶν δυνάμεων, καὶ τῆς καταπτώσεως τοῦ δράκοντος.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

λε'. Ὅπως ὁ δράκων διώκων τὴν Ἐκκλησίαν οὐ παύεται.

λϛ'. Περὶ τοῦ θηρίου τοῦ ἔχοντος κέρατα δέκα καὶ κεφαλὰς ἑπτὰ, ὧν μίαν ὡς ἐσφαγμένην ἔφη.

λζ'. Περὶ ἑτέρου θηρίου δύο κέρατα ἔχοντος, καὶ τῷ πρώτῳ τοὺς ἀνθρώπους προσάγοντος.

λη'. Περὶ τοῦ ὀνόματος τοῦ θηρίου.

λθ'. Περὶ τῶν ρμδ' χιλιάδων τῶν σὺν Ἀρνίῳ ἑστώτων ἐν ὄρει Σιών.

μ'. Περὶ ἀγγέλου προαγορεύοντος τὴν ἐγγύτητα τῆς κρίσεως τῆς μελλούσης.

μα'. Περὶ δευτέρου ἀγγέλου, τὴν πτῶσιν Βαβυλῶνος κηρύσσοντος.

μβ'. Περὶ τρίτου ἀγγέλου ἀσφαλιζομένου τὸν τοῦ Κυρίου λαὸν, μὴ δέξασθαι τὸν Ἀντίχριστον.

μγ'. Ὅτι ὁ ἐν τῇ νεφέλῃ καθήμενος, τῷ δρεπάνῳ συντελεῖ τὰ ἐκ τῆς γῆς βλαστάνοντα.

μδ'. Περὶ ἑτέρου ἀγγέλου τρυγῶντος τὴν τῆς πικρίας ἄμπελον.

με'. Περὶ τῶν ἑπτὰ ἀγγέλων τῶν ἐπαγόντων τοῖς ἀνθρώποις τὰς πληγὰς πρὸ τῆς συντελείας. Καὶ περὶ τῆς ὑαλίνης θαλάσσης, ἐν ᾗ τοὺς ἁγίους ἐθεάσατο.

μϛ'. Ὅπως τῆς πρώτης φιάλης ἐκχυθείσης, ἕλκος κατὰ τῶν ἀποστατῶν γίνεται.

μζ'. Πληγὴ δευτέρα κατὰ τῶν ἐν θαλάσσῃ ἐπιτιμωμένων.

μη'. Ὅπως διὰ τῆς τρίτης, οἱ ποταμοὶ εἰς αἷμα μετακιρνῶνται.

μθ'. Ὅπως διὰ τῆς τετάρτης, καυματίζονται οἱ ἄνθρωποι.

ν'. Ὅπως διὰ τῆς πέμπτης, ἡ βασιλεία τοῦ θηρίου σκοτίζεται.

να'. Ὅπως διὰ τῆς ἕκτης, ἡ ὁδὸς διὰ τοῦ Εὐφράτου τοῖς ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου βασιλεῦσιν ἀνοίγεται.

νβ'. Ὅπως διὰ τῆς ἑβδόμης, χάλαζα καὶ σεισμὸς κατὰ τῶν ἀνθρώπων γίνεται.

νγ'. Περὶ τοῦ ἑνὸς τῶν ἑπτὰ ἀγγέλων δεικνύντος τῷ εὐαγγελιστῇ τὴν τῆς πόρνης πόλεως καθαίρεσιν· καὶ περὶ τῶν ἑπτὰ κεφαλῶν, καὶ τῶν δέκα κεράτων.

νδ'. Ὅπως ὁ ἄγγελος τὸ ὁραθὲν αὐτῷ μυστήριον ἡρμήνευσεν.

νε'. Περὶ ἑτέρου ἀγγέλου τὴν πτῶσιν Βαβυλῶνος δηλοῦντος, καὶ οὐρανίου φωνῆς τὴν ἐκ τῆς πόλεως φυγὴν ἐντελλομένης, καὶ τῆς ἀποβολῆς τῶν τερπνῶν ὧν τὸ πρὶν ἐκέκτητο.

νϛ'. Περὶ τῆς τῶν ἁγίων ὑμνῳδίας, καὶ τοῦ τριπλοῦ ἀλληλούϊα ὅπερ ἔψαλλον ἐπὶ τῇ καθαιρέσει Βαβυλῶνος.

νζ'. Περὶ τοῦ μυστικοῦ γάμου, καὶ τοῦ δείπνου τοῦ Ἀρνίου.

νη'. Πῶς τὸν Χριστὸν ὁ εὐαγγελιστὴς ἔφιππον μετὰ δυνάμεων ἀγγελικῶν ἐθεάσατο σὺν φόβῳ.

νθ'. Περὶ τοῦ Ἀντιχρίστου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ βαλλομένων εἰς γέενναν.

ξ'. Ὅπως ὁ Σατανᾶς ἐδέθη ἀπὸ τῆς Χριστοῦ παρουσίας μέχρι τῆς συντελείας· καὶ περὶ τῶν χιλίων ἐτῶν.

ξα'. Περὶ τῶν ἡτοιμασμένων θρόνων τοῖς φυλάξασι τὴν Χριστοῦ ὁμολογίαν.

ξβ'. Τί ἐστιν ἡ πρώτη ἀνάστασις, καὶ τίς ὁ δεύτερος θάνατος.

ξγ'. Περὶ τοῦ Γὼγ καὶ Μαγώγ.

ξδ'. Περὶ τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ θρόνου, καὶ τῆς κοινῆς ἀναστάσεως καὶ κρίσεως.

ξε'. Περὶ καινῶν οὐρανοῦ τε καὶ γῆς, καὶ τῆς ἄνω Ἱερουσαλήμ.

ξϛ'. Περὶ ὧν εἶπεν ὁ ἐν τῷ θρόνῳ καθήμενος καὶ ὁραθείς.

ξζ'. Περὶ τοῦ ἀγγέλου δεικνύντος αὐτῷ τὴν τῶν ἁγίων πόλιν καὶ τὸ ταύτης τεῖχος σὺν τοῖς πυλῶσι διαμετροῦντος.

ξη'. Περὶ τοῦ καθαροῦ ποταμοῦ τοῦ ὀπτανθέντος ἐκ τοῦ θρόνου πορεύεσθαι.

35. *Quod draco non cesset persequi Ecclesiam.*

36. *De bestia habente cornua decem et capita septem, quorum unum dicit veluti occisum.*

37. *De alia bestia habente duo cornua quæ homines ad priorem bestiam adducebat.*

38. *De nomine bestiæ.*

39. *De centum quadraginta quatuor millibus, qui cum Agno stabant in monte Sion.*

40. *De angelo qui denuntiabat propinquum esse futurum judicium.*

41. *De secundo angelo casum Babylonis prædicante.*

42. *De tertio angelo muniente populum Domini ne susciperet Antichristum.*

43. *Quod is qui sedebat in nube demetebat falce quæ ex terra germinabant.*

44. *De alio angelo qui vindemiabat vineam amaritudinis.*

45. *De septem angelis qui in homines plagas inducebant ante consummationem, et de mari vitreo in quo sanctos conspexerat.*

46. *Quod effusa prima phiala fiat ulcus adversus apostatas qui a Deo defecerunt ad Antichristum.*

47. *Plaga secunda adversus ea quæ objurgantur in mari.*

48. *Quod per tertiam plagam mutentur flumina in sanguinem.*

49. *Quod per quartam plagam æstu exurantur homines.*

50. *Quod per quintam plagam regnum bestiæ obscuretur.*

51. *Quod per sextam plagam via per Euphraten aperitur regibus orientalibus.*

52. *Quod per septimam plagam grando et terræmotus fiant adversus homines.*

53. *De uno ex septem angelis qui ostendit evangelistæ subversionem civitatis meretricis, et de septem capitibus decemque cornibus.*

54. *Quod angelus visum ab ipso mysterium interpretatus sit.*

55. *De alio angelo casum Babylonis significante, et cœlesti voce quæ fugam ex ipsa præcipiat : deque rejectione delectabilium quæ antea acquisierat.*

56. *De cantu sanctorum, et de triplici alleluia quod cecinerunt pro subversione Babylonis.*

57. *De mysticis nuptiis, et cœna Agni.*

58. *Quomodo viderit evangelista Christum equo insidentem cum potestatibus angelicis terrorem incutientem.*

59. *De Antichristo, et his qui cum eo projiciuntur in gehennam.*

60. *Quod Satanas ligatus sit a Christi adventu usque ad consummationem : et de mille annis.*

61. *De sedibus quæ paratæ sunt illis qui servaverunt Christi confessionem.*

62. *Quæ sit prima resurrectio, et quæ secunda mors.*

63. *De Gog et Magog.*

64. *De sedente in throno et communi resurrectione ac judicio.*

65. *De cœlo et terra novis, supernaque Jerusalem.*

66. *De his quæ dixit is qui visus est in throno sedens.*

67. *De angelo qui ostendit ipsi sanctorum civitatem, et dimensus est murum ac portas ipsius.*

68. *De fluvio puro qui visus est ex throno procedere.*

Digitized by Google

69. *Quod fide digna sint quæ ab Apostolo visa sunt.*

70. *Quod Christus sit Deus prophetarum ac Dominus omnium.*

71. *Quod jussum ipsi fuerit ne obsignaret, sed ut prædicaret hanc revelationem.*

72. *Quod Ecclesia et spiritus qui in ea est gloriosum expetant Christi adventum, et de maledictione cui sunt obnoxii, qui librum hunc adulterant ac depravant tanquam irritum et abrogatum.*

ξθ'. *Περὶ τοῦ ἀξιοπίστου τῶν τεθεαμένων τῷ Ἀποστόλῳ.*

ο'. *Ὅτι Θεὸς τῶν προφητῶν ὁ Χριστὸς καὶ Δεσπότης τῶν ἁπάντων.*

οα'. *Ὅπως ἐκελεύσθη μὴ σφραγίσαι, ἀλλὰ κηρύξαι τὴν Ἀποκάλυψιν.*

οβ'. *Ὅπως ἡ Ἐκκλησία καὶ τὸ ἐν αὐτῇ πνεῦμα προσκαλοῦνται τὴν τοῦ Χριστοῦ ἔνδοξον ἐπιφάνειαν· καὶ περὶ τῆς ἀρᾶς ἣ ὑποβάλλονται οἱ τὴν βίβλον παραχαράττοντες ὡς ἄκυρον.*

---

# ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΘΕΟΛΟΓΟΥ ΚΑΙ ΗΓΑΠΗΜΕΝΟΥ

# ΑΠΟΚΑΛΥΨΙΣ.

# JOANNIS THEOLOGI AC DILECTI

# APOCALYPSIS.

## 645 CAPUT PRIMUM.

*Proœmium Apocalypsis, et quod per angelum ipsi data sit.*

1, 1, 2. *Apocalypsis Jesu Christi quam dedit illi Deus, ut palam faceret servis suis quæ oporteat fieri cito: et significavit mittens per angelum suum servo suo Joanni, qui testificatus est sermonem Dei et testimonium Jesu Christi, et quæcunque vidit, et quæcunque audivit, et quæ oportet fieri posthæc.*

Quidam veterum librum hunc alienum esse dicunt a dictione et lingua Joannis dilecti, ipsum ad alium referentes. Sed non ita est. Siquidem Gregorius ejusdem cum hoc cognominis (Theologus cognominatus) hunc inter germanos ac legitimos libros connumeravit. « Sicut me docet, inquit, Joannis Apocalypsis. » Sane incipiens Evangelium scribere, Christum theologice disserendo, præmittit: « In principio, inquiens, erat Verbum. » Præterea in Epistola idem habet prooœmium ac similis theologiæ, præmittens, « Quod erat ab initio. »

*Apocalypsis Jesu Christi quam dedit illi Deus.* 646 Tanquam diceret: Hæc mea Apocalypsis data quidem est Filio a Patre, porro a Filio data est nobis servis suis. Ab humilioribus namque incipiens dispensationem, ad ea processit quæ Deum magis decent. Quemadmodum enim et divinus apostolus Petrus in sua confessione cum dixisset, « Christus, » mox subjunxit quod perfectissimum est, nempe, « Filius Dei [1], » tanquam non potens Christi dispensationem dignis exprimere verbis. Ita ergo et hic cum nomine « Christus, » conjunxerit « servis suis, » divinitatem quæ in Christo est designavit.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

*Προοίμιον της Ἀποκαλύψεως, καὶ ὅτι δι' ἀγγέλου αὐτῷ δέδοται.*

A *Ἀποκάλυψις Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἣν ἔδωκεν αὐτῷ ὁ Θεὸς, δεῖξαι τοῖς δούλοις αὐτοῦ, ἃ δεῖ γενέσθαι ἐν τάχει, καὶ ἐσήμανεν ἀποστείλας διὰ τοῦ ἀγγέλου αὐτοῦ, τῷ δούλῳ αὐτοῦ Ἰωάννῃ, ὃς ἐμαρτύρησε τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν μαρτυρίαν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅσα τε εἶδεν, καὶ ὅσα ἤκουσε, καὶ ἅτινα δεῖ γενέσθαι μετὰ ταῦτα.*

Τινὲς τῶν ἀρχαιοτέρων νοθεύουσι ταύτην τῆς Ἰωάννου τοῦ ἠγαπημένου γλώττης, ἑτέρῳ ταύτην ἀνατιθέντες. Οὐκ ἔστι δὲ οὕτως. Ὁ γὰρ συνεπώνυμος τούτῳ Γρηγόριος ἐνέκρινε ταύτην ταῖς ἀνοθεύτοις, « Ὡς ἡ Ἰωάννου, φήσας, διδάσκει με Ἀποκάλυψις. » Ἀρχόμενος δὴ γράφειν τοῦ Εὐαγγελίου, τὸν Χριστὸν θεολογῶν πρόεισιν. « Ἐν ἀρχῇ, φησὶν, ἦν ὁ Λόγος. » Καὶ τῆς Ἐπιστολῆς δὲ αὐτὸ τὸ προοίμιον
B τῆς αὐτῆς ἔχεται θεολογίας, « ὃ ἦν ἀπ' ἀρχῆς, » προβαλλόμενος.

*Ἀποκάλυψις Ἰησοῦ Χριστοῦ ἣν ἔδωκεν αὐτῷ ὁ Θεός.* Ὡσεὶ ἔλεγεν· Ἡ παροῦσά μου Ἀποκάλυψις δέδοται μὲν παρὰ τοῦ Πατρὸς τῷ Υἱῷ, δέδοται δὲ παρὰ τοῦ Υἱοῦ ἡμῖν τοῖς δούλοις αὐτοῦ. Ἀπὸ τῶν ταπεινοτέρων γὰρ τῆς οἰκονομίας ἀρξάμενος, ἐπὶ τὰ θεοπρεπέστερα προέβη. Ὡς γὰρ καὶ Πέτρος ὁ θεῖος ἀπόστολος ἐν τῇ ἑαυτοῦ ὁμολογίᾳ τὸ, « Χριστὸς, » εἰπὼν ὄνομα, τὸ τελεώτατον ἐπήνεγκε τὸ, « ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, » ὡς τοῦ Χριστοῦ οὐκ ἀξιολόγως τὴν οἰκονομίαν παριστᾷν ἔχοντος· οὕτως οὖν καὶ νῦν τῷ, « Χριστὸς, » ὀνόματι οὗτος συνάψας τὸ, « τοῖς δούλοις αὐτοῦ, » τὴν ἐν τῷ Χριστῷ θεότητα ὑπεσήμανε.

[1] Matth. xvi, 16.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Τίνος γὰρ ἦσαν οἱ ἅγιοι δοῦλοι, εἰ μὴ τοῦ Θεοῦ; πρὸς ὃν καὶ εἴρηται, ὅτι « Τὰ σύμπαντα δοῦλα σά. » Ἐπενεγκὼν δὲ, τὸ τὴν μυσταγωγίαν οὐ τὸν Χριστὸν αὐτόχρημα αὐτῷ καταπρᾶξαι, εἰ μὴ διὰ τοῦ ἀγγέλου αὐτοῦ, τὸ φιλάληθες τοῦ τὴν Ἀποκάλυψιν εἰληφότος ὑπέδειξεν. Ἀποκάλυψις δέ ἐστιν ἡ τῶν κρυπτῶν μυστηρίων δήλωσις, καταυγαζομένου τοῦ ἡγεμονικοῦ τῆς ψυχῆς, εἴτε διὰ θείων ὀνειράτων, εἴτε καθύπαρ ἐκ θείας ἐλλάμψεως. Δοθῆναι δὲ τὴν Ἀποκάλυψιν ταύτην φησὶν, ἀνθρωπινώτερον διαχειριζόμενος, τὸν λόγον ὁ θεῖος οὗτος Ἀπόστολος, ἀλλ' οὐχ ὡς ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ καὶ τῇ Ἐπιστολῇ αὐτοῦ, ἀπὸ τῶν θειοτέρων τοῦ Χριστοῦ μᾶλλον ποιούμενος τὸν λόγον καὶ ἐνδιατρίβων αὐτοῖς, οὕτω καὶ νῦν, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ταπεινοτέρων, ὡς ἂν ὑποφήνῃ σαφῶς, ὡς Ἄμφω τὰ θειότερα λέγω καὶ τὰ ἀνθρώπινα, τῷ ἑνὶ καὶ τῷ αὐτῷ ἐνθεωρεῖται Χριστῷ μεταπρέποντα. Διὰ γὰρ τοῦ διακονοῦντος ἀγγέλου, καὶ τοῦ ὀνόματος τῶν μανθανόντων, ὅτι δοῦλοι, τὸ τῆς θεότητος Χριστοῦ ἐμφαίνει μέγεθος, καθὸ καὶ εἴρηται, ὅτι « Τὰ σύμπαντα δοῦλα σά. » Τὴν ἔκβασιν δὲ τῶν χρηματιζομένων ἐν τάχει ὑπισχνεῖται προβῆναι, οὐχ ὡς ἔτυχεν, ἀλλὰ παραμετρῶν τὰ ἀνθρώπινα τοῖς θείοις, οἷς καὶ τὰ πολυχρονίως καὶ χιλιοστῶς ἐκτελούμενα, « ὡς ἡ χθὲς ἡμέρα, καὶ ἡ ἐν νυκτὶ φυλακὴ » κρίνεται. Ἢ καὶ φιλοτιμότερον προσβαλεῖν τῷ, *Ἐν τάχει*, τοῦ ἀνυπερθέτως παριστῶντός ἐστι τὴν ἔκβασιν λήψεσθαι τὰ δηλούμενα, μηδὲν τῆς παρατάσεως οἵας τε οὔσης τὸ συντελεσθῆναι λυμήνασθαι, ὡς οὐδὲ τὸ σήμερον τοῦ ἐχθὲς παρατεινομένου, ἐὰν μὴ εἰς ὅπερ ἀφῖχθαι ἀποκείμενον εὐκαίρως παρῇ μηδεμιᾶς ὑπολιπομένης τῷ πράγματι βραδυτῆτος πρὸς καταδοχὴν, ἀποδιαπομπήσασθαι εὐπρεπές. Δι' ἀγγέλου δὲ ὁ χρηματισμὸς τῷ δούλῳ αὐτοῦ, ὃς δοῦλος ἐμαρτύρησε τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν μαρτυρίαν αὐτοῦ, φησί. Τούτῳ τῷ σχήματι τὴν διδασκαλικὴν αὐτοῦ ἀλήθειαν συνιστῶν, καὶ ἐν Εὐαγγελίοις ἐχρήσατο εἰπών· « Οὗτός ἐστιν ὁ μαθητὴς ὁ μαρτυρῶν περὶ τούτου καὶ γράψας ταῦτα, καὶ οἴδαμεν ὅτι ἀληθής ἐστιν ἡ μαρτυρία αὐτοῦ. » Ὡς οὖν ἐν ἐκείνῳ, οὕτω καὶ νῦν φησιν, ὅτι μάρτυς ἐστὶ τοῦ ὀφθέντος αὐτῷ διὰ τῆς Ἀποκαλύψεως τῆς δοθείσης αὐτῷ παρὰ τοῦ Χριστοῦ μαρτυρίας· μαρτυρίας, λέγων, οἱονεὶ διαμαρτυρίας τοῦ διαμαρτύρασθαι δηλονότι πρὸς οὓς ὁ λόγος αὐτῷ, εἰς ἐξαθώωσιν ἑαυτοῦ, μάρτυρα εἶναι ἑαυτὸν τοῦ ὀφθέντος αὐτῷ θείου λόγου διὰ τῆς Ἀποκαλύψεως. Τίνα δὲ διαμαρτύρασθαι καὶ κηρύξαι εἰς ἐξαθώωσιν ἑαυτοῦ; Τά τε ὄντα, τά τε ἐσόμενα, ἃ καὶ παραστατικὰ, ἅτε προφήτου, τοῦ τε ἐνεστῶτος χρόνου καὶ τοῦ μέλλοντος.

Cujus namque servi sunt sancti, nisi Dei? ad quem etiam dictum est: « Quoniam omnia serviunt tibi. [2] » Subjungens autem quod Christus sacram hanc doctrinam non proprio oraculo ad ipsum pertulerit, sed tantum per angelum suum, amorem veritatis indicavit in eo qui Apocalypsim acceperat. Est autem Apocalypsis secretorum mysteriorum manifestatio: illustrata animi mente, sive per divina somnia, sive ex divina evidentique affulgentia. Hanc vere Apocalypsim datam esse dicit, magis humano more sermonem disponens divinus hic apostolus: et non quemadmodum in Evangelio et Epistola sua, a divinioribus potius quæ in Christo sunt sermonem texit et in eis versatur, ita et nunc, sed ab humilioribus: tanquam aperte significaret quod utraque, divina, inquam, et humana, in uno eodemque Christo convenienter perspiciuntur. Siquidem per ministrantem angelum, et nomen eorum qui docentur, nempe quod servi sint, majestatem divinitatis Christi manifestat: juxta id quod etiam scriptum est, « Quoniam omnia serviunt tibi. » Porro eventum eorum quæ tractantur brevi pollicetur eventurum: non vulgari modo, sed metiens humana divinis: quorum collatione etiam ea quæ longissime tempore et post multos annorum millenarios eveniunt, « tanquam dies hesterna et nocturna vigilia [3] » reputantur. Aut etiam curiosius et exactius, quod addat, *Cito*, infallibiliter demonstrantis est quod ea quæ manifestantur sint eventum sortitura, sicut nihil impedimenti possit afferre dilatio quin compleantur. Quemadmodum neque hesterni diei protensio impedire potest hodiernum, nisi quod oporteat differri donec opportune adsit, quod in hoc repositum est ut contingat, nulla huic rei mora relicta ad successionem. **647** Per angelum autem fit vaticinium servo ipsius, qui servus testimonium perhibuit sermoni Dei et sermoni suo, inquit. Hoc dicendi tropo quo suam veritatem docendo aptam ostendit et commendat, etiam in Evangeliis usus est, dicens: « Hic est dicipulus ille qui testimonium perhibet de his et scripsit hæc, et scimus quod verum est testimonium ejus. [4] » Sicut ergo in eo libro, ita et nunc dicit quod testis sit ejus quod sibi demonstratum est, propter testimonia datæ sibi a Christo apocalypsis, testimonia dicens veluti protestationes quasdam, protestando videlicet adversus illos quibus ipsi sermo erat, ut sese a peccato incontaminatum redderet, quod testis erat divini sermonis per revelationem sibi demonstrati. Quænam autem protestari ac prædicare oportuit, ut sese a peccato incontaminatum redderet? Et quæ præsentia erant et quæ futura: quæ etiam tanquam prophetæ dicta, tempus præsens ac futurum manifestant:

*Ὅσα τε εἶδεν*. Ἐν ἑτέρῳ ἀντιγράφῳ πρόσκειται καὶ ταῦτα· *καὶ ὅσα ἤκουσε, καὶ ἅτινα εἰσὶ, καὶ ἅτινα δεῖ γενέσθαι μετὰ ταῦτα*. Ὁ Χριστός μοι, φησὶν, ἐφανέρωσεν ὡς δεσπότης τῷ δούλῳ αὐτοῦ, ἐφ' ᾧ διὰ τῶν ὁραθέντων διαμαρτύρασθαι καὶ

*Et quæcunque vidit*. In alio exemplari adduntur et hæc, *Et quæcunque audivit, et quæ sunt, et quæ oportet fieri posthæc*. Christus, inquit, mihi manifestavit tanquam Dominus servo suo: ut per ea quæ visa sunt protestarer ac prædicarem, ad conversionem auditorum:

[2] Psal. CXVIII, 91. [3] Psal. LXXXIX, 4. [4] Joann. XXI, 24.

Digitized by Google

et quæ sunt latentque homines, et quæ futura sunt: utraque enim prophetice vidit: veluti ex eo manifestum est quod dixit, Quæ sunt et quæ oportet fieri. Nam hæc demonstrativa sunt temporis præsentis ac futuri, circa quæ etiam est approbatio prophetarum.

A κηρύξαι πρὸς ἐπιστροφὴν τῶν ἀκουόντων, τά τε ὄντα καὶ τοὺς ἀνθρώπους λανθάνοντα, τά τε μέλλοντα ἔσεσθαι. Προφητικῶς γὰρ ἑώρακεν ἀμφότερα. Καὶ δῆλον ἐκ τοῦ εἰρῆσθαι, *Ἅτινα εἰσὶ, καὶ ἃ χρὴ γενέσθαι*. Ταῦτα γὰρ παραστατικὰ τοῦ ἐνεστῶτος χρόνου καὶ τοῦ μέλλοντος, περὶ ἃ καὶ τῶν προφητῶν τὸ εὐδόκιμον.

*Beatus qui legit et qui audiunt verba prophetiæ et servant ea quæ in ipsa scripta sunt. Tempus enim prope est.*

Prudenter admodum beatos prædicat, non qui solum legunt: siquidem multi ita forent beati legendo: sed qui etiam audiunt, efficaci videlicet et operativo auditu: quibus etiam Dominus testatus est vere esse auditum, cum his verbis de eis ait: «Qui habet aures audiendi, audiat.[5]» Et quis est B hic? is qui habitu audiendi paratus est ad observandum et custodiendum, tanquam divinas leges ea quæ dicta sunt, qui etiam compositus est ad spiritualiter vivendum: non sicut animalis homo, sive qui juxta sensualitatem eligit vivere, quemadmodum animalia sermone carentia: sed qui despecto omni eo quod ad consuetam hanc et placidam vivendi rationem attinet, ad id quod in nobis divinum est traductus, **648** totus compositus est ad bonitatem, ac providentiam ejus qui ipsum initio formavit, propterea quod ad suam imaginem ipsum effinxerat.

*Μακάριος ὁ ἀναγινώσκων καὶ οἱ ἀκούοντες τοὺς λόγους τῆς προφητείας, καὶ τηροῦντες τὰ ἐν αὐτῇ γεγραμμένα.*

Μακαρίζει προμηθῶς ἄγαν οὐ τοὺς ἀναγινώσκοντας μόνους (πολλοὶ γὰρ ἂν ἦσαν μακάριοι οὕτως οἱ ἀναγινώσκοντες), ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀκούοντας ἐμπράκτῳ δηλαδὴ ἀκοῇ. Οἷς καὶ ὁ Κύριος τῷ ὄντι ἐμαρτύρησεν ἀκοὴν, πρὸς τῶν, ἐν οἷς φησιν· «Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω.» Καὶ τίς οὗτος; ὁ τὴν ἀκουστὴν ἕξιν εὐπρεπὴς εἰς τὸ διατηρεῖν καὶ φυλάσσειν ὡς θείους νόμους τὰ εἰρημένα, ὃς καὶ πνευματικῶς ζῆν κατηρτισμένος, οὐχ ὡς ὁ ψυχικὸς ἄνθρωπος, εἴτουν ὁ κατ' αἴσθησιν ζῆν προαιρούμενος, ὥσπερ τὰ λόγου ἔρημα ζῶα, ἀλλ' ἀτιμάσας μὲν πᾶν τὸ περὶ τὸ σύντροφον τοῦτο ζῆν καὶ χειρονηδὺ [? χειρόηθες], μεταταξάμενος δὲ πρὸς τὸ θεῖον τὸ ἐν ἡμῖν, ὅλος γέγονε τῆς κατ' ἀρχὰς τοῦ Πλάστου ἐπὶ τῷ κατ' εἰκόνα ἑαυτοῦ πλάσματι, χρηστότητος καὶ κηδεμονίας.

*Tempus enim prope est.* Tempus sive opportunitas propinqua est ad beatitudinem: id enim contingit per accensionem charitatis eorum qui Dei præcepta servant: ideo quod robur ac tolerantia in agendo circa ista his adjungitur, ut nihil ducatur temporis prorogatio aut innovatio. Atque hujus rei testis est septennis patriarchæ Jacob ob uxorum susceptionem tolerantia, velut unus dies reputata. Aut, tempus præmiorum propinquum est, si conferamus præsentis vitæ brevitatem ad futuri sæculi interminabilitatem.

*Ὁ γὰρ καιρὸς ἐγγύς.* Ἐγγὺς ὁ καιρὸς τῆς μακαριότητος. Τῷ διαπύρῳ γὰρ τοῦτο τῆς ἀγάπης τῶν φυλασσόντων τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ. Διὸ καὶ τὸ C ἀνένδοτον τῆς περὶ ταῦτα περιγίνεται αὐτοῖς ἐργασίας, οὐδ' εἰς παράτασιν χρόνου ἢ ἀποκατάστασιν νομισθείη. Καὶ μάρτυς ἡ τοῦ πατριάρχου Ἰακὼβ ἐπὶ τῇ ἀναλήψει τῶν γυναικῶν ἑπταέτης καρτερία, ὡς μία ἡμέρα λογιζομένη. Ἢ ἐγγὺς ὁ τῶν ἐπάθλων καιρὸς τῷ παραμετρεῖσθαι τὴν τοῦ παρόντος βίου σμικρότητα, πρὸς τὴν τοῦ μέλλοντος ἀπειρίαν αἰῶνος.

I, 4, 5. *Joannes septem Ecclesiis quæ sunt in Asia: gratia vobis et pax ab eo qui est et qui erat et qui venit: et a septem spiritibus qui in conspectu throni ejus sunt. Et ab Jesu Christo, qui est testis fidelis primogenitus mortuorum, et princeps regum terræ.*

Per septem ecclesias numerumque septenarium, multitudinem significavit ecclesiarum ubique locorum sitarum, quæ in præsenti vita sibi mutuo cognatæ sunt, eo quod septenaria dierum periodus inchoata, habitantem in corruptibili creatura potentiam suam designat, ut quæ per omnia ostenditur. Aut etiam supervacaneum non existimabitur, si in sententiam eamus Philonis maxime contemplativi viri Judæi, libro suo quem scribit in philosophiam Mosaicam. His autem Ecclesiis etiam præfectos æquali numero angelos beatus Joannes nunc demonstravit. Porro quod dicitur, *Ab eo qui est, et qui erat, et qui venit*, tantumdem est ac si diceret: A Deo omnium nostrum. Siquidem ipse pater cum Mose loquens in monte

*Ἰωάννης ταῖς ἑπτὰ Ἐκκλησίαις ταῖς ἐν τῇ Ἀσίᾳ· Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ τοῦ, ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος· καὶ ἀπὸ τῶν ἑπτὰ πνευμάτων, ἃ [ἐστιν] ἐνώπιον τοῦ θρόνου αὐτοῦ· καὶ ἀπὸ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ μάρτυς ὁ πιστὸς, ὁ πρωτότοκος τῶν νεκρῶν, καὶ ὁ ἄρχων τῶν βασιλέων τῆς γῆς.*

Διὰ τῶν ἑπτὰ Ἐκκλησιῶν, καὶ τοῦ ἑβδοματικοῦ D ἀριθμοῦ, τὸ τῶν ἁπανταχῇ Ἐκκλησιῶν ἐσήμανε πλῆθος τῶν τῷ παρόντι βίῳ συστοίχων, καθ' ὧν ἡ ἑβδοματικὴ τῶν ἡμερῶν περίοδος κατάρξασα, τὴν ἐνοικοῦσαν τῇ φθαρτῇ κτίσει δύναμιν ἑαυτῆς ὑπέφηνεν ὡς διὰ πάσης διήκουσαν. Ἢ καὶ Φίλωνι τῷ θεωρητικωτάτῳ Ἰουδαίῳ ἀνδρὶ, ἐν λόγῳ αὐτοῦ τῷ εἰς τὴν κατὰ Μωϋσέα φιλοσοφίαν ὑποσυνᾴδειν οὐ περιττὸν ἡγεῖται. Ταύταις δὲ ταῖς Ἐκκλησίαις καὶ ἰσαρίθμους ἐφόρους ἀγγέλους ὁ μακάριος νῦν Ἰωάννης ἐνέφηνε. Τὸ δὲ, *Ἀπὸ τοῦ, ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος*, ἰσοδυναμεῖ τῷ, Ἀπὸ τοῦ πάντων Θεοῦ ἡμῶν. «Ὄντα» μὲν γὰρ αὐτὸς ἑαυτὸν ὀνομάζει ὁ Πατὴρ χρηματίζων τῷ Μωϋσῇ ἐπὶ τοῦ ὄρους. Τὸ δὲ «ἦν,»

[5] Matth. xi, 15.

ὁ παρὼν θεόσοφος εὐαγγελιστὴς προήνεγκεν ἔν τε τῷ Εὐαγγελίῳ αὐτοῦ, « Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, » εἰπὼν, καὶ ἐν τῇ πρώτῃ τῶν καθολικῶν αὐτοῦ Ἐπιστολῶν, « Ὃ ἦν ἀπ' ἀρχῆς, » γράψας περὶ τοῦ Λόγου τῆς ζωῆς. Ἐρχόμενον δὲ τὸ θεῖον Πνεῦμα καλεῖ, ὡς οὐ μόνον κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς Πεντηκοστῆς ἀπεσταλμένον παρὰ τοῦ Πατρὸς, ἀλλ' ἀεὶ παραγινόμενον τοῖς ἀξίοις αὐτὸ δέξασθαι, καὶ διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος.

*Εἰρήνη ἀπὸ τοῦ ὁ ὤν.* Ἴσως δὲ οὐκ ἀδόκιμον καὶ οὕτω ταῦτα νοεῖσθαι ἐπὶ τοῦ Πατρὸς τὸ, *Ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος*, ὡς αὐτοῦ περιέχοντο; ἐν ἑαυτῷ πάντων τῶν ὄντων τὴν ἀρχὴν, καὶ τὰ μέσα, καὶ τὰ τελευταῖα.

*Καὶ ἀπὸ τῶν ἑπτὰ πνευμάτων.* Τινὲς τὰ ἑπτὰ πνεύματα, τὰς ἐνεργείας τοῦ ἁγίου ὑπέλαβον Πνεύματος. Δοκιμότερον δὲ ἀγγέλους ταῦτα νοεῖν. Οὐ διὰ τὸ συμπαρειλῆφθαι δὲ τῇ παντοκρατορικῇ Τριάδι, ἤδη καὶ ὁμότιμα ταῦτα καταλογίζεσθαι αὐτῇ χρὴ, ἀλλὰ δοῦλα καὶ λειτουργικὰ, εἴγε πειστέον τοῖς προφήταις τοῖς διαμαρτυρομένοις ὅτι τὰ σύμπαντα δοῦλα αὐτοῦ, καὶ δὴ καὶ τῷ θεοπάτορι Δαυῒδ, « Εὐλογεῖτε, φάσκοντι, πάντες ἄγγελοι Θεοῦ, δυνατοὶ ἰσχύϊ, ποιοῦντες τὸν λόγον αὐτοῦ. » Καὶ τὸ μὲν λέγειν ὅτι τὸ συμπαραλαμβάνειν τὸ Θεῖον καὶ τὴν ἀγγελιῶτιν φύσιν, παριστῶντός ἐστι τὸ ὁμότιμον εἶναι τῆς παντοκράτορος καὶ πάσης τοῦ εἶναι κτίσεως παραιτίας καὶ τὴν λειτουργικὴν ὑπόστασιν, οὐκ ἔστιν εἰδότος, οὐδὲ ἐγγὺς, ἀλλ' ἀγνοοῦντος, οἶμαι, ὡς τῷ δεσπόζοντι φιλεῖ συνεῖναι καὶ τὸ ὑπηρετοῦν. Ὃ δὴ καὶ Παῦλος χρώμενος ἐν τῇ πρώτῃ (1-2) πρὸς Τιμόθεον Ἐπιστολῇ οὕτω πώς φησι· « Μαρτύρομαι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ καὶ τῶν ἐκλεκτῶν ἀγγέλων. » Τοῦτο οὖν καὶ τῷ αὐτῷ ἐπακολουθοῦντός ἐστιν. Ἀλλὰ καὶ τὸ ἐνταῦθα προσκεῖσθαι τὸ, *Ἅ ἐστιν ἐνώπιον τοῦ θρόνου τοῦ Θεοῦ*, τὴν οἰκετικὴν τάξιν, οὐ τὴν ἰσότιμον αὐτοῖς προσμαρτυροῦντός ἐστιν.

*Ὁ μάρτυς ὁ πιστός.* Δεῖ προσυπακούειν τὸ, ὅς ἐστιν, ἵν' ᾖ· Καὶ ἀπὸ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅς ἐστιν ὁ μάρτυς. Ἐπισκοπητέον δὲ ὅτι πρότερον ὡς περὶ ἀσάρκου γράψας τοῦ θείου Λόγου ἐν οἷς ἔλεγεν, « *Ὁ ἦν*, » νῦν περὶ σεσαρκωμένου αὐτοῦ διαλέγεται, φήσας, *Καὶ ἀπὸ Ἰησοῦ Χριστοῦ*, οὐ διαιρῶν αὐτὸν εἰς δύο, διὰ τὸ ἐπαγαγεῖν τὸ, *Καὶ ἀπὸ Ἰησοῦ Χριστοῦ*, ἀλλὰ τοῦτό τε καὶ ἐκεῖνο περὶ ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ μαρτυρῶν, ὅτι τέ ἐστι τοῦ Πατρὸς, καὶ ὅτι ἐσαρκώθη. Τοῦτο γὰρ βούλεται δηλοῦν τὸ, *Χριστὸς*, ὄνομα. Ὡς Χριστὸς κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον ἐμαρτύρησεν ἅτε μάρτυς ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, ὁπηνίκα ἔφασκεν πρὸς αὐτόν· « Ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου. » Νοεῖν γὰρ ἀπὸ τούτων διανίστησι τῶν λόγων, ὡς καὶ Θεός ἐστιν ὁ ὡς ἄνθρωπος ὁρώμενος, καὶ ταυτὸν φθεγγόμενος. Μάρτυς μὲν οὖν διὰ τοῦτο. Πιστὸς δὲ, ἀντὶ τοῦ, ἀληθὴς, Θεὸς καὶ

A seipsum nominat; « Qui est. » Præsens autem Evangelista protulit, « Erat, » et in Evangelio suo cum dixit, « In principio erat Verbum, [6] » et in prima suarum Epistolarum catholicarum cum scripsit de verbo vitæ, « Quod erat ab initio. [7] » Porro divinum Spiritum vocat eum qui venit, veluti non solum die Pentecostes missum a Patre, sed semper ad eos accedentem qui digni sunt suscipere, etiam per sanctum baptisma.

*Ab eo qui est.* Fortassis autem non erit absurdum, ut hæc quoque ita intelligantur de Patre, nempe *Qui est, et qui erat, et qui venit:* ut qui in seipso contineat omnium quæ sunt originem **649** et media ac fines.

B *Et a septem spiritibus.* Nonnulli septem spiritus acceperunt septem operationes sancti Spiritus. Est autem probabilius hos accipere angelos : non quod cum omnipotenti Trinitate comprehendantur, sive etiam æqualis esse cum ea honoris arbitrari oporteat : sed quod ei famulentur et obsequantur, si prophetis credendum est attestantibus quod omnia serviant ipsi: et progenitori Dei Davidi, dicenti : « Benedicite, omnes angeli Dei, potentes virtute qui expletis sermonem ipsius. [8] » Et certe dicere quod simul comprehendere divinitatem et naturam angelicam sit demonstrare æqualitatem esse honoris inter omnipotentem Trinitatem et qui omnis creaturæ auctor est, ac ministerialem substantiam, non est intelligentis aut propemodum intelligentis, sed ignorantis, ut opinor, quod gaudeat ea creatura assistere C dominatori, eique ministrare : quo schemate et Paulus in Epistola prima ad Timotheum utens, in hunc quodammodo loquitur modum : « Obtestor in conspectu Dei et electorum angelorum. [9] » Hoc igitur idem quoque prosequentis est. Quin etiam addere hoc loco; *Qui in conspectu throni Dei sunt*, attestantis est ministerialem ordinem, non æqualem ipsis honorem.

*Testis fidelis.* Oportet subintelligere ὅς ἐστιν, id est, qui est; ut sit sensus : Qui est testis. Considerandum est autem quod prius de Verbo divino tanquam non incarnato locutus, cum diceret. *Qui erat* : nunc de ipso incarnato disserit, dicens : *Et ab Jesu Christo*, non dividendo ipsum in duos per hoc quod subjun- D git: *Et ab Jesu Christo*, verum et hoc et illud de eodem, testificando et quod patris sit et quod incarnatus sit. Nam hoc significare vult nomen Christus: qui Christus juxta B. Paulum testimonium tulit tanquam testis sub Pontio Pilato, cum dixit ad eum: « Regnum meum non est ex hoc mundo. [10] » His itaque sermonibus excitat ad intelligendum quod etiam Deus sit qui tanquam homo conspicitur et hæc loquitur. Propter hoc igitur testis est : fidelis autem, sive verax, Deus et homo : ideo etiam tanquam homo mortuus est, surrexit vero tanquam

[6] Joan. I, 1. [7] Joan. I, 1. [8] Psal. CXVIII, 102. [9] I Tim. v, 21. [10] Joan. XVIII, 36.

(1-2) Vulg. om. πρώτη.

Digitized by Google

Deus : surrexit enim non sicut ii qui divina virtute A ab aliis excitati sunt, qui etiam rursum mortui sunt : sed sua potentia surrexit tanquam Deus : 650 et primus auctor fuit perpetuæ ac interminabilis reviviscentiæ quæ ex ipso et per ipsum speratur. Ideo quoque primogenitus dicitur mortuorum, quasi solus ipse auspicatus sit nobis huiusmodi gratiam bonorum. Princeps autem regum terræ dicitur Christus, quandoquidem et Daniel Babylonico regi dicebat quod regnaret excelsus et dominaretur regno hominum. Quod si hoc in divina ac primaria intelligitur et conspicitur dominatione, quid veritatis habebit adversariorum sermo qui ait, universa quæ divino modo dicuntur de supersubstantiali Trinitate, nulli seorsim trium personarum appropriandum aut adaptandum esse, præter illa quæ productivam B sive personalem harum cognitionem inducunt, sed obstinate audet delirando asserere, singulas trium personarum seorsim vindicare sibi divinam operationem? Et hæc quidem cum divus Gregorius acceperit usum sermonum : *Qui est, qui erat, et qui venit*, de Filio : quasi apte quadrent divina nomina et communiter et particulatim tribus personis? Porro id ex eo quoque manifestum est quod sanctissimum hymnum seraphicorum spirituum in Evangelio quidem dicimus ad Filium referri, quem Paulus in Actis concionem habens Spiritui applicuit : nos vero juxta Patrum traditionem in tremenda et incruenta hostia Patri attribuimus, quemadmodum beatus Epiphanius libro *De Spiritu sancto* disserit. C

*Et princeps regum terræ*. Non tantum super terrenos dominium habet, verum etiam super eos qui in cœlis sunt : atqui nunc de terrenis loquitur, in sequentibus autem ostendit eum etiam dominari sanctis ordinibus qui in cœlis sunt.

I, 5, 6. *Et qui dilexit nos, et qui lavit nos a peccatis nostris per sanguinem suum : et fecit nos regnum, sacerdotes Deo et Patri suo, ipsi gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.*

. Duplici modo hoc scribitur juxta varium intellectum. Siquidem lavat is qui fœditates ac maculas lustrat aut expiat, solvit vero qui a propriis criminibus liberat. Subaudiendum est autem ad verbum D *fecit*, 651 *qui*, relativus articulus, ut sit sensus : qui fecit. Nisi enim eo modo subaudiatur, propter solœcismum erit inepta locutio : non ergo ad propositum dandi casu referatur prolata sententia, sed ex recto subjungatur. — *Alio modo* : Propositæ sententiæ ordinem si quis ut oportet absque defectu intelligat, connexionem adducet. Ostenditur enim hoc per schema nunc tradendum quod vocatur ἀλλοίωσις. Fit autem id, quando ad phrasim propositam subjungitur sententia quæ non coincidenter ad ea quæ expressa sunt profertur, sed ad subsequentem intelligentiam commutatur. Siquidem ad dativum casum qui præpositus fuit in particula λούσαντι ἡμᾶς, id est *lavanti nos*, sive, qui lavit nos,

A ἄνθρωπος. Διὸ καὶ ὡς ἄνθρωπος ἀπέθανεν, ἀνέστη δὲ ὡς Θεός. Ἀνέστη γὰρ, οὐχ ὡς οἱ ἐπὶ θείᾳ δυνάμει ὑφ' ἑτέρων ἀναστάντες, οἳ καὶ πάλιν ἀπέθανον. Οἰκείᾳ δὲ δυνάμει ἀναστὰς, ἅτε Θεὸς, πρῶτος ἀπήρξατο τῆς ἐξ αὐτοῦ καὶ δι' αὐτὸν ἐλπιζομένης ἀτελευτήτου καὶ αἰωνίου παλινζωΐας. Διὸ καὶ πρωτότοκος λέγεται τῶν νεκρῶν, ὡς μόνος αὐτὸς κατάρξας τῆς τοιαύτης ἡμῖν τῶν ἀγαθῶν χάριτος. Ἄρχων δὲ τῶν βασιλέων τῆς γῆς ὁ Χριστὸς, ἐπεὶ καὶ Δανιὴλ πρὸς τὸν Βαβυλώνιον ἔφη, βασιλεύειν τὸν Ὕψιστον καὶ κυριεύειν τῆς βασιλείας τῶν ἀνθρώπων. Εἰ δὲ τοῦτο ἐπὶ τῆς θεαρχικῆς νοεῖται καὶ ἐνορᾶται κυριότητος, τίς ὁ ἀντισστατῶν λόγος ὁ πάντα τὰ θεοπρεπῶς λεγόμενα ἐπὶ τῆς ὑπερουσίου Τριάδος μὴ καθ' ἑκάστης λέγων τῶν τριῶν ὑποστάσεων ἐξιδιοῦσθαι καὶ ἐναρ- B μόττεσθαι, πλὴν ταῦτα ἃ τὴν προαγωγὴν τούτων ἤγουν τὴν ὑποστατικὴν γνώρισιν ἐμποιοῦνται, ἀλλ ἀποτεταγμένως κατατολμῶν εἰς ἐξιδιάζουσαν ἑαυτῇ θείαν ἐνέργειαν ἑκάστην ὑπόστασιν τῶν τριῶν μεταχωροῦσαν παραληρεῖν, καὶ ταῦτα Γρηγορίου μὲν τοῦ θείου τῶν λόγων τὴν χρῆσιν, τοῦ, *Ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος*, εἰς τὸν Υἱὸν ἐξειληφότος, ὡς ἐφαρμοζόντων τῶν θεοπρεπῶν ὀνομάτων καὶ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ ταῖς τρισὶν ὑποστάσεσι; Δῆλον δὲ, καὶ ἐξ ὧν τὸν Τρισάγιον τῶν Σεραφὶμ ὕμνον κατὰ μὲν τὸ Εὐαγγέλιον, εἰς τὸν Υἱὸν μανθάνομεν λέγεσθαι, ὃν ὁ Παῦλος δημηγορῶν ἐν ταῖς Πράξεσιν εἰς τὸ Πνεῦμα ἀπένειμεν· ἡμεῖς δὲ πατροπαραδότως ἐν τῇ φρικτῇ καὶ ἀναιμάκτῳ θυσίᾳ εἰς Πατέρα. Ὥσπερ ὁ μακάριος Ἐπιφάνιος ἐν τῷ λόγῳ τῷ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ C ἅγιον διέξεισι.

*Καὶ ὁ ἄρχων τῶν βασιλέων τῆς γῆς*. Οὐ τῶν γηΐνων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν οὐρανοῖς βασιλεύει. Ἀλλὰ νῦν μὲν περὶ τῶν ἐπιγείων λέγει, προϊὼν δὲ δείκνυσιν αὐτὸν καὶ τῶν ἐν οὐρανοῖς ἁγίων ταγμάτων βασιλεύοντα.

*Τῷ ἀγαπήσαντι ἡμᾶς, καὶ λούσαντι ἡμᾶς ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ, καὶ ἐποίησεν ἡμᾶς βασιλείαν, ἱερεῖς τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ αὐτοῦ. Αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.*

Διστογραφεῖται τοῦτο πρὸς διάφορον ἔννοιαν. Λούεται μὲν γὰρ ὁ τὰς κηλῖδας καὶ τοὺς σπίλους ἀποκαθαιρόμενος. Λύεται δὲ ὁ τῶν ἐγκλημάτων ἑαυ- D τοῦ ἀπαλλαττόμενος. Προσυπακουστέον δὲ πρὸς τὸ *ἐποίησεν*, τὸ ὃς, ἀναφορικὸν ἄρθρον, ἵνα ᾖ, *Ὃς ἐποίησε*. Μὴ γὰρ οὕτως ἐξακουομένου, διὰ τὸν σολοικισμὸν ἡ φράσις ἀχρειωθήσεται. Μὴ ἔστω οὖν πρὸς τὴν προκειμένην δοτικὴν πτῶσιν ἐπιφερομένη ἡ ἔννοια, ἀλλ' ἐξ εὐθείας ἐπαγομένη. — *Ἄλλως*· Τοῦ προκειμένου ἐδαφίου τὴν σύνταξιν ὅπως ὀφείλει νοεῖσθαι ἀνελλιπῶς, τὸ ἐχόμενον παραστήσει. Ἐν σχήματι γὰρ τῷ ῥηθησομένῳ ἐξενήνεκται, ὃ καλεῖται ἀλλοίωσις. Γίνεται δὲ τοῦτο ὅτε τῇ προκειμένῃ φράσει ἡ ἐπιφερομένη ἔννοια μὴ ὁμοιοπτώτως τοῖς φθάσασιν ἐπενεχθῇ, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἐπαγομένην ἔννοιαν μεταληφθῇ. Δοτικῆς γὰρ πτώσεως προληφθείσης ἐν τῷ, *λούσαντι ἡμᾶς*, ἐπήγαγε τὸ, *ἐποίησεν ἡμᾶς*, ἐλλειπτικῶς τοῦ ἀναφορικοῦ ἄρ-

Digitized by Google

θρου. Ἦν γὰρ τὸ ἀνελλειπὲς οὕτω· *Τῷ λούσαντι ἡμᾶς ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ, καὶ ποιήσαντι ἡμᾶς.* Κἂν μὲν ἡ ἐπιφερομένη ἔννοια ὁμοιοπτώτως ἐπ[εν]ήνεκτο οὕτω προαγομένη, ᾧ καὶ ἐποίησεν ἡμᾶς, οὐδὲν νῦν ἡμῖν περὶ τούτου προὔκειτο ζήτημα. Ἐνέργειαν δὲ ὑποστήσαντος διὰ τοῦ, *ἐποίησε*, ῥήματος, ἀναγκαίως ἐπ' εὐθεῖαν πτῶσιν ἀποκλίνομεν, τὸν ἐνεργοῦντα ἐπιποθοῦντες μαθεῖν. Τούτου δὲ πῶς ἂν ἐτυγχάνομεν μὴ τῆς ὀνομαστικῆς πτώσεως παραλαμβανομένης; Δι' ὅπερ τὸ ἐλλεῖπὲς ἄρθρον, ἡ ὀνομαστικὴ εὐθεῖα παρέσχεν οὕτως ἐξακούεσθαι ἀνελλειπῶς· *Ὃς καὶ ἐποίησεν ἡμᾶς βασιλείαν*, οἱονεὶ, Ἀνήγαγεν ἡμᾶς εἰς βασίλειον δόξαν. Ἣν δόξαν ἡ ἐχομένη ἔγγραφος λέξις ἱκανὴ παραστῆσαι.

A subjunctum est ἐποίησεν ἡμᾶς, id est *fecit nos*, cum defectu articuli relativi. Absque defectu vero ita positum fuisset, τῷ λούσαντι ἡμᾶς ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ, καὶ ποιήσαντι ἡμᾶς, nempe utrumque dativum. Quod si etiam subsequens sententia coincidenter subjuncta fuisset in hunc modum: ᾧ καὶ ἐποίησεν ἡμᾶς, id est *per quem etiam fecit nos*, nulla tunc fuisset nobis relicta quæstio. Porro actionem quam protulit in verbo ἐποίησε, necessario declinamus ad casum rectum, discere cupientes quis sit qui efficiat. Id autem quomodo consecuti sumus, nisi assumpto nominandi casu propter articulum qui deerat? Nam hoc modo nominativus rectus id effecit ut absque defectu intelligeretur ὃς καὶ ἐποίησεν ἡμᾶς βασιλείαν, qui etiam fecit nos regnum, tanquam reduxerit nos ad regiam gloriam, quam gloriam consequens ascripta dictio apta est proponere.

Αὐτῷ ἡ *δόξα*. Ἡ σύνταξις τοῦ ῥητοῦ, ἀπὸ τῶν τελευταίων ἐπὶ τὰ πρῶτα ἐπάνεισιν οὕτως· Αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος τῷ ἀγαπήσαντι ἡμᾶς καὶ λούσαντι ἡμᾶς ἐν τῷ ἰδίῳ αἵματι. Καὶ πῶς γὰρ οὐκ ἠγάπησεν, ἑαυτὸν δοὺς ἀντίλυτρον ἡμῶν, ὡς ἀμνὸς σφαγιασθεὶς, καὶ τῷ διὰ σταυροῦ αὐτοῦ αἵματι καὶ ὕδατι λούσας ἡμᾶς, ἤγουν καθάρας τὸν τῶν ἁμαρτιῶν ῥύπον ἡμῶν; καὶ οὐ μέχρι τούτου τὴν εἰς ἡμᾶς αὐτοῦ στήσας εὐεργεσίαν, ἀλλὰ καὶ βασιλείαν ἡμῖν δωρησάμενος; Καὶ τίς ἡ βασιλεία; ὅθεν ἡ δόξα ἡ δοθεῖσα ἡμῖν παρὰ Χριστοῦ, τοῦ γενέσθαι ἡμᾶς ἱερεῖς τοῦ Θεοῦ καὶ προφήτας, τοὺς οὐδὲν προεισενεγκόντας τῆς τοιαύτης ἐπάξιον ἀγαθοδότου καὶ θείας τῷ ὄντι δωρεᾶς. Ἀφ' ὧν δωρεῶν, οὐ μόνον τῆς ἐν τῷ παρόντι βίῳ (3) δόξης ἐπήβολοι, ἀλλὰ καὶ τῆς μελλούσης τυχεῖν εὐέλπιδες καθιστάμεθα.

B *Ipsi gloria*. Ordo sententiæ hoc modo a novissimis redit ad prima: Ipsi gloria et imperium qui dilexit nos et lavit nos per sanguinem suum. Quomodo enim? An non dilexit qui seipsum dedit in pretium redemptionis nostræ tanquam agnus jugulatus, ac per passionem suam sanguine et aqua lavit nos, sive purificavit a sordibus peccatorum nostrorum? Et ne hic quidem terminavit sua erga nos beneficia, sed regnum nobis donavit: et quod regnum? unde gloria nobis data est a Christo, ut efficeremur sacerdotes Dei ac prophetæ, cum nihil obtulissemus quod dignum esset hujusmodi magnifico dono ac divino plane munere: quibus donis non in præsenti vita tantum assecuti sumus gloriam, sed et bonæ spei reddimur, quod illam in futuro etiam C consequemur.

*Ἰδοὺ ἔρχεται μετὰ τῶν νεφελῶν, καὶ ὄψεται αὐτὸν πᾶς ὀφθαλμὸς, καὶ οἵτινες αὐτὸν ἐξεκέντησαν. Καὶ κόψονται ἐπ' αὐτὸν πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς. Ναὶ, ἀμήν. Ἐγώ εἰμι τὸ ἄλφα καὶ τὸ ω, λέγει Κύριος ὁ Θεὸς, ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος, ὁ παντοκράτωρ.*

**652** I, 7, 8. *Ecce venit cum nubibus, et videbit eum omnis oculus, et qui ipsum compunxerunt. Et plangent super eum omnes tribus terræ, Etiam, Amen. Ego sum A et Ω, dicit Dominus Deus, qui est, et qui erat, et qui venit, omnipotens.*

τοῦ πειράσαι καὶ τοὺς ψευδαποστόλους καὶ τὴν τῶν Νικολαϊτῶν αἰσχρουργίαν. Ἐμέμψατο δὲ καὶ τῆς πρὸς τοὺς πλησίον χορηγίας τὴν ὀλιγωρίαν, ἣν αὖθις ἀνακαλέσασθαι ἐπισκήπτει, Τὰ πρῶτα, φάσκων, ἔργα ποίησον ἐν δικαιοσύνῃ. Οὐ γάρ με λανθάνει, φησὶν, οὔτε τὰ πρῶτά σου τῶν πράξεων ἀγαθὰ, οὔτε ὅτι τὴν εἰς τοὺς δεομένους ἀγάπην ἐνέκοψας. Ἐπάνελθε οὖν διδαχθεῖσα παρὰ ἐμοῦ ὅτι ἐνέλειψας.

*Ἔρχομαί σοι ταχύ.* Τὸ, *Ἔρχομαι*, οὐ μεταβατικὴν δηλοῖ κίνησιν τοῦ πάντα πληροῦντος Θεοῦ, ἀλλὰ τὴν ἐκ ῥαθυμίας πρὸς κόλασιν ἐπιστροφήν. Κίνησις δὲ Ἐκκλησίας ἡ τῆς θείας χάριτός ἐστι γύμνωσις, δι' ἣν ἐν σάλῳ καὶ κλύδωνι ὑπὸ τῶν πονηρῶν πνευμάτων καὶ τῶν ὑπουργούντων αὐτοῖς μιαρῶν ἀνθρώπων (7) γίνεται· ὥστε τοὺς ταύτην συγκροτοῦντας ἀνθρώπους λέγειν τὸ, « Ἐταράχθη ἐν θυμῷ ὁ ὀφθαλμός μου· » καὶ, « Ἡ καρδία μου ἐταράχθη ἐν ἐμοί. »

*Ἀλλὰ τοῦτο*, φησὶν, *ἔχεις ὅτι μισεῖς τὰ ἔργα τῶν Νικολαϊτῶν*, μεταξὺ τῶν λυπηρῶν τιθεὶς καὶ τὰ πρὸς εὐθυμίαν ἄγοντα, ἵνα μὴ τῇ περισσοτέρᾳ λύπῃ καταποθῇ τὰ τῆς Ἐκκλησίας. Φησὶν οὖν, ὅτι Μετανοίᾳ σε εὐεπιχείρητον καταλαμβάνω, ἀφ' ὧν σύνδρομον ἔχω σε τοῦ μίσους μου τοῦ περὶ τοὺς Νικολαΐτας. Οὗτοι δὲ παρονομάζονται ἀπὸ Νικολάου ἑνὸς τῶν ἑπτὰ διακόνων. Καὶ τίνες δὲ ἦσαν τὴν αἰσχρουργίαν, Ἐπιφανίου τοῦ ἐκ Κύπρου θείου ἀνδρὸς ἡ τῶν *Παναρείων* αὐτοῦ βίβλος δηλώσει. — *Ἄλλως*· Κίνησιν λυχνίας τινὲς, καὶ τὸν ἱερατικὸν τῆς Ἐφέσου θρόνον ὑπέλαβον, Κωνσταντινουπόλει τὰ πρεσβεῖα ἑαυτῆς ἐπιδοῦσα.

*Ὁ ἔχων οὖς ἀκουσάτω.* Σαρκικὸν οὖς πᾶς ἄνθρωπος ἔχει, πνευματικὸν δὲ ὁ θεοφορούμενος, ὅπερ τῷ Ἡσαΐᾳ προστέθειται καὶ τῷ θεοπάτορι Δαυῒδ εὐήκοον γενέσθαι, ἀφ' οὗ καὶ εὐχαρίστως διατιθέμενος μελῳδεῖ, « Εἰς ἀκοὴν ὠτίου ὑπήκουσέ μου, » οἱονεὶ οἷς ἀκοὴ τὸ ἐπαινετὸν φέρει, τούτους κἀμοῦ τὸν πόθον ἀφωμοιώσατο. Τὸ Πνεῦμα δὲ ταῦτα λέγειν φησὶν, ἢ ὅτι πνευματικῶς ἐνηργεῖτο παριστῶν τὰ τῆς Ἀποκαλύψεως· ἢ Πνεῦμα τὸν Χριστόν φησι καθὸ ἐστι καὶ νοεῖται Θεὸς, ὥσπερ ἀμέλει καὶ Υἱὸς ἀνθρώπου χρηματίζει, καθό ἐστιν ἄνθρωπος καὶ νοεῖται. Καὶ ὅτι Πνεῦμα λέγεται ὁ Θεὸς, αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ πρὸς τὴν Σαμαρεῖτιν παριστῶσι λόγοι, « Πνεῦμα, » ἀγορεύοντος, ὁ « Θεὸς, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ, » καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ τί τὸ Πνεῦμα λέγει;

*Τῷ νικῶντι δώσω φαγεῖν ἐκ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς.* — *Νικῶντι*, τὸν πρὸς τοὺς δαίμονας πόλεμον, ὃς διὰ τῶν συμφύτων ἡμῖν παθῶν ἀνερεθίζεσθαι εἴωθεν. Ξύλον δὲ ζωῆς (8) τροπικῶς, τὸ ἐν μέσῳ τοῦ Παραδείσου, καὶ Παράδεισον τὴν μακαρίαν καὶ αἰωνίζουσαν ἐκληπτέον ζωὴν, ἐν ᾗ σοφίας ἄφθονος χύσις, περὶ ἧς καὶ Σολομῶν φησι· « Ξύλον ζωῆς ἐστι τοῖς ἀντεχομέ-

una cum eo quod et pseudapostolos tentaverit et Nicolaitarum obscenitatem. Accusat autem negligentiam in insumendo ut proximis necessaria suppeditentur, quod rursum jubet revocari. Prima, inquit, opera fac in justitia. Neque enim me latent, inquit, aut prima tuarum actionum bona, aut quod charitatem erga indigentes contraxeris. Revertere igitur, quum a me didiceris te defecisse.

*Veniam tibi cito.* Quod ait: *Veniam*, non progressivum significat motum Dei qui omnia replet, sed conversionem ad socordiæ ultionem. Motus autem Ecclesiæ est a divina gratia denudatio, propter quam in salo ac undarum jactatione a spiritibus malis et hominum iis obsequentium pravitate constituitur: adeo ut homines qui ejusdem sortis cum hac sunt Ecclesia, dicant: «Conturbatus est in ira oculus meus [49]; » et, «Cor meum conturbatum est in me [50]. »

*Sed hoc habes quod odisti facta Nicolaitarum.* Inter tristia ponit etiam ea quæ consolationem adducunt, ne abundantiori tristitia absorbeatur Ecclesia. Ait ergo: Per pœnitentiam ego facile te recipiam, eo quod te mihi conformem habeam in odio adversus Nicolaitas. Hi autem cognomen accipiunt a Nicolao, uno ex septem diaconibus. Quinam autem fuerint et eorum obscœnitates liber *Panarion* Epiphanii divini ex Cypro viri manifestat.—*Alio modo.* Motum candelabri interpretati quoque sunt nonnulli sacerdotalem Ephesinæ Ecclesiæ sedem, quod ipsius dignitatem tradiderit Constantinopoli.

*Qui habet aurem audiat.* Quisque homo aurem habet carnalem, spiritualem vero is qui divino afflatur Spiritu, quæ Isaiæ [51] addita est Deique progenitori Davidi [52], ut obediens esset. Unde etiam grato animo affectus, dulciter canit: « Ad auditum auris obsecutus est mihi [53]: » hoc est in his unde auditus fert aliquid laudabile, ad meum accessit desiderium. Hæc autem ait Spiritum dicere, aut quod spiritualiter operabatur, demonstrans quæ sunt hujus revelationis, **665** aut Spiritum dicit Christum, quatenus est et intelligitur Deus, quemadmodum revera quoque Filius hominis appellatur, quatenus est et intelligitur homo. Quod autem Spiritus dicatur Deus, ipsius Christi ad Samaritanam verba demonstrant, dicentis: « Spiritus est Deus, et eos qui adorant eum, in spiritu et veritate oportet adorare [54]. » Et quid est quod dicit Spiritus?

*Vincenti dabo edere de ligno vitæ.* Vincenti in bello quod adversus dæmones geritur, quod per insitos nobis affectus excitari solet. Lignum vero vitæ quod est in medio paradisi, ac paradisum tropice accipi oportet beatam ac perpetuam vitam, in qua est abundans sapientiæ diffusio: de qua etiam ait Solomon: « Lignum vitæ est iis qui amplectuntur

[49] Psal. XXX, 10. [50] Psal. LIV, 5. [51] Isa. L, 4 seqq. [52] Psal. XXXIX, 4. [53] Psal. XVII, 45. [54] Joan. IV, 24.

(7) Vulg. ὑπὸ τῶν τῆς πονηρίας ἀνθρώπων.

(8) Vocem ζωῆς omittit vulg.

Digitized by Google

ipsam.[85] » Præsens autem evangelista de Christo dicit quod sit Deus ac vita æterna[86]: qua futura interminabili fruentur sancti in paradiso.

A νοις αὐτῆς. » Ὁ δὲ παρὼν εὐαγγελιστὴς περὶ τοῦ Χριστοῦ φησιν, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ Θεὸς καὶ ζωὴ ἡ αἰώνιος, ου ἐν τῷ Παραδείσῳ τῇ μελλούσῃ ἀτελευτήτῳ ζωῇ ἐν ἀπολαύσει οἱ ἅγιοι γενήσονται.

*Dei mei.* Ne quis hæc audiens offendatur. Siquidem cuncta humilia conveniunt Dei et hominis salutari dispositioni propter nos factæ: quandoquidem in Evangeliis quoque ait Ipse: « Ascendo ad Patrem meum et Patrem vestrum, et Deum meum et Deum vestrum[87], » tanquam ipsius quidem natura, horum vero adoptione.

*Τοῦ Θεοῦ μου.* Μή τις ἀκούων ταῦτα σκανδαλιζέσθω. Πρέπει γὰρ τὰ ταπεινὰ πάντα τῇ δι' ἡμᾶς σωτηρίῳ ἡμῖν τοῦ θεανθρώπου οἰκονομίᾳ. Ἐπεὶ καὶ ἐν Εὐαγγελίοις φησὶν ὁ αὐτός· « Ἀναβαίνω πρὸς τὸν Πατέρα μου καὶ Πατέρα ὑμῶν, καὶ Θεόν μου καὶ Θεὸν ὑμῶν, » ὡς τοῦ μὲν φύσει, τῶν δὲ θέσει.

## CAPUT IV.

*Quæ significata sunt angelo Ecclesiæ Smyrnæorum.*

## ΚΕΦΑΛ. Δ'.

*Τὰ δηλωθέντα τῷ ἐν τῇ Σμυρναίων Ἐκκλησίᾳ ἀγγέλῳ.*

II, 8-11. *Et angelo Ecclesiæ Smyrnæorum scribe: Hæc dicit primus et novissimus, qui fuit mortuus et vivit: Scio opera tua et afflictionem et paupertatem, sed dives es: et blasphemiam eorum qui se dicunt Judæos esse et non sunt, sed sunt synagoga Satanæ. Nihil horum timeas quæ passurus es. Ecce missurus est diabolus aliquos ex vobis in carcerem, ut affligamini, et habebitis afflictionem dierum decem. Esto fidelis usque ad mortem, et dabo tibi coronam vitæ.* 666 *Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis. Qui vicerit, non lædetur a morte secunda.*

*Καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐν Σμύρνῃ Ἐκκλησίας* B *γράψον· Τάδε λέγει ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος, ὃς ἐγένετο νεκρὸς καὶ ἔζησεν· Οἶδά σου τὰ ἔργα καὶ τὴν θλῖψιν καὶ τὴν πτωχείαν, ἀλλὰ πλούσιος εἶ. Καὶ τὴν βλασφημίαν τῶν λεγόντων Ἰουδαίους εἶναι ἑαυτοὺς καὶ οὐκ εἰσίν, ἀλλὰ συναγωγὴ τοῦ Σατανᾶ. Μηδὲν φοβοῦ ἃ μέλλεις παθεῖν. Ἰδοὺ δὴ μέλλει βαλεῖν ὁ διάβολος ἐξ ὑμῶν εἰς φυλακὴν, ἵνα πειρασθῆτε, καὶ ἕξετε θλῖψιν ἡμέρας δέκα. Γίνου πιστὸς ἄχρι θανάτου, καὶ δώσω σοι τὸν στέφανον τῆς ζωῆς. Ὁ ἔχων οὖς, ἀκουσάτω τί τὸ Πνεῦμα λέγει ταῖς Ἐκκλησίαις. Ὁ νικῶν οὐ μὴ ἀδικηθῇ ἐκ τοῦ θανάτου τοῦ δευτέρου.*

Primus et novissimus est Christus, utpote Deus et homo: primus divina natura, novissimus tanquam postremis diebus propter nos homo factus. Fuit quoque triduo mortuus, rursumque sua resurrectione viam nobis aperuit resurrectionis ac vitæ. Et quid hic ait? Scio opera tua et afflictionem et paupertatem, quæ propter me sustines pulsatus ab incredulis. Ne igitur dum affligeris et paupertate premeris, dicas et ipse: Quid est quod jejunavimus, et non cognovisti, humiliavimus animas nostras, et non attendisti?[88] Quanquam enim hæc ita sint, attamen dives es, in spiritualibus thesaurum habens absconditum in agro cordis tui, qui est Christus, propter quem etiam dives es, utpote hunc habens protectorem, qui et ipse cum dives esset, propter nos pauper factus est.

Πρῶτος καὶ ἔσχατος ὁ Χριστὸς, ὡς Θεὸς καὶ ἄνθρωπος. Πρῶτος τῇ θείᾳ φύσει, ἔσχατος, ὡς δι' C ἡμᾶς ἐπ' ἔσχατον ἄνθρωπος γενόμενος. Καὶ νεκρὸς δὲ ὁ αὐτὸς τριήμερος, καὶ αὖθις ἀνοίξας ἡμῖν διὰ τῆς αὐτοῦ ἀναστάσεως ὁδὸν τῆς ζωῆς. Καὶ τί φησιν οὗτος; Οἶδά σου τὰ ἔργα καὶ τὴν θλῖψιν καὶ τὴν πτωχείαν, ἃ δι' ἐμὲ ὑπομένεις, ὑπὸ τῶν ἀπίστων μαστιζόμενος. Μὴ οὖν ἐν τῷ θλίβεσθαι καὶ πτωχεύειν εἴπῃς καὶ αὐτός· Τί ὅτι ἐνηστεύσαμεν καὶ οὐκ ἔγνως, ἐταπεινώσαμεν τὰς ψυχὰς ἑαυτῶν, καὶ οὐ προσέσχες; Εἰ γὰρ καὶ ταῦτα, ἀλλὰ πλούσιος εἶ, ἐν τοῖς πνευματικοῖς τὸν θησαυρὸν ἔχων κεκρυμμένον ἐν τῷ ἀγρῷ τῆς καρδίας σου, ὅς ἐστιν ὁ Χριστὸς, δι' ὃν καὶ πλούσιος εἶ, ὡς τοῦτον ἔχων σκεπαστὴν, ὃς καὶ αὐτὸς πλούσιος ὢν, ἐπτώχευσε δι' ἡμᾶς.

*Scio opera tua.* Videlicet bona, et afflictionem propter ipsa illatam, ac paupertatem quæ ob invidiam a blasphemis Judæis cooperatoribus diaboli in vos inducta est: qui solo nomine Judæi sunt, veritate autem et reipsa sunt synagoga diaboli. Sed quanquam ob violentiam pauper efficiaris, mihi tamen repositus, qui sum dispensator omnium bonorum, dives es. Idcirco nihil metuas eorum quæ tibi inferenda sunt a cooperatoribus diaboli, qui vos carceribus et aliis tentationibus affligent, quorum brevissimus ac unius diei est impetus, et quantum erit si etiam decem æquetur diebus? Esto itaque tolerans neque deficias usque ad mortem, ut propter illa accipias coronam vitæ.

D *Οἶδά σου τὰ ἔργα.* Δηλαδὴ τὰ χρηστὰ, καὶ τὴν διὰ ταῦτα θλῖψιν καὶ πτωχείαν, τὴν διὰ φθόνον ἀπὸ τῶν συνεργῶν τοῦ διαβόλου βλασφήμων Ἰουδαίων ἐπαγομένην ὑμῖν, οἵτινες Ἰουδαῖοι ὀνόματι μόνον, τῇ δὲ ἀληθείᾳ συναγωγὴ τοῦ διαβόλου εἰσίν. Ἀλλὰ κἂν ἐξ ἐπηρείας πτωχεύῃς, ἐμοὶ ἀνακείμενος τῷ πάντων ἀγαθῶν πρυτάνει, πλούσιος εἶ. Διόπερ μηδὲν φοβοῦ τῶν μελλόντων σοι ἐπενεχθῆναι ἀπὸ τῶν συνεργῶν τοῦ διαβόλου θλιβερῶν ἐγκλεισμῶν φυλακῆς καὶ πειρασμῶν ἄλλων (9), ὧν ἐφήμερος ἡ ἐπιφορὰ, καὶ ὅσον εἰ καὶ ἡμερῶν δέκα ἐξισουμένη; Γίνου οὖν καρτερικὸς καὶ μὴ ἐκλυόμενος μέχρι θανάτου, ὑπὲρ ὧν λήψῃ τὸν στέφανον τῆς ζωῆς.

[85] Prov. III, 18. [86] Joan. I, 4. [87] Joan. XX, 17. [88] Isa. LVIII, 3.

(9) Verba ἐγκλ. φυλ. κ. πειρ. ἄλλων omittit. vulg.

Digitized by Google

***Καὶ τὴν βλασφημίαν.*** Κατὰ κοινοῦ τὸ, *Οἶδά σου*, ἵνα ἐξακούηται οὕτως· Οἶδά σου τὰ ἔργα, οἶδα καὶ τὴν βλασφημίαν τῶν τῷ λόγῳ μὲν Ἰουδαίων, ἔργῳ δὲ συναγωγῆς τοῦ Σατανᾶ. Οὐ γὰρ ὁ ἐν τῷ φανερῷ Ἰουδαῖος, ἀλλ' ὁ ἐν τῷ κρυπτῷ, καὶ τῇ περιτομῇ τῆς καρδίας, ὁ διὰ τῆς τοῦ φαινομένου περιβλητοῦ τῷ γεννητικῷ μορίῳ δέρματος ἀφαιρέσεως τοῦ ὑλικοῦ τοῦδε παντὸς βίου ἀλλοτριούμενον ἑαυτὸν αἰνιττόμενος, καὶ πρὸς τὰ θεῖα τῇ ψυχῇ ἐνσκευαζόμενον. Εἰ γὰρ Ἰούδας μὲν *ἐξομολόγησις* ἑρμηνεύεται, Ἰσραὴλ δὲ *νοῦς ὁρῶν Θεὸν*, πάντως οἱ ἀληθεῖς Ἰουδαῖοι καὶ Ἰσραὴλ οὗτοί εἰσιν, οἱ Χριστῷ ἐξομολογούμενοι, ἤγουν εὐχαριστοῦντες ἀνθ' ὧν μεγάλα εὐεργέθημεν τῇ διὰ σαρκὸς αὐτοῦ πρὸς ἡμᾶς ἐπιδημίᾳ. Τοῦτο γὰρ ἡ ἐξομολόγησις δηλοῦν βούλεται. Ἰσραὴλ δὲ, ὃς νῷ Θεὸν ὁρᾷν ἠξιωμένος, μηδενὶ τῶν ἀσχολεῖν εἰωθότων ἐπιπροσθούμενος. Οὐκοῦν οὐδὲ Ἰουδαῖοι οὔτε Ἰσραὴλ οἱ τῇ ἀπιστίᾳ ἐμμένοντες ἀνεπιστρόφως, ἀλλὰ βλασφημοῦντες συναγωγὴν ἑαυτοὺς ἀποφαίνουσι τοῦ Σατανᾶ ἐζωγρημένους ὑπ' αὐτοῦ εἰς τὸ ἐκείνου θέλημα, ἅτε καὶ στρατηγουμένους ὑπ' αὐτοῦ

*Οὐ μὴ ἀδικηθῇ ἐκ τοῦ θανάτου τοῦ δευτέρου.* Ἀκριβὲς τὸ εἰρημένον, ὅτι δύο θανάτων ἀνθρώποις ὄντων, πρώτου τοῦ φυσικοῦ, ὅς ἐστι χωρισμὸς τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος, κατὰ τὴν δικαίαν καὶ ἀπαραίτητον ἀπόφανσιν τοῦ παντοκράτορος Θεοῦ, τὴν, ὅτι « Γῆ εἶ καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ. » Τοῦτον τὸν θάνατον ἀνυπερθέτως, πάντες ἄνθρωποι δίκαιοι καὶ ἁμαρτωλοὶ μέτιμεν. Δευτέρου δὲ πάλιν θανάτου καὶ ὀλεθριωτέρου, τοῦ δι' ἁμαρτίας ὄντος, ὃν τὸ τῆς ἀκολάστου καὶ σαρκικῆς καὶ ἡδυπαθοῦς ζωῆς δέλεαρ τοῖς ἀνθρώποις οἶδε πορίζειν. Διὸ καὶ ὁ Κύριος τοὺς ταύτην μεταδιώκοντας νεκροὺς ὀνομάζει, ὅταν φῇ· « Ἄφετε τοὺς νεκροὺς θάψαι τοὺς ἑαυτῶν νεκρούς. » Τοῦτον τὸν θάνατον (τὴν ἐμπαθῆ λέγω ζωὴν) ὁ νικῶν οὐ μὴ ἀδικηθῇ ἐκ τοῦ τῆς γεέννης εἰς ἀδιάλειπτον θάνατον.

## ΚΕΦΑΛ. Ε'.

### *Τὰ σημανθέντα τῷ τῆς Περγαμηνῶν Ἐκκλησίας ἀγγέλῳ.*

*Καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐν Περγάμῳ Ἐκκλησίας γράψον· Τάδε λέγει ὁ ἔχων τὴν ῥομφαίαν τὴν δίστομον τὴν ὀξεῖαν· Οἶδα τὰ ἔργα σου καὶ ποῦ κατοικεῖς, ὅπου ὁ θρόνος τοῦ Σατανᾶ. Καὶ κρατεῖς τὸ ὄνομά μου, καὶ οὐκ ἠρνήσω τὴν πίστιν μου ἐν ταῖς ἡμέραις, ἐν αἷς Ἀντίπας ὁ μάρτυς μου ὁ πιστὸς ὃς ἀπεκτάνθη παρ' ὑμῖν, ὅπου ὁ Σατανᾶς κατοικεῖ. Ἀλλὰ ἔχω κατὰ σοῦ ὀλίγα, ὅτι ἔχεις ἐκεῖ κρατοῦντας τὴν διδαχὴν Βαλαὰμ, ὃς ἐδίδαξε τὸν Βαλὰκ, βαλεῖν σκάνδαλον ἐνώπιον τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, καὶ φαγεῖν εἰδωλόθυτα καὶ πορνεῦσαι. Οὕτως ἔχεις καὶ σὺ κρατοῦντας τὴν διδαχὴν τῶν Νικολαϊτῶν ὁμοίως.*

Δίστομον ῥομφαίαν φησὶν, ἢ τὴν κατὰ τὸν εὐαγγελικὸν λόγον τὸ πᾶν περιαιροῦσαν τὸ περιττὸν τοῦ παρόντος βίου καὶ τὸ ἀπὸ γενέσεως ἡμῖν ἐπισκοτοῦν

A *Et blasphemiam.* A communi sensu repetendum est, *Scio*, ut sit sensus : Scio opera tua, scio blasphemiam eorum qui verbo Judæi sunt, re autem ipsa sunt synagoga Satanæ. Neque enim qui in manifesto Judæus fuerit, is vere Judæus est, sed qui in occulto et circumcisione cordis, qui per ablationem materialis pellis quæ circumdare conspicitur membrum genitale, seipsum tota vita immutasse designatur, et in anima exornatus esse ad divina. Nam si Judas interpretatur *confessio*, Israel autem *mens quæ Deum intuetur :* hi omnino veri sunt Judæi et Israel, qui Christum confitentur, sive gratias agunt ob magna beneficia, quibus affecti sumus per adventum ejus in carne ad nos. **667** Nam hoc significat illa confessio; Israel vero
B qui assecutus est ut Deum mente videat, qui nulla re obscuratur qua prius solet occupari. Itaque neque Judæi sunt neque Israel, qui non conversi permanent in incredulitate, sed blasphemando ostendunt se synagogam esse Satanæ, capti ab illo ad ipsius voluntatem, tanquam ab ipso expugnati.

*Non lædetur a morte secunda.* Exacte loquendo hoc dictum est. Cum enim duæ sint mortes, prima naturalis est, nempe animæ separatio a corpore, secundum justam et inevitabilem omnipotentis Dei sententiam, puta : «Terra es et in terram reverteris [59]. » Hanc mortem omnes homines absque ulla exceptione justi ac peccatores subimus. Rursum vero secunda mors, majorem afferens cladem, per
C peccatum inducta est, quam illecebræ vitæ lascivæ, carnalis ac voluptuosæ hominibus suppeditare solent : ideo quoque Dominus eos qui hanc insequuntur mortuos appellat, cum ait : « Sinite ut mortui sepeliant mortuos suos [60]. » Hanc mortem, nempe vitam affectibus deditam, qui vicerit, non recipiet damnum a morte gehennæ, transeundo ad mortem interminabilem.

## CAPUT V.

### *Quæ designata sunt angelo Ecclesiæ Pergamorum.*

II, 12-15. *Et angelo Ecclesiæ Pergamorum scribe : Hæc dicit qui habet gladium utraque parte acutum :*
D *Novi opera tua, et ubi habites, nempe ubi thronus est Satanæ : et tenes nomen meum, et non negasti fidem meam, in diebus quibus Antipas testis meus fidelis apud vos occisus est, ubi Satanas habitat. Sed habeo adversum te pauca, quod habeas ibi tenentes doctrinam Balaam, qui docuit Balac, ut poneret offendiculum coram filiis Israel, quo ederent idolis immolata et scortarentur : ita habes et tu tenentes doctrinam Nicolaitarum similiter.*

**668** Gladium utrinque incidentem dicit aut eum qui, secundum sermonem evangelicum, avellit quod superfluum est (10) in præsenti vita, et

[59] Genes. III, 19. [60] Matth. VIII, 22.

(10) Male interpres scripserat, *dicit*, *aut sermonem evangelicum avellentem quod superfluum, etc.*

Digitized by Google

quod a nativitate nobis tenebras offundit, ne divina prospiciamus, aut severam adversus impios sententiam. Ex eo autem quod hic gladius præter hoc quod utrinque incidit etiam acutus dicitur, adhuc etiam accelerationem indicat ad eorum ultionem qui divinis juss's non obtemperant. Thronum vero Satanæ vocat Pergamum, ut quæ idololatriæ dedita erat supra omnem reliquam Asiam. Itaque cum etiam hujusmodi locum inhabites, inquit, incorruptam servasti meam fidem, in nullo eversa ex vicinitate malorum, neque iniquos æmulata es, visa pace et abundantia iniquorum.

τῶν θείων τῆς ἐποψίας, ἢ τὴν κατὰ τῶν ἀσεβῶν ἀπότομον ἀπόφανσιν. Πρὸς τῷ διστόμῳ δὲ καὶ ὀξεῖα αὕτη, ἔτι καὶ ταχινὴ, εἰς ἐκδίκησιν τῶν ἀπειθούντων τοῖς θείοις κελεύσμασι. Θρόνον δὲ τοῦ Σατανᾶ τὴν Πέργαμον καλεῖ, ὡς κατείδωλον οὖσαν ὑπὲρ τὴν Ἀσίαν πᾶσαν. Ἀλλ' οὖν καὶ τοιοῦτον οἰκοῦσα τόπον, φησὶν, ἀνόθευτόν μου τὴν πίστιν ἐτήρησας μηδὲν ἐκτραπεῖσα ἀπὸ τῆς τῶν κακῶν γειτνίας, οὐδὲ ζηλώσασα ἐπὶ τοῖς ἀνόμοις, εἰρήνην ἁμαρτωλῶν καὶ εὐθηνίαν θεωροῦσα.

*Antipas testis meus.* Antipas testis, Pergami tulit testimonium, cujus in hunc usque diem servatur martyrium, cum multa libere locutus fuisset adversus insidiatores: et quantum in ipso fuit usque ad mortem processit, de cujus fortitudine evangelista nunc per os Dei fecit mentionem, ut productam in medium illius virtutem et patientiam ostendat fidelibus, una cum crudelitate errantium, ut qui de Satanæ sunt contubernio. Quoniam autem tangitur eorum quoque reprehensio qui sanctissimi erant, eo quod « In multis offendimus omnes [61], » juxta id quod scriptum est: « Quis purus est a sorde [62]? » ideo ait: Quanquam taliter me colatis, habeo tamen nonnihil in quo vos accusem, licet ea pauca sint. Siquidem hæc Pergamorum civitas, (ut apparet, duo adversa nacta erat, nempe plures Græcos sive infideles, et inter eos qui fideles dicebantur, obscœni Nicolaitæ, tanquam prava zizania inter triticum, seminati erant. Porro vide quomodo hos ex Veteri Testamento quibusdam assimilatos in medium produxerit.

*Ἐν αἷς Ἀντίπας ὁ μάρτυς μου.* Ἀντίπας ὁ μάρτυς ἐν Περγάμῳ ἐμαρτύρησεν, οὗ καὶ τὸ μαρτύριον εἰς ἔτι σώζεται, πολλὰ παῤῥησιασάμενος τοῖς ἐκβουλεύουσι. Καὶ ὅσον εἰς αὐτὸν ἧκεν, ἄχρι θανάτου προὔβη. Οὗπερ τῆς ἀνδρείας νῦν ὁ εὐαγγελιστὴς ἐκ τῆς θεοκλυτίας (11) μέμνηται πρὸς ἔνδειξιν ἐπεισαχθείσης τῆς ἐκείνου ἀρετῆς καὶ ὑπομονῆς τοῖς πιστοῖς, τῆς τε τῶν πεπλανημένων ὠμότητος ὡς ὁμοσκήνων τῷ Σατανᾷ. Ἐπειδὴ δὲ ἅπτεται καὶ τῶν ἁγιωτάτων ὁ μῶμος, καθ' ὃν « πολλὰ πταίομεν ἅπαντες, » κατὰ τὸ γεγραμμένον, « Τίς καθαρὸς ἀπὸ ῥύπου; » Ὑμῖν πάλιν, φησὶ, καίτοι τοιούτοις οὖσι τὰ πρὸς θεραπείαν ἐμὴν, ἔχω τι ἐγκαλεῖν, κἂν ἀπ' ὀλίγων. Δύο γὰρ χαλεπὰ, ὡς ἔοικεν, αὕτη ἡ πόλις τῶν Περγαμηνῶν ἐκέκτητο, τοὺς μὲν πλείονας Ἕλληνας, ἐξ αὐτῶν δὲ τῶν ὀνομαζομένων πιστῶν, τοὺς αἰσχρουργοὺς Νικολαΐτας ἐπισπαρέντας τῷ χρηστῷ σίτῳ ζιζάνια πονηρά. Καὶ ὅπως δὲ τούτους, καὶ τίσιν ὡμοιωμένους, διὰ τῆς πάλαι ἱστορίας παρέθετο.

*Doctrinam Balaam qui docuit Balac.* Balaam ait docuisse Balac, hoc est, factum fuisse præceptorem ipsius Balac. Historia est in libro divini Mosi qui dicitur Numeri [63]. Josephus autem Judæus scribit regem Balac consilio Balaam adduxisse populo Israel mulierculas ut scortarentur: quando etiam Phinees celebri memoria dignum peregit opus adversus Zambri: et præter hanc lasciviam attraxisse populum ipsum Israeliticum ad impuram comestionem, utendo in cibum carnibus quæ Beelphegor immolata fuerant: **669** ideo etiam perierunt. His vero similes quoque dicit Nicolaitas, et in scortatione et in impura comestione. Quod si quis requirat quænam illa erant in quibus errabant, ex Epiphanio, veluti jam diximus, divino Cyprensi episcopo discere licebit, qui ad multorum utilitatem non indignum putavit manifeste ob oculos ponere Nicolaitarum fetorem ac turpitudinem, omni seposito metu, tum quoad libidinosam lasciviam, tum quoad maxime abominandam impuram comestionem.

*Τὴν διδαχὴν Βαλαὰμ, ὃς ἐδίδαξε τὸν Βαλάκ.* Τὸν Βαλαάμ φησι διδάξαι τὸν Βαλὰκ, οἱονεὶ διδάσκαλον γενόμενον τοῦ Βαλάκ. Ἡ δὲ ἱστορία, ἐν τῇ βίβλῳ τοῦ θεσπεσίου Μωϋσέως ᾗ ὄνομα Ἀριθμοί. Ἰώσηππος δὲ ὁ Ἰουδαῖος συμβουλῇ γράφει τοῦ Βαλαὰμ τὸν βασιλέα Βαλὰκ, τὰ γύναια παραστῆσαι τῷ λαῷ τῷ Ἰσραὴλ εἰς πορνείαν (ὅτε καὶ Φινεὲς τὸ ἀοίδιμον ἔργον εἰργάσατο τὸ ἐπὶ Ζαμβρῇ), καὶ πρὸς τῇ ἀσελγείᾳ ταύτῃ, καὶ τὸν αὐτὸν Ἰσραηλίτην λαὸν πρὸς μιαροφαγίαν ἑλκυσθῆναι, τὰ τῷ Βεελφεγὼρ ἀνατεθέντα κρέα εἰς βρῶσιν χρησάμενον. Διὸ καὶ ἀπώλοντο. Ἐξομοιοῦσθαι δὲ τούτοις φησὶ καὶ τοὺς Νικολαΐτας κατά τε πορνείαν καὶ μιαροφαγίαν. Ἃ εἴ τις ἐπιζητεῖ ποῖά τινα ἦν, ὡς ἤδη παρεθέμην, ἐξ Ἐπιφανίου τοῦ Κυπρίου ἀρχιερέως Θεοῦ μάθοι, ὃς εἰς ὠφέλειαν πολλῶν, οὐκ ἀπηξίωσε τὸ βορβορῶδες τῶν Νικολαϊτῶν, κατά τε τὴν πορνικὴν ἀκολασίαν, κατά τε τὴν ἐπ' αὐτῇ βδελυκτοτάτην ἀκαθαρτοφαγίαν πρόδηλον ἀνυποστόλως καταστῆσαι.

II, 16, 17. *Resipisce itaque: alioqui veniam tibi cito, et pugnabo cum illis in gladio oris mei. Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis. Vincenti*

*Μετανόησον οὖν· εἰ δὲ μὴ, ἔρχομαί σοι ταχὺ, καὶ πολεμήσω μετ' αὐτῶν ἐν τῇ ῥομφαίᾳ τοῦ στόματός μου. Ὁ ἔχων οὖς, ἀκουσάτω τί τὸ*

[61] Jac. III, 2. [62] Job XXV, 4. [63] Num. XXIV, 25.

(11) Verba, ἐκ τῆς θεοκλυτίας, omiserat vulg.

Digitized by Google

*Πνεῦμα λέγει ταῖς Ἐκκλησίαις· Τῷ νικῶντι δώσω αὐτῷ ἀπὸ τοῦ μάννα τοῦ κεκρυμμένου· καὶ δώσω αὐτῷ ψῆφον λευκὴν, καὶ ἐπὶ τὴν ψῆφον ὄνομα καινὸν γεγραμμένον, ὃ οὐδεὶς οἶδεν εἰ μὴ ὁ λαμβάνων.*

Ὢ βάθος πλούτου καὶ ἀγαθότητος Θεοῦ! ὅτι καὶ ἐν τῇ ἀπειλῇ ἡ φιλανθρωπία. Πολεμήσω γὰρ, φησὶν, οὐ μετὰ σοῦ, ἀλλὰ μετὰ τῶν Νικολαϊτῶν τῶν νοσούντων τὰ ἀνίατα καὶ ἄχρηστα. Τῶν γὰρ ἐν Περγάμῳ ἐφείσατο ὡς πιστῶν, ἑνὸς μόνου ἐπιμεμψάμενος αὐτοῖς τῆς μετὰ τῶν Νικολαϊτῶν ἀναστροφῆς. Ἀλλὰ καὶ τὸ ταχὺ τῆς κατ' αὐτῶν ἐπελεύσεως, πῶς οὐ κηδεμόνος καὶ μὴ ἀνεχομένου ἐπὶ πολὺ τὸν κλῆρον ἑαυτοῦ νοθεύεσθαι, ἀλλὰ ταχινὴν βραβεύοντα τὴν ἀντίληψιν;

*Ἐν τῇ ῥομφαίᾳ τοῦ στόματός μου.* Ῥομφαίαν στόματος τίνα καὶ διὰ τί εἴρηται δίστομος, ἔφθημεν πρὸ μικροῦ παραθέμενοι.

*Τῷ νικῶντι δώσω αὐτῷ ἀπὸ τοῦ μάννα.* Ἐπειδὴ, ὡς φθάνομεν παραθέμενοι ἐξ Ἐπιφανίου τοῦ ἱεροῦ λαβόντες, ἐτολμᾶτο παρὰ Νικολαϊτῶν ὀξία τῆς τούτων ἀδείας ἐν τῇ ἀκαθάρτῳ μίξει ἑαυτῶν ἡ βλασφημοτάτη βρῶσις, τούτου χάριν τῷ νικῶντι δοθῆναι φαγεῖν τοῦ μάννα ἀντὶ τῆς ἀκαθάρτου βρώσεώς τε καὶ βδελυρᾶς ὑπέσχετο. Μάννα δὲ τροπικῶς ὁ ἄρτος ἐστὶ τῆς ζωῆς ὁ οὐρανόθεν δι' ἡμᾶς κατελθὼν, εἰ καὶ πάντα τὰ μέλλοντα ἀγαθὰ, ὡς οὐρανόθεν καὶ αὐτὰ καταπτάμενα, ὅπου καὶ ἡ ἄνω Ἱερουσαλήμ. Νικῶντι δὲ τὸν διάβολον, δοθῆναι καὶ ψῆφον λευκὴν, τουτέστι, δόξῃ λελαμπρυσμένην. Τοῦτο δὲ, τὴν λευκὴν ψῆφον, τὴν ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς θεάτροις καὶ τοῖς σταδίοις ἀγωνιζομένων γνώριμον οὖσαν, τοῖς νικῶσι παρεχομένην, ἐνταῦθα τέθεικεν. Ὄνομα δὲ καινὸν, τῇ παρούσῃ ζωῇ ἀγνοούμενον. « Τὰ γὰρ ἀγαθὰ ἃ τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς, ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσεν, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη. » Τοῦτο δὲ τὸ ὄνομα οἱ ἅγιοι κληρονομήσουσι. Πῶς γὰρ οἷόν τε φθαρτῇ γνώσει τὰ ἄφθαρτα παραδηλοῦσθαι;

## ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

*Τὰ γεγραμμένα τῷ τῆς Θυατείρων Ἐκκλησίας ἀγγέλῳ.*

*Καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐν Θυατείροις Ἐκκλησίας γράψον· Τάδε λέγει ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ ἔχων τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ ὡς φλόγα πυρὸς, καὶ οἱ πόδες αὐτοῦ ὅμοιοι χαλκολιβάνῳ· Οἶδά σου τὰ ἔργα, καὶ τὴν ἀγάπην, καὶ τὴν πίστιν, καὶ τὴν διακονίαν, καὶ τὴν ὑπομονήν σου, καὶ τὰ ἔργα σου, τὰ ἔσχατα πλείονα τῶν πρώτων.*

Σαφέστερον ἑαυτοῦ παρέχεται γνώρισμα ὁ χρηματίζων τῷ εὐαγγελιστῇ, Υἱὸν ἑαυτὸν καταγγέλλων Θεοῦ, ἔχοντα τοὺς ὀφθαλμοὺς μὲν ἀφωμοιωμένους πυρὶ, ἅτε οἵους τε δικαίους μὲν φωτίζειν, πρὸς καῦσιν δὲ ἁμαρτανόντων ἑτοίμους· τοὺς πόδας δὲ χαλκολιβάνῳ ἀπεικασμένους. Χαλκολιβάνῳ δὲ, ἢ τῷ

*dabo edere ex manna abscondito, et dabo ipsi calculum candidum, et in calculo nomen novum scriptum, quod nemo scit nisi qui accepit.*

O immensitatem abundantissimæ bonitatis Dei! nam in minis quoque relucet benignitas. Pugnabo, inquit, non tecum, sed cum Nicolaitis qui immedicabiliter ægrotant, et ad nihil sunt utiles. Siquidem eorum qui Pergami erant tanquam fidelium amore captus erat, indignatus ipsis ob solam unam conversationem cum Nicolaitis. Sed et id quod ait se cito adversus illos venturum, annon providentis est, et non sinentis diutius sortem ac substantiam suam corrumpi, sed velocem designantis retributionem ?

*In gladio oris mei.* Quisnam sit gladius oris, et quam ob causam utrinque incidens dictus sit, paulo ante proposuimus.

*Vincenti dabo edere ex manna.* Quoniam, veluti ex divino Epiphanio sumptum proposuimus, a Nicolaitis attenta erat indignissima comestio, digna ipsorum impietate in impura sui commistione, ideo vincenti daturum se manna edendum proponit loco impuri et abominandi cibi. Manna vero tropice dicitur panis vitæ, qui propter nos de cœlo descendit: quanquam omnia quoque futura dicantur bona, tanquam et ipsa cœlitus devolantia, ubi etiam est superna Jerusalem. Vincenti autem diabolum pollicetur etiam se daturum esse calculum candidum; hoc est opinione et fama fulgentem. Posuit autem hoc loco calculum candidum, quod is notus esset ab his qui in theatris ac stadiis certabant, et vincentibus tradebatur. **670** Nomen vero novum hoc est, quod præsenti vita ignoratur. Siquidem « Ea bona quæ præparavit Deus his qui se diligunt [61], oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt [62] » (hoc autem nomen sancti hæreditate possidebunt); quomodo enim possibile est ut corruptiblii notitia apprehenderentur incorruptibilia?

## CAPUT VI.

*Quæ scripta sunt angelo Ecclesiæ Thyatirorum.*

II, 18, 19. *Et angelo Ecclesiæ Thyatirorum scribe: Hæc dicit Filius Dei qui habet oculos suos tanquam flammam ignis, et pedes ejus similes chalcolibano: Novi opera tua et charitatem ac ministerium et fidem ac patientiam tuam, operaque tua novissima plura primis.*

Apertius præbet sui indicium is qui loquitur cum evangelista, Filium Dei se ipsum annuntians: qui oculos quidem habeat igni assimilatos, tanquam paratos ad illuminationem justorum, exustionem vero peccatorum: pedes autem assimilatos chalcolibano. Chalcolibano, inquam, sive qui a medicis

[61] Isa. LXIV, 4. [62] I Cor. II, 9.

Digitized by Google

masculus dicitur, qui dum adoletur, odoriferos emittit vapores : quandoquidem et qui Christo adhæserunt, inter afflictiones veluti in igne versantes, non cessant sui exploratione circumstantes suavi afficere odore. Hinc etiam Paulus sibi gratulans, « Christi, inquit, bona fragrantia sumus, in his qui salvi fiunt, et in his qui pereunt [66] : » in his quidem qui salvi fiunt, sua inter seditiosos tumultus tolerantia, veluti suavi unctione eos inungentes ad perfectiorem vitam fidei quæ in Christum est, dum illi afflixi essent vitæ in primis elementis ad divinum cultum institutæ a lege Mosaica : quemadmodum sane et in his qui pereunt emortua vita, vita, inquam, revera affectibus exposita, et crasse instituta juxta mortem quæ est in insania circa idola : quos etiam irreprehensibilis secundum Christum vita novit suavi odore aspergere : **671** ut et hos cum Paulo pulchre exornent dicentes : « Vivo ego, non amplius ego, vivit vero in me Christus [67]. » Hoc itaque modo se habet meditatio de masculo libano. Potest quoque intelligi chalcolibanum veluti jam dictum est, incarnatio Domini sive æterni Verbi Dei in novissimis temporibus, utens veluti, quibusdam pedibus, humanitate quæ videbatur : ubi duarum naturarum, divinitatis nempe et humanitatis, inconfusam unionem mens humana colere novit, et incomprehensam observare, veluti scrutationem eminentissimæ mortalis cognitionis.

*Novi opera tua.* Opera, intellige sola ea quæ apud Deum reposita sunt. Nosse autem hoc loco designat familiaritatem ac benevolentiam, tanquam diceret : Per omnia hæc familiariter apud me perseveras. Sic et cum ad Mosen dicit : « Novi te supra omnes [68], » et, « Novit Dominus qui sint sui [69], » non aliud quidquam demonstrare intendit quam familiaritatem ac benevolentiam : Benevolo videlicet animo sum affectus erga eos qui sua studia apud me deposuerunt. Charitatem vero, confidentiam erga divina similiter et fidem. Amor namque sincerus mutuo continetur officio. Ministerium autem dicit auxilium erga egenos : et patientiam, tolerantiam in afflictionibus et tentationibus.

*Novissima plura prioribus.* Hæc dicens ostendit quod in augmento progredientes ad id quod melius est, indefesso labore laboraverint per operationem divinorum præceptorum.

II,20-23. *Sed habeo adversum te pauca, quod permittas mulierem tuam Jezabel, quæ se dicit prophetissam, docere et seducere servos meos ut scortentur, et de his edant quæ idolis immolata sunt. Dedique ei tempus ut resipisceret, et non vult resipiscere a scortatione sua. Ecce mitto eam in lectum, et eos qui commiscentur cum ea in afflictionem magnam, nisi pœnitentiam egerint ab operibus ejus, et filios ipsius interficiam morte. Et cognoscent omnes Ecclesiæ*

ὑπὸ τῶν ἰατρῶν ἄῤῥενι καλουμένῳ λιβάνῳ, ὃς ἐκθυμιώμενος, μυρώδεις ἀτμοὺς ἀποπέμπει, ἐπεὶ καὶ οἱ Χριστῷ προσκεχωρηκότες, τοῖς πειρασμοῖς οἷα πυρὶ προσομιλοῦντες, τῷ δοκιμίῳ ἑαυτῶν εὐωδιάζειν τοὺς περιεστῶτας οὐχ ὑστεροῦσιν. Ἐκ τούτου καὶ Παῦλος μεγαλαυχῶν (12), « Χριστοῦ, φησὶν, εὐωδία ἐσμὲν ἐν τοῖς σωζομένοις καὶ τοῖς ἀπολλυμένοις. » Σωζομένοις μὲν, τοῖς ἀπὸ τοῦ Μωσαϊκοῦ νόμου στοιχειωδεστέρᾳ τῇ πρὸς θεοσέβειαν ζωῇ προσλιπαροῦσιν ἐπὶ τελεωτέραν τῆς κατὰ Χριστὸν πίστεως ζωὴν, τῇ καρτερικῇ ἑαυτῶν ἐν στάσει οἷά τινι εὐωδίᾳ ἐπαλείφοντες τούτους· ὥσπερ ἀμέλει καὶ τοῖς ἀπολλυμένοις ἐκτεθνηκυίας ζωῆς, κατὰ τὸν τῆς εἰδωλομανίας φημὶ θάνατον μεταστοιχειωθείσης τῆς ἐμπαθοῦς τῷ ὄντι ζωῆς, οὓς ἡ κατὰ Χριστὸν ἀμώμητος εὐωδιάζειν οἶδε βιοτή. Ὥστε καὶ τούτους μετὰ τοῦ αὐτοῦ Παύλου ἐνωραΐζεσθαι φάσκοντας· « Ζῶ ἐγὼ, οὐκ ἔτι ἐγὼ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός. » Οὕτω μὲν οὖν ἡ κατὰ ἄῤῥενα λίβανον θεωρία. Ἔστι καὶ χαλκολίβανον, ὡς ἤδη τεθεώρηται, τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ Κυρίου νοεῖν, ἤγουν τοῦ προαιωνίου Λόγου Θεοῦ ἐπ' ἐσχάτων τῶν χρόνων, οἷά τισι ποσὶ, τῷ τεθεωμένῳ χρωμένην ἀνθρώπῳ. Ὧν δύο φύσεων, θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος, τὴν ἀσύγχυτον ἕνωσιν, νοῦς ἀνθρώπινος εὐσεβεῖν ἐγνωκὼς, ἀνέπαφον οἶδε διατηρεῖν, ὡς ὑπερανεστηκυίας θνητῆς, καταλήψεως ἔρευναν.

*Οἶδά σου τὰ ἔργα.* Ἔργα, μόνα τὰ τῷ Θεῷ ἀνακείμενα λάμβανε. Τὸ εἰδέναι δὲ ἐνταῦθα τὴν οἰκείωσιν σημαίνει, ὡσπερεὶ ἔλεγεν· Οἰκείως κατὰ πάντα διαγίνῃ. Οὕτω καὶ πρὸς Μωϋσῆ ἡνίκα λέγει· « Οἶδά σε παρὰ πάντας· » καὶ τὸ, « Οἶδε Κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ, » οὐκ ἄλλο οὐδὲν, ἢ τὴν οἰκείωσιν παριστᾷν βούλεται. Οἱονεὶ, Οἰκείως διάκειμαι πρὸς τοὺς ἐμοὶ τὰς ἑαυτῶν ἀνατιθέντας σπουδάς. Ἀγάπην δὲ τὴν πρὸς τὰ θεῖα πεποίθησιν, ὡσαύτως καὶ τὴν πίστιν. Ἡ γὰρ εἰλικρινὴς ἀγάπη τῷ διαλλήλῳ κρατύνεται κατορθώματι. Διακονίαν δὲ, τὴν πρὸς τοὺς δεομένους ἐπικουρίαν φησὶ, καὶ ὑπομονὴν τὴν καρτερίαν τὴν πρὸς τοὺς πειρασμούς.

*Τὰ ἔσχατα πλείονα τῶν πρώτων.* Τὰ ἔσχατα πλείονα τῶν πρώτων εἰπὼν, ἐνέφηνεν ὅτι προϊόντες τὴν ἐπὶ τὸ βέλτιον ἐπίδοσιν, διὰ τῆς ἐργασίας τῶν θείων ἐντολῶν ἀτρύτῳ πόνῳ κοπιῶσιν.

*Ἀλλ' ἔχω κατὰ σοῦ ὀλίγα, ὅτι ἀφίης τὴν γυναῖκά σου Ἰεζάβελ, ἣ λέγει ἑαυτὴν προφῆτιν, διδάσκειν καὶ πλανᾷν τοὺς ἐμοὺς δούλους, πορνεῦσαι καὶ φαγεῖν εἰδωλόθυτα. Καὶ ἔδωκα αὐτῇ χρόνον ἵνα μετανοήσῃ, καὶ οὐ θέλει μετανοῆσαι ἐκ τῆς πορνείας αὐτῆς. Ἰδοὺ βάλλω αὐτὴν εἰς κλίνην, καὶ τοὺς μοιχεύοντας μετ' αὐτῆς εἰς θλίψιν μεγάλην, ἐὰν μὴ μετανοήσωσιν ἐκ τῶν ἔργων αὐτῆς, καὶ τὰ τέκνα αὐτῆς ἀποκτενῶ ἐν*

[66] II Cor. II, 15. [67] Galat. II, 20. [68] Exod. XXXIII, 12. [69] II Tim. II, 19.

(12) Μεταλαχὼν vulg.

Digitized by Google | Распознавание текста ABK/FR

*θανάτῳ. Καὶ γνώσονται πᾶσαι αἱ Ἐκκλησίαι, ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ ἐρευνῶν νεφροὺς καὶ καρδίας· καὶ δώσω ὑμῖν ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα ὑμῶν.*

Εἰ διὰ τὴν πίστιν, φησὶ, καὶ τὴν περὶ τοὺς δεομένους χορηγίαν, τὸ εὐλαβὲς ὑμῶν καὶ ὑπομονητικὸν ἀποδέχομαι, ἀλλ' οὖν δικαίως ὑμῖν ἐπιμέμφομαι, ὅτι τὴν τῶν Νικολαϊτῶν αἵρεσιν ἐᾶτε ἀκμάζειν ἐν μέσῳ ὑμῶν. Λέγει δὲ τροπικῶς ταύτην διὰ τοῦ τῆς Ἰεζάβελ ὀνόματος τῆς τῷ Ἀχαὰβ συνοικησάσης, ταύτῃ παραβάλλων καὶ τοὺς ἀπὸ Νικολάου διὰ τὴν ἀσέλγειαν καὶ ἀσέβειαν. Ἐπιμέμφεται οὖν ὅτι οὐ διώκουσιν αὐτὴν, τουτέστιν, οὐκ ἀπωθοῦνται αὐτὴν, ἀναιδῶς βλασφημοῦσαν καταισχύνοντες, ἀλλ' ἀνέχονται κοινωνεῖν αὐτοῖς τοῦ ὀνόματος τῶν Χριστιανῶν, ὑφ' οὗ λανθανόντως τοῖς ἁπλουστέροις τῶν δούλων μου, φησὶ, παρέχει σκάνδαλον, οὐχ ὅπως πορνείας, ἀλλ' ἤδη καὶ μιαροφαγίας· πορνείαν ἢ τὴν αἰσθητὴν λέγων, ἢ τὴν ἀπὸ Θεοῦ ἔκκλισιν, καθὸ καὶ εἴρηται τὸ, « Ἐπόρνευσαν ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν αὐτῶν· » καὶ τὸ, « Ἐμοιχῶντο ἐν τῷ ξύλῳ. » Διὰ δὲ τῆς τῶν εἰδωλοθύτων ἐδωδῆς ἔοικε καὶ τὰς ἄλλας διαιρέσεις συντάττειν, αἳ καὶ αὐταὶ τοῖς εὐσεβοῦσιν ἐπιφύονται, ὃν δή τινα τρόπον ἐνῆν. Οἱ γὰρ Νικολαῖται εἰδωλόθυτα μὲν ἐσθίειν οὐ προὐβάλλοντο, ἕτερα δὲ ὅμως, ἃ καὶ διανοηθῆναι τῆς τελεωτάτης ἀκαθαρσίας καὶ μιαρίας ἐστί. Τίνα δὲ ταῦτα, πολλάκις ἡμῖν εἴρηται τὴν τῶν Παναρίων βίβλον παριστᾷν. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον τὸ βδελυρὸν τῇ τῶν Νικολαϊτῶν αἱρέσει παρομαρτεῖ, ἀλλὰ καὶ προφῆτις εἶναι ὑποκρίνεται, πονηρῷ πνεύματι ἐνεργουμένη, καὶ τὸ θεῖον δῶρον εἰς ματαιότητα παραβάλλουσα, ἵνα καὶ Μωϋσέως ἀφειδοῦσα ἀλῷ, « Οὐ λήψῃ, » διαῤῥήδην βοῶντος, « τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου ἐπὶ ματαίῳ, » καὶ τοῦ μακαρισμοῦ τοῦ Θεοπάτορος ἀλλοτριουμένη εὑρεθῇ, τῆς μὲν ἐλπίδος τοῦ Θεοῦ ἀστοχοῦσα, ἐπὶ ματαιότητας δὲ καὶ μανίας ψευδεῖς ἐμφιλοχωροῦσα.

*Καὶ πλανᾷν τοὺς ἐμοὺς δούλους.* Τοὺς ἁπλότητι τρόπου βεβιωκότας, πλάνῃ ἕλκουσαν εἰς πορνείαν καὶ βρῶσιν ἀπηγορευμένων.

*Καὶ ἔδωκα αὐτῇ.* Ἐγὼ, φησὶν, ὁ μὴ θέλων τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ἀλλὰ τὴν ἐπιστροφὴν ζητῶν, δέδωκα αὐτῇ μετανοίας καιρὸν, τὴν τιμωρίαν τέως ὑπερτιθέμενος. Ἡ δὲ τῇ ἀνοχῇ κατεχρήσατο εἰς ἀμέλειαν ἐνευκαιροῦσα τῷ ὀλεθρίῳ αὐτῆς, ἀλλ' οὐ τῆς σωτηρίας ἐπιστροφῆς ἀπρὶξ ἐχομένη.

*Καὶ οὐ θέλει μετανοῆσαι.* Τοῦτο γὰρ ἅτε Θεὸς ἐπίσταμαι, διὸ καὶ εἴρηται, « Ἐτάζων καρδίας καὶ νεφροὺς, ὁ Θεός. » Ἐπεὶ οὖν τῇ δεδομένῃ αὐτῇ πρὸς μετάνοιαν ἀνέσει οὐκ ἐχρήσατο, *Ἰδοὺ βάλλω αὐτὴν εἰς κλίνην·* ἀντὶ τοῦ, εἰς ἀῤῥωστίαν. Οἶδε γὰρ τὴν κλίνην ἡ Γραφὴ ἀπὸ τῆς ἀῤῥωστίας λαμβάνειν, ὡς ὅταν λέγῃ· « Ὅλην τὴν κλίνην αὐτοῦ ἔστρεψας ἐν τῇ ἀῤῥωστίᾳ αὐτοῦ, » κλίνην τὴν νόσον φάσκων, μεταβεβλῆσθαι ἐπὶ τὸ βέλτιον, ἤγουν εἰς ὑγίειαν. Αὐτὴν μὲν οὖν οὕτω κακώσω. Τοὺς δὲ μοιχεύοντας μετ' αὐτῆς, τοὺς συνεργοὺς καὶ συγκροτοῦντας αὐτῇ

*quod ego sim qui scrutor renes et corda: et dabo unicuique vestrum juxta opera vestra.*

**672** Si propter fidem, inquit, ac subsidium in egenos vestram suscipio pietatem ac tolerantiam, juste tamen vobis indignor, quod Nicolaitarum hæresim vigere sinatis in medio vestri. Hanc autem tropice significat per nomen Jezabel quæ regi Achab nupserat: huic etiam comparans Nicolai sequaces propter libidinem ac impietatem. Indignatur itaque quod non persequantur ipsam, hoc est non expellant, confundentes ipsam impudenter blasphemantem, sed sustineant ut ii qui solo nomine Christiani sunt secum participent: unde simplicioribus servis meis, inquit, præbet offendiculum non modo scortationis, sed jam sceleratæ quoque comestionis: scortationem dicens aut sensibilem ac carnalem, aut declinationem a Deo, juxta id quod etiam dictum est: « Fornicati sunt in studiis suis [70], » et illud: « Adulterium perpetrabant in ligno. » Per esum vero eorum quæ idolis fuerant immolata, videtur et alias quoque divisiones connectere: quæ et ipsæ pios invadebant, qui sane tropus solet accidere. Siquidem Nicolaitæ non proponebant edenda idolothyta, sed alia tamen habebant quæ vel cogitare extremæ fœditatis est ac impietatis. Quænam autem illa sint frequenter a nobis dictum est in libro Panarion demonstrari. Nec id tantum abominandum esse testatur in hæresi Nicolaitarum, sed et fingitur esse prophetissa quæ pravo agitatur spiritu, divinumque donum vanitati accommodat, ut etiam Mosi non parere deprehendatur qui aperte clamat: « Non assumes nomen Dei tui in vanum [72]; » et a beatitudine Dei patris aliena inveniatur, a spe Dei aberrans, et in vanitatibus ac insaniis falsis toto animo conversans.

*Et seducere servos meos:* eos qui in morum simplicitate degunt trahendo per errorem ad scortationem, et comestionem eorum quæ vetita sunt.

*Dedique ei tempus.* Ego, inquit, qui nolo mortem peccatoris, sed conversionem quæro, dedi ei tempus pœnitentiæ, ultionem interim differendo: illa vero tolerantia mea abusa est ad impœnitentiam, in sui perditione occupata, nec firmiter hærens considerationi suæ salutis.

*Et non vult resipiscere.* Nam hoc tanquam Deus cognosco: idcirco etiam dictum est, « Scrutans renes et corda Deus [73]. » **673** Quoniam igitur dato ipsi spatio ad pœnitentiam non est usa, *Ecce mitto eam in lectum*, hoc est, in ægritudinem. Solet enim Scriptura lectum ab imbecillitate accipere, ut cum dixerit, « Universum lectum ejus vertisti in infirmitate ejus [74], » lectum dicens morbum, et versum esse in melius sive ad sanitatem. Ipsam itaque malis afficiam. Eos vero qui cum ea commiscentur, id est, qui cooperantur et auxilio sunt ad abomi-

[70] Psal. cv, 39. [71] Jerem. III, 9. [72] Exod. xx, 7. [73] Psal. VII, 10. [74] Psal. XL, 4.

nanda fœdaque dogmata, calamitatibus affligam. Filios vero (successores hujusmodi abominationis appellans filios) in mortem, inquit, transmittam. Et illos quidem ita tractabo. Porro vobis quibus nihil commune est cum adultera, cum simpliciores sitis, et ob morum simplicitatem in innocentia ambulare in medio domus vestræ dicti estis, quoniam non est fortitudo quæ adeo malis et loquacitate præditis, in versutia verborum posset repugnare : et veluti qui profunda illius maligni ut dicunt, et insidias ipsius non novistis, vobis, inquam, nullum pondus superimponam : pondus autem vocat pugnam verborum : Sufficit, inquit, mihi exploratio diligenter peracta per opera, ex custodia eorum quæ vobis ab initio tradita fuerant.

*Nisi pœnitentiam egerint.* In minis quoque benignitas conspicitur. Neque enim protinus dignam infert ultionem, sed impetum terriculamento attollit, quo urgendo eruat pœnitentiam.

*Et cognoscent omnes Ecclesiæ.* Quia hæretici occulte abominanda patrant, quæ videlicet vulgo abscondita sunt : latet enim fideles quod illi sub Christianorum vocatione occultentur, ego qui deprehendi, notum faciam omnibus Ecclesiis quod ego ille ipse sim qui renes et corda scrutatur : de quo etiam ait Isaias [78] : « Occultabitur in abscondito, et ipse non videbit. Annon cœlum et terram ego impleo, dicit Dominus? » Quoniam igitur hæc ita se habent, unicuique rependam mercedem suæ nequitiæ debitam.

II, 24-29. *Vobis autem dico et cæteris qui Thyatiræ sunt, quotquot non habent hanc doctrinam, quique non cognoverunt profunditates Satanæ, veluti dicunt, Non mittam* **674** *super vos aliud pondus : tamen id quod habetis tenete donec veniam. Et qui vicerit et custodierit usque in finem opera mea, dabo ipsi potestatem super gentes, et reget eas in virga ferrea : ut vasa fictilia conterentur. Sicut et ego accepi a Patre meo, et dabo ipsi stellam matutinam. Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis.*

Ubi denuntiavit unumquemque sui laboris dignam sortiri retributionem, subjungit quoque deinceps in quibus dans operam consequetur id quod dignum est. Qui igitur non habent erroneam hanc hæreticorum doctrinam, hos, inquit, ego suscipiens contentus ero incorrupta observatione simplicitatis quam acceperunt, ex quo etiam profunditates ignorare Satanæ omnino convenit eis, veluti dicunt. Pondus vero dicit molestiam quæ ex verbosa contentione inducitur inter eos qui pugnant verbis : servum autem Domini non oportet pugnare. Digna comminatus supplicia his qui obscœna operantur, ad eos transfert sermonem qui simpliciorem degunt

τὰ βδελυρὰ καὶ βορβορώδη δόγματα, διὰ συμφορῶν θλίψω. Τὰ τέκνα δὲ (τέκνα τοὺς διαδόχους τῆς τοιαύτης ὀνομάζων βδελυρίας) θανάτῳ, φησὶ, μετελεύσομαι. Κἀκείνους μὲν οὕτως. Ὑμῖν δὲ οἷς οὐδὲν κοινὸν πρὸς τὴν μοιχαλίδα ἁπλουστέροις τε οὖσιν, καὶ διὰ τρόπων ἁπλότητα ἐν ἀκακίᾳ πορεύεσθαι καρδίας ἐν μέσῳ τοῦ οἴκου ὑμῶν προῃρημένοις, ἐπείπερ οὐκ ἔστιν ἰσχὺς πρὸς τοὺς οὕτω πονηροὺς καὶ εὑρεσιλόγους τῇ πανουργίᾳ τῶν λόγων ἀντικαθίστασθαι, ἅτε καὶ τὰ βάθη τοῦ πονηροῦ καὶ τὰς μεθοδείας αὐτοῦ, ὥς φατε, μὴ ἐγνωκόσιν, οὐδὲν ἐπιθήσω βάρος φησὶ, (βάρος δὲ τὴν διὰ τῶν λόγων μάχην φησίν). Ἀρκεῖ, φησὶν, ἐμοὶ τὸ διὰ τῶν ἔργων δοκίμιον ἐκ φυλακῆς τῶν ἐξ ἀρχῆς παραδεδομένων ὑμῖν ἀκριβῶς κατορθούμενον.

*Ἐὰν μὴ μετανοήσωσιν.* Καὶ ἐν τῇ ἀπειλῇ χρηστότης ἐνθεωρεῖται. Οὐ γὰρ ἐπάγει ἀμελλητὶ τὴν ἀξίαν τιμωρίαν, ἀλλὰ μετεωρίζει τὴν ἐπαγωγὴν μορμολυκείῳ ὥσπερ ἐπισπάσασθαι τὴν μετάνοιαν κατεπείγων.

*Καὶ γνώσονται πᾶσαι αἱ Ἐκκλησίαι.* Διὰ τὸ κρυφίως τοὺς αἱρεσιώτας τὰ βδελυρὰ πράττειν, τὰ δηλονότι λανθάνοντα τοὺς πολλούς (λανθάνει δὲ τοὺς πιστοὺς ὑπὸ τῇ Χριστιανῶν κλήσει ἐναφανιζομένων ἐκείνων), ἐγὼ φωράσας, γνῶσιν ταῖς Ἐκκλησίαις παράσχω πάσαις, ὅτι ἐκεῖνος αὐτός εἰμι, ὁ νεφροὺς ἐρευνῶν καὶ καρδίας· περὶ οὗ καὶ Ἡσαΐας φησί· « Κρυβήσεται ἐν κρυφῇ, καὶ αὐτὸς οὐκ ὄψεται. Ἢ οὐχὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἐγὼ πληρῶ, λέγει Κύριος; » Ἐπεὶ τοίνυν ταῦτα οὕτως ἔχει, κατάλληλον ἑκάστῳ τῆς οἰκείας φιλοπονηρίας καὶ τὸν μισθὸν ἐπιβραβεύσω.

*Ὑμῖν δὲ λέγω, καὶ τοῖς λοιποῖς τοῖς ἐν Θυατείροις, ὅσοι οὐκ ἔχουσι τὴν διδαχὴν ταύτην, οἵτινες οὐκ ἔγνωσαν τὰ ϐαθέα τοῦ Σατανᾶ, ὡς λέγουσιν· Οὐ βάλλω ἐφ' ὑμᾶς ἄλλο βάρος. Πλὴν ὃ ἔχετε κρατήσατε ἄχρις οὗ ἂν ἥξω. Καὶ ὁ νικῶν καὶ ὁ τηρῶν ἄχρι τέλους τὰ ἔργα μου, δώσω αὐτῷ ἐξουσίαν ἐπὶ τῶν ἐθνῶν, καὶ ποιμανεῖ αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ· ὡς τὰ σκεύη τὰ κεραμικὰ συντριβήσεται. Ὡς κἀγὼ εἴληφα παρὰ τοῦ Πατρός μου, καὶ δώσω αὐτῷ τὸν ἀστέρα τὸν πρωϊνόν. Ὁ ἔχων οὖς, ἀκουσάτω τί τὸ Πνεῦμα λέγει ταῖς Ἐκκλησίαις.*

Ἐπαγγειλάμενος ἕκαστον τοῦ οἰκείου κόπου ἀξίας τυγχάνειν τῆς ἀντιδόσεως, ἐπιφέρει λοιπὸν καὶ πρὸς ἃ τὴν ἐργασίαν ἀπασχολῶν τοῦ κατ' ἀξίαν τεύξεται. Τοῖς οὖν οὐκ ἔχουσι τὴν πλάνην διδαχὴν τῶν αἱρετιζόντων, τούτους ἀποδεχόμενος, φησίν· Ἀρκεσθήσομαι τῇ ἀλυμάντῳ διατηρήσει τοῦ οὗ ἔλαβον ἁπλοϊκοῦ, ἀφ' οὗ καὶ τὰ βάθη ἀγνοεῖν τὰ τοῦ Σατανᾶ περίεστιν αὐτοῖς, ὡς λέγουσι. Βάρος δὲ, τὸ ἀπὸ τῆς λογομαχίας ἐπεισαγόμενον τοῖς λογομαχοῦσιν ὀχληρόν. Δοῦλον δὲ Κυρίου οὐ δεῖ μάχεσθαι, εἶτα τοῖς αἰσχροποιοῖς ἐπαπειλήσας τὰ ἄξια, πρὸς τοὺς ἁπλούστερον ἐπανῃρημένους βιοῦν μεταφέρει τὸν λόγον, οὐδὲν ἄλλο ἀπαιτῶν ἀπ' αὐτῶν, ἢ τὴν

[78] Imo Jeremias, xxiii, 24.

Digitized by Google
Распознавание текста АВК/FR

εὐσεβῆ τῆς πίστεως παρακαταθήκην ἀλύμαντον διαφυλάττειν ἄχρι τῆς αὐτοῦ παρουσίας. Παρουσίαν δὲ λέγει ἢ τὴν τελευταίαν ὅτε τὴν πάντων κρίσιν κατὰ τὴν δευτέραν αὐτοῦ παρουσίαν ποιήσει, ἢ τὴν ἑκάστου ἀποβίωσιν, ὅτε πρὸς αὐτὸν ἀπιοῦσιν ἡμῖν, ἅτε τὴν πολυάσχολον ταύτην ἀπολείπουσι ζωὴν ἐν ἀσφαλεῖ ἐσόμεθα καταστάσει, τὴν ἐλπίδα τῶν βεβιωμένων ἀπαραλόγιστον ἔχοντες. Ὃ καὶ μᾶλλον στοιχεῖν οὐκ ἀδόκιμον.

*Καὶ ὁ νικῶν καὶ ὁ τηρῶν*. Τῶν μὲν δι' ἁπλότητα ἀπομάχων ἡ τήρησις τῶν ἐντολῶν ἀρκέσει πρὸς εὐαρέστησιν ἐμοί· τῷ δὲ ἐκ μάχης καὶ πάλης τὸ ἀριστεῖον ἐπιφερομένῳ, πρὸς θρίαμβον τῆς νίκης, δώσω, φησὶν, ἐξουσίαν ἐπὶ τῶν ἐθνῶν, ἤτοι, καθὼς ἐν Εὐαγγελίοις ὁ Κύριος τῷ καλῶς οἰκονομήσαντι τὰς μνᾶς καὶ τὰ τάλαντα, Ἔσο, φησὶν, ἐπὶ δέκα πόλεις, καὶ ἑτέρῳ, ἐπὶ πέντε πόλεις· ἀρχὴν γάρ τινα καὶ ἐξουσίαν ταῦτα δηλοῖ δοθησομένην τοῖς ἁγίοις κατὰ ὑποδεεστέρων καὶ τοῦ διευθύνασθαι χρῃζόντων. Διὸ καὶ τὸ, « Ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου, » ἁρμόσει ἐπὶ ταύτῃ τῇ πράξει (13). Αἰνίττεσθαι γὰρ ἔοικε διὰ τῆς ῥάβδου τῆς εὐθύτητος τὸ ῥητὸν, ὡς οὐ κολαστικὴν εἰσηγεῖται παιδείαν, ἀλλ' ἐπανορθωτικήν. Τὴν δὲ σιδηρᾶν ῥάβδον οὐδεὶς δι' ἄλλο τι δίδοσθαί φησιν, εἰ μὴ τῆς κατὰ συντριβὴν τιμωρίας τῶν τῇ ἀπειθείᾳ ἐνεσκευασμένων, καὶ πρὸς κεραμικὰ σκεύη ἀφωμοιωμένων, ὥσπερ καὶ ἡ τῆς δυνάμεως ῥάβδος οὐκ ἄλλου τινὸς ἐξαποστελλομένη ἐκ Σιὼν, εἰ μὴ τῆς τῶν ἐχθρῶν κατακυριεύσεως. Καὶ ἐπειδὴ παντὶ τῷ νικῶντι ἡ σιδηρᾶ ῥάβδος ἐπαγγέλλεται δοθῆναι, ἦσαν δὲ οὗτοι οἱ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν προσποριίσαντες ἑαυτοὺς δι' εὐπειθείας Χριστῷ, οὗτοι καὶ κριταὶ ἔσονται τῶν ἀπίστων. Ἐπεὶ καὶ τοὺς Νινευΐτας εἰς κρίσιν, ἤγουν κατάκρισιν τῆς πονηρᾶς φησιν ὁ Κύριος ἀνίστασθαι γενεᾶς. Τὸ δὲ εἰληφέναι καὶ αὐτὸν παρὰ τοῦ Πατρὸς τὴν ῥάβδον, ἡ δόσις καὶ λῆψις διὰ τὴν τῆς σαρκὸς πρόσληψιν περιεισέδυ, ἀλλὰ καὶ διὰ ταπεινώσεως ἔμφασιν. Εἰ δὲ καὶ ἐπὶ τῆς θείας φύσεως τοῦτό τις θέλει λογίσασθαι, οὐδὲν πρᾶγμα, τῇ δόσει καὶ λήψει τὸ τῶν ὑποστάσεων ἰδικὸν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἐμφανίζεσθαι.

*Ἄχρι τέλους*. Ἄχρι τέλους τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς· ἐξ οὗ καὶ δῆλον ὡς ἡ παρουσία αὐτοῦ οὐχ ἡ ἐσχάτη, ἀλλ' ἡ ἑκάστου ἡμῶν πρὸς αὐτὸν, τέως ἐστίν.

*Ὡς τὰ σκεύη τὰ κεραμικὰ συντριβήσεται*. Οὐ παραβολῆς ἐνταῦθα ἢ ὁμοιώσεως χάριν εἴωθε τὸ, ὡς, παρειλῆφθαι, ἀλλ' αἰτιατικῶς, ἀντὶ τοῦ, *ἵνα*. Διὰ τοῦτο, φησὶ, ῥάβδος δίδοται σιδηρᾶ, ἵνα τὰ κεραμικὰ συντριβήσεται σκεύη. Εἰ δὲ καὶ ἀνελλήνιστος ἡ σύνταξις (οὐδέ ποτε γὰρ ὁριστικὸν ῥῆμα ὑποτακτικῇ λέξει συντέτακται), οὐδὲν μελήσει τοῖς διανοίᾳ μόνῃ, ἀλλ' οὐχὶ λέξεως ἀκριβείᾳ τὴν σωτηρίαν πορίζουσιν.

vitam : nihil aliud ab ipsis expetens quam ut pium fidei depositum servent incorruptum usque ad suum adventum. Adventum autem dicit aut postremum, quando omnes secundo suo adventu judicabit : aut cujusque interitum, quando nos ad eum abimus, quando relicta hac turbulenta vita in securum reponemur statum, infallibilem habentes spem de his quæ in vita peregimus, quod etiam magis congruere non est improbabile.

*Et qui vicerit et custodierit.* His qui ob simplicitatem sunt expertes pugnæ, satis erit observatio præceptorum, ut mihi placeant : ei vero qui ex pugna et lucta præmium retulerit, dabo ad triumphum victoriæ potestatem super gentes : sive, quemadmodum ait Dominus in Evangeliis, illi qui minas et talenta recte dispensaverat : Præsis decem civitatibus, et alii, quinque civitatibus [76]; quemdam enim principatum ac potestatem hæc significant sanctis datam super infirmiores et eos quibus dirigi opus est. Ideo illud [77] : « Virga directionis, virga regni tui, » cum actione quadrabit. Solet enim quod dictum est per virgam directionis designari : veluti indicando quod punitivam correctionem non inducat, sed quæ emendet. **675** Ferream vero virgam nemo ob aliud quidquam datam esse dicit, nisi ad contritionem, per supplicium eorum qui inobedientia vestiti sunt, ac vasis fictilibus assimilati. Quemadmodum etiam virga potentiæ non alterius rei gratia ex Sion missa est, nisi ad dominandum. Et quia omni vincenti danda promittitur virga ferrea, erant autem hi qui per promptam obedientiam Deo acquisiti erant, hi etiam incredulorum judices erunt : quoniam et Ninivitas excitandos ait Dominus ad judicium sive condemnationem pravæ generationis. Quod autem et ipse a Patre virgam accepisse dicitur, dationis et acceptionis voces propter carnis assumptionem subintroierunt, imo etiam propter suæ demissionis et humilitatis emphasim. Quod si in divina quoque natura quispiam hoc considerare nititur, nihil erit negotii, ad manifestandum per dationem et acceptionem id quod proprium est personarum Patris ac Filii.

*Usque in finem.* Usque ad finem vitæ suæ : ex quo etiam manifestum est quod adventus ejus non novissimus dicebatur, sed cujusque nostrum ad ipsum accessus.

*Ut vasa fictilia conterentur.* Dictio ὡς hoc loco accipi solet non comparationis aut similitudinis gratia, sed causaliter pro ἵνα, id est, *ut*. Propterea, inquit, virga datur ferrea ut fictilia vasa conterantur. Quod si non sit apta compositio : nunquam enim verbum indicativum (sicut in proposito συντριβήσεται, id est conterentur) subjunctivæ dictioni conjungitur : nihil curæ erit his qui sola intelligentia, et non exacta dictionum consideratione salutem conquirunt.

[76] Luc. XIX, 17. [77] Psal. XLIV, 7.

(13) Verba ἁρμ. ἐπὶ ταύτῃ τῇ πράξει omittit vulg.

Digitized by Google
Распознавание текста ABK/FR

*Stellam matutinam.* Stellam matutinam dicit propheta Isaias [78] de Assyrio sive Satana, quem etiam Christus visum esse tanquam fulgur de cœlo cadentem [79], et sanctis datum esse in conculcationem denuntiavit : de quo dicit et Paulus [80] quod veniat Deus ut conterat eum sub pedibus discipulorum suorum, et David [81] confirmans eum qui accessit ad Deum excelsum : « Super aspidem, inquit, et basiliscum ascendes, et conculcabis leonem et draconem. » Aut igitur stellam hanc dare promittit Dei os : aut illam quæ a Petro dicitur [82] Lucifer in cordibus fidelium exoriens, lux videlicet Christi. Porro stella ante Christi adventum exorta, est Joannes Baptista, aut Elias Thesbites prænuntius secundi adventus Christi; **676** cum quibus partem habituros speramus illos qui vicerint diabolum. Non est autem admirandum, si plurimum dissidentia per idem intelleximus [83] : quandoquidem et leo Christus excitatus dicitur de tribu Juda, et leo de Basan proficiscens, juxta divinam Scripturam, dicitur Antichristus, aptando unumquodque ad id quod proponitur. Intelligitur autem et Oriens futuri sæculi, siquidem tenebræ præsentis vitæ licet lux videantur, obscurabunt : cum sanctis apparuerit Sol justitiæ et caliginem hanc disperserit : et angelus est qui hunc orientem annuntiat : præit enim ante ipsum.

## CAPUT VII.

*Quæ scripta sunt angelo Ecclesiæ quæ est Sardis.*

III, 1-3. *Et angelo Ecclesiæ quæ est Sardis scribe : Hæc dicit qui habet septem spiritus Dei et septem stellas : Scio opera tua quia nomen habes quod vivas, et mortuus es. Esto vigilans, et confirma cætera, quæ moritura erant : non enim inveni opera tua plena coram Deo meo. Memento quomodo acceperis et audieris, et serva ac resipisce. Quod si non vigilaveris, veniam ad te tanquam fur, et non scies qua hora veniam ad te.*

Septem stellas, id est divinos angelos, ut prædiximus : septem quoque spiritus eosdem intelligimus, juxta id quod dictum est, « Qui facit angelos suos spiritus [84] » aut operationes vivificantis Spiritus, quæ utraque sunt in manu sive in potestate Christi : illis namque tanquam Dominus præsidet, hunc autem tribuit tanquam ejusdem essentiæ, juxta id quod scriptum est : « Alium Paracletum mittam vobis a Patre [85]. » Nihil enim in beata et supersubstantiali Trinitate appropriatum conspicitur, præter ipsas proprietates personarum constitutivas.

*Scio opera tua.* Quod hoc loco dicitur *Scio*, simplicem designat notitiam, non familiaritatem. Unde

D αὐτὸν καταδύνοντι ὁρμήματι εἰς ὑγρὰν οὐσίαν. Οὕτω δέ φησι τὸν τοιοῦτον καταδύνειν ἀθρόον, ὡς μηκέτι λείψανον αὐτοῦ ἐνορᾶσθαι· καὶ τὸν αὐτὸν τρόπον, καὶ τοῦτον εἰς παντελῆ ἀδηλίαν χωρῆσαι. Καὶ ἵνα τοῦτο ἐκδηλότερον ᾖ, προστίθησι καὶ τὰ ἐν αὐτῷ ἐξ αἰῶνος ἐμπολιτευθέντα τρυφῆς παραίτια καὶ ἀσωτίας ὄχλον ἀνερεθίζοντα.

*Ὅτι οἱ ἔμποροί σου.* Ἐμπόρους τοὺς συγκροτοῦντας τὸ ἐπὶ γῆς τοῦτο λέγει πανηγύριον, διὸ καὶ μεγιστᾶνάς φησιν. Οὐ γὰρ πενήτων τὸ ἁβροδίαιτον, οὐδεμιᾶς ἐξουσίας τὸ διαφόροις γοητείαις ὥσπερ φαρμάκοις πάντα τὰ ἔθνη φαρμάσσειν, ἢ δυναστείαις καταδουλουμένους, ἢ τυραννικῇ βίᾳ ἀφανιζομένους, ἀφ' ἧς καὶ αἵματα τῶν ἀνακειμένων Θεῷ χειμάῤῥου

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

δίκην ἐχέθη, ὑπὸ μὲν Ἰουδαίων, προφητῶν, ὑπὸ δὲ Ἑλλήνων, τῶν ἁγίων μαρτύρων.

### ΚΕΦΑΛ. ΝϚ'.

*Περὶ τῆς τῶν ἁγίων ὑμνῳδίας, καὶ τοῦ τριπλοῦ Ἀλληλούϊα ὅπερ ἔψαλλον ἐπὶ τῇ καθαιρέσει Βαβυλῶνος.*

*Μετὰ ταῦτα ἤκουσα ὡς φωνὴν μεγάλην ὄχλου πολλοῦ ἐν τῷ οὐρανῷ λεγόντων· Ἀλληλούϊα. Ἡ σωτηρία, καὶ ἡ τιμὴ, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα τῷ Θεῷ ἡμῶν, ὅτι ἀληθιναὶ καὶ δίκαιαι αἱ κρίσεις αὐτοῦ, ὅτι ἔκρινε τὴν πόρνην τὴν μεγάλην, ἥτις διέφθειρε τὴν γῆν ἐν πορνείᾳ αὐτῆς, καὶ ἐξεδίκησε τὸ αἷμα τῶν δούλων αὐτοῦ ἐκ χειρὸς αὐτῆς. Καὶ δεύτερον εἴρηκεν· Ἀλληλούϊα· καὶ ὁ καπνὸς αὐτῆς ἀναβαίνει εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Καὶ ἔπεσον οἱ πρεσβύτεροι οἱ εἰκοσιτέσσαρες καὶ τὰ τέσσαρα ζῶα, καὶ προσεκύνησαν τῷ Θεῷ τῷ καθημένῳ ἐπὶ τῷ θρόνῳ, λέγοντες· Ἀμὴν, Ἀλληλούϊα.*

Ἀλληλούϊα σημαίνει τό· *Ὑμνήσατε, αἰνέσατε τὸν Θεόν*. Εὐχαριστήριον τοίνυν ᾄδουσιν ᾠδὴν ἐπὶ τῇ δικαιοκρισίᾳ τοῦ Θεοῦ, ὅτι ἀπροσωπολήπτως ὑπεξῆλθε τῇ πόρνῃ τῇ μεγάλῃ. Λέγει δὲ τοὺς ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ.

*Καὶ δεύτερον εἴρηκεν· Ἀλληλούϊα.* Ἐπὶ τῷ πρώτῳ καὶ δεύτερον Ἀλληλούϊα, καὶ ἐπὶ τούτῳ καὶ τρίτον. Καὶ ἔτι κατωτέρω καὶ τρισσῇ τῇ τοῦ Ἀλληλούϊα ἀναφωνήσει τὴν τρισυπόστατον ἀνυμνεῖσθαι Τριάδα ὑπ' αὐτῶν θεωρήσεις. Τίνες δὲ οἱ πρεσβύτεροι καὶ τὰ τέσσαρα ζῶα, προτεθεώρηται. Καπνὸς δὲ ἀνέβη, ἡ ἀποκειμένη τῆς τιμωρίας ἐλπὶς ἐξ αἰῶνος ἀποκρεμαμένη τοῖς ἀξίως τῶν ἑαυτῶν πονηρῶν ἔργων ληψομένοις τὴν ἀμοιβήν.

*Καὶ φωνὴ ἐκ τοῦ θρόνου ἐξῆλθε λέγουσα· Αἰνεῖτε τὸν Θεὸν ἡμῶν πάντες οἱ δοῦλοι αὐτοῦ, καὶ οἱ φοβούμενοι αὐτὸν οἱ μικροὶ καὶ οἱ μεγάλοι. Καὶ ἤκουσα ὡς φωνὴν ὄχλου πολλοῦ, καὶ ὡς φωνὴν ὑδάτων πολλῶν, καὶ ὡς φωνὴν βροντῶν ἰσχυρῶν λέγοντας· Ἀλληλούϊα, ὅτι ἐβασίλευσε Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν ὁ παντοκράτωρ.*

Θρόνος τοῦ Θεοῦ τὰ σεραφίμ. Εἰ οὖν ἀπὸ τούτου ἡ φωνὴ, ἄρα καὶ ἀπὸ τῶν σεραφίμ. Ἢ εἰ καὶ μὴ τὸν θρόνον τις ἐθέλοι νοεῖν τὰ σεραφὶμ, ἀλλὰ καὶ οὕτως ἀπὸ τῶν σεραφὶμ ὁ αἶνος.

*Καὶ ὡς φωνὴν ὑδάτων πολλῶν.* Τὴν φωνὴν ταύτην πολλοῦ ὄχλου ὑδάτων καταῤῥήξει καὶ βροντῶν ἰσχυρᾷ ἀπεικάζει διηχήσει, τὸ διαπρύσιον τοῦ ὕμνου τῶν οὐρανίων καὶ ἀναρίθμων παραδηλῶν δυνάμεων.

### ΚΕΦΑΛ. ΝΖ'.

*Περὶ τοῦ μυστικοῦ γάμου, καὶ τοῦ δείπνου τοῦ ἀρνίου.*

*Χαίρωμεν καὶ ἀγαλλιώμεθα, καὶ δῶμεν τὴν δόξαν αὐτῷ, ὅτι ἦλθεν ὁ γάμος τοῦ ἀρνίου. Καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἡτοίμασεν ἑαυτὴν, καὶ ἐδόθη αὐτῇ*

a qua etiam sanguis eorum qui Deo servabantur, in modum torrentis effusus est, a Judæis quidem sanguis prophetarum, a Græcis vero sanctorum martyrum.

### CAPUT LVI.

*De cantu sanctorum, et de triplici Alleluia quod cecinerunt pro subversione Babylonis.*

XIX, 1-4. *Post hæc audivi tanquam vocem magnam turbæ multæ in cœlo, dicentis : Alleluia. Salus et honor et potestas et gloria Deo nostro, quia vera et justa sunt judicia ejus, quia judicavit meretricem magnam quæ corrupit terram prostitutione sui, et ultus est sanguinem servorum suorum de manu ipsius. Rursumque dixit : Alleluia. Et fumus ipsius ascendit in sæcula sæculorum. Et prociderunt viginti quatuor seniores et quatuor animalia, et adoraverunt Deum qui sedebat super thronum, dicentes : Amen, Alleluia*

Alleluia significat : *Laudate, benedicite Deum*. Canticum igitur canunt in gratiarum actionem ob justum Dei judicium quod sine respectu personarum sustulerit meretricem illam magnam. Dicit autem eos qui in hoc mundo sunt.

*Rursumque dixit : Alleluia.* Præter primum etiam additur secundum Alleluia, et præter hoc etiam tertium. Ad hæc quoque etiam inferius cum triplici acclamatione Alleluia laudari videbis ab ipsis Trinitatem trium personarum. Quinam vero sint seniores et quatuor animalia, **804** antea visum est. Fumus autem ascendit, hoc est, servata est supplicii exspectatio a sæculo suspensa, his qui merito suorum pravorum operum sunt accepturi retributionem.

XIX, 5, 6. *Et vox de throno exivit, dicens : Laudate Deum nostrum, omnes servi ipsius, et qui timetis ipsum pusilli et magni. Et audivi sicut vocem turbæ multæ, et tanquam vocem aquarum multarum, et tanquam vocem tonitruorum fortium, dicentium : Alleluia, quoniam regnavit Dominus Deus noster omnipotens.*

Thronus Dei sunt seraphim : si ergo ab hoc exivit vox, certe et a seraphim. Aut etiam si quis thronum nollet intelligere seraphim, etiam hoc modo egreditur laus a seraphim.

*Et tanquam vocem aquarum multarum.* Vocem hanc comparat impetuoso descensui multi tumultus sive congregationis aquarum, fortique tonitruorum sono, penetrationem laudis significans cœlestium et innumerarum virtutum.

### CAPUT LVII.

*De mysticis nuptiis et cœna agni.*

XIX, 7-10. *Gaudeamus et exsultemus, et demus ipsi gloriam, quoniam venerunt nuptiæ agni, et uxor ipsius præparavit se : et datum est ipsi ut vestiatur*

Digitized by Google

*byssino splendido et puro : nam byssinum justificationes sunt sanctorum. Et ait mihi : Scribe : Beati qui ad cœnam nuptiarum agni vocati sunt. Et dicit mihi : Hi sermones Dei veri sunt. Et procidi ad pedes ejus ut adorarem eum. Et ait mihi : Vide ne feceris : conservus tuus sum, et fratrum tuorum habentium testimonium Jesu : Deum adora. Testimonium enim Filii est spiritus prophetiæ.*

Spirituales Domini nuptiæ in præsenti vita sunt ob desponsationem cum Ecclesia, et ita perfectæ nuptiæ. Atque hoc innuit divus Apostolus scribens ad Corinthios : « Aptavi enim vos uni viro ut virginem castam exhiberem Christo [92]. »

*Et uxor ipsius.* Uxorem allegoriæ **805** tropo vocat Ecclesiam, ideo et filii nuptiæ inducuntur, et virgines sunt quæ ferunt lampades, quarum hæ quæ sufficienti usæ sunt oleo, dignæ habitæ sunt ut ad sponsum ingrederentur : quæ vero in ejus inopia sunt deprehensæ, condemnatæ sunt ne ingrederentur : quemadmodum sane et is qui veste non fuit indutus nuptiali, ostensus est a mensa nuptiali excidisse. Ait autem datum fuisse uxori, id est Ecclesiæ, ut byssino indueretur, hoc est, splendore. Nam hujusmodi est et byssus cortex arboris Indicæ, quæ ad linum præparatur. Splendore igitur per byssinum significato (quod ipsum præsens quoque revelatio demonstrat, dicens splendidum et purum) quid aliud intelligetur quam virtutes, e quibus splendor ac subtilitas texitur considerationibus divinarum justificationum?

*Beati qui ad cœnam nuptiarum agni vocati sunt.* Utique, si etiam vocationem sequantur ut oportet : multos namque in Evangelio scimus esse vocatos, paucos vero electos. Neque enim sufficit affectus ad vocationem, nisi etiam ad propositum sequatur agilis impulsus.

*Vide ne feceris.* Ne me adores, inquit angelus, tanquam futura prædicentem : neque enim meum est hoc prophetiæ indicium, sed confessionis propter Christum conservorum meorum : nam hæc est quæ spiritum propheticum conciliat.

*Testimonium enim Filii est spiritus prophetiæ.* Hoc est, retributio testimonii facti pro Christo est donum propheticum, sicut est etiam eidem simile, inquit angelus. Siquidem prophetare mihi traditum est propter conservos meos martyres.

## CAPUT LVIII.

*Quomodo viderit Evangelista Christum equo insidentem cum potestatibus angelicis terrorem incutientem.*

XIX, 11-14. *Et vidi cœlum apertum : et ecce equus albus, et qui sedebat super eum fidelis erat et verax, et in justitia judicat et pugnat. Oculi autem ipsius* **806** *tanquam flamma ignis : et super caput*

[92] II Cor. II, 2.

A *ἵνα περιβάληται βύσσινον λαμπρὸν καὶ καθαρόν. Τὸ γὰρ βύσσινον, τὰ δικαιώματα τῶν ἁγίων ἐστί. Καὶ λέγει μοι· Γράψον· Μακάριοι οἱ εἰς τὸ δεῖπνον τοῦ γάμου τοῦ ἀρνίου κεκλημένοι. Καὶ λέγει μοι· Οὗτοι οἱ λόγοι ἀληθινοὶ τοῦ Θεοῦ εἰσι. Καὶ ἔπεσον ἔμπροσθεν τῶν ποδῶν αὐτοῦ, προσκυνῆσαι αὐτῷ, καὶ λέγει μοι· Ὅρα, μή. Σύνδουλός σού εἰμι, καὶ τῶν ἀδελφῶν σου τῶν ἐχόντων τὴν μαρτυρίαν Ἰησοῦ· τῷ Θεῷ προσκύνησον· ἡ γὰρ μαρτυρία τοῦ Υἱοῦ ἐστι τὸ πνεῦμα τῆς προφητείας.*

Ὁ ἐν τῷ παρόντι πνευματικὸς γάμος τοῦ Κυρίου ἐπὶ τῇ πρὸς τὴν Ἐκκλησίαν μνηστείᾳ ἐστὶ, καὶ οὕτω τέλειος γάμος. Καὶ τοῦτο αἰνίττεται ὁ θεῖος Ἀπόστολος Κορινθίοις γράφων· « Ἡρμοσάμην γὰρ ὑμᾶς ἑνὶ B ἀνδρὶ παρθένον ἁγνὴν παραστῆσαι τῷ Χριστῷ. »

*Καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ.* Γυναῖκα τὴν Ἐκκλησίαν ἀλληγορίας τρόπῳ καλεῖ, διὸ καὶ γάμος εἰσάγεται Υἱοῦ, καὶ παρθένοι λαμπαδοφόροι, ὧν αἱ μὲν διαρκεῖ χρησάμεναι τῷ ἐλαίῳ, τῆς εἰς τὸν νυμφῶνα εἰσόδου ἠξίωνται, αἱ δὲ σπάνῃ τούτου λειφθεῖσαι, θυραυλεῖν κατεκρίθησαν, ὥσπερ ἀμέλει καὶ ὁ μὴ γάμου ἔνδυμα ἠμφιεσμένος, ἔκπτωτος τῆς γαμικῆς ἀπεφάνθη τραπέζης. Δεδόσθαι δέ φησι τῇ γυναικὶ, τουτέστι, τῇ Ἐκκλησίᾳ, τὸ βύσσινον ἐνδύσασθαι, οἱονεὶ τὸ λαμπρόν. Τοιοῦτον γὰρ καὶ ἡ βύσσος, φλοιὸν δένδρου Ἰνδικοῦ, εἰς λίνον κατειργασμένη. Τοῦ λαμπροῦ τοίνυν διὰ τοῦ βυσσίνου δηλωθέντος, ὃ καὶ αὐτὸ ἡ προκειμένη ἀποκάλυψις παριστᾷ, τὸ λαμπρὸν εἰποῦσα καὶ καθαρὸν, τί ἂν ἄλλο ἐννοηθείη, ἢ αἱ ἀρεC ταὶ, αἷς τὸ λαμπρὸν καὶ λεπτὸν, τοῖς διανοήμασιν ἐξυφαίνεται τῶν θείων δικαιωμάτων;

*Μακάριοι οἱ εἰς τὸ δεῖπνον τοῦ γάμου τοῦ ἀρνίου κεκλημένοι.* Καὶ δή γε καὶ μετὰ τὴν κλῆσιν ἀπιόντες, ὡς δεῖ. Πολλοὺς γὰρ ἴσμεν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ κεκλημένους, ὀλίγους δὲ τοὺς ἐκλεκτούς. Οὐ γὰρ ἡ πρὸς τὴν κλῆσιν ὁρμὴ ἐξαρκεῖ, ἂν μὴ καὶ μεταχείρησις εὔδρομος ᾖ τῇ προθέσει.

*Οὗτοι οἱ λόγοι ἀληθινοί.* Μὴ προσκύνει με, φησὶν ὁ ἄγγελος, ὡς τὰ μέλλοντα προλέγοντα. Οὐ γὰρ ἐμὸν τοῦτο τῆς προφητείας τὸ γνώρισμα, ἀλλὰ τῆς διὰ τὸν Χριστὸν ὁμολογίας τῶν συνδούλων μου. Αὕτη γάρ ἐστι χορηγὸς τοῦ προφητικοῦ πνεύματος.

*Ἡ γὰρ μαρτυρία τοῦ Υἱοῦ ἐστι τὸ πνεῦμα τῆς* D *προφητείας.* Ἀντὶ τῆς ἀμοιβῆς τῆς διὰ Χριστὸν μαρτυρίας, τὸ προφητικόν ἐστι χάρισμα, ὥς ἐστι καὶ ὅμοιον τῇ αὐτῇ, φησὶν ὁ ἄγγελος. Τὸ προφητεύειν γὰρ διὰ τοὺς συνδούλους μου τοὺς μάρτυρας παρεσχέθη.

## ΚΕΦΑΛ. ΝΗ'.

*Πῶς τὸν Χριστὸν ὁ Εὐαγγελιστὴς ἔφιππον μετὰ δυνάμεων ἀγγελικῶν ἐθεάσατο σὺν φόβῳ.*

*Καὶ εἶδον τὸν οὐρανὸν ἀνεῳγμένον. Καὶ ἰδοὺ ἵππος λευκὸς, καὶ ὁ καθήμενος ἐπ' αὐτὸν, πιστὸς καὶ ἀληθινὸς, καὶ ἐν δικαιοσύνῃ κρίνει καὶ πολεμεῖ. Οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ, ὡς φλὸξ πυρός.*

Digitized by Google

*Καὶ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ διαδήματα πολλὰ, ἔχων ὄνομα γεγραμμένον, ὃ οὐδεὶς οἶδεν, εἰ μὴ αὐτός. Καὶ περιβεβλημένος ἱμάτιον βεβαμμένον ἐν αἵματι. Καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ, ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ. Καὶ τὰ στρατεύματα τὰ ἐν τῷ οὐρανῷ ἠκολούθει αὐτῷ ἐπὶ ἵπποις λευκοῖς, ἐνδεδυμένοι βύσσινον λευκὸν, καθαρόν.*

Τὸ ἠνεῷχθαι τὸν οὐρανὸν δηλοῖ τὴν τοῦ ἐλπιζομένου κριτοῦ παρουσίαν. Ὁρᾷ δὲ αὐτὸν ἔποχον ἵππῳ λευκῷ, στρατηγικῶς ἐνεσκευασμένον, ὃν καὶ πιστόν φησι καὶ ἀληθινὸν, καὶ κρίνειν ἐν δικαιοσύνῃ καὶ πολεμεῖν. Ἵππῳ μὲν, διὰ τὸ τάχος τῆς ἐπελεύσεως· λευκῷ δὲ, διὰ τὸ φαιδρὸν καὶ ἀνεπισκίαστον τῶν κριμάτων ὑπ' οὐδεμιᾷ δουλουμένων προσωποληψίᾳ. Πιστὸς δὲ καὶ ἀληθινὸς ὁ ἀναβάτης, περὶ οὗ καὶ Παῦλός φησι. « Πιστὸς μένει, ἀρνήσασθαι ἑαυτὸν οὐ δύναται. »

*Οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ.* Οὐχ ὅτι τοιοῦτος τῷ εἴδει περιγέγραπται, Θεὸς ὁ τὸν οὐρανὸν πληρῶν, καὶ μηδενὶ τόπῳ περιοριζόμενος, καὶ δή γε πρὸς τούτοις καὶ διαφόροις εἴδεσι, τοῖς θείοις ὀπτανόμενος προφήταις, ἀλλ' ὅτι δεῖ συγκαταβαίνειν τῇ ἀσθενείᾳ τῆς ἀνθρωπίνης κατανοήσεως. Ἀφ' οὗ καὶ δῆλον, ὡς οὐ σωματικοῖς χαρακτῆρσι διαστέλλεται ὁ Θεὸς, τοῖς δὲ καιροῖς καὶ τοῖς πράγμασιν ἀφομοιούμενος τυγχάνει, ὥσπερ καὶ νῦν ἐπεὶ κρίσεως καιρὸς καὶ τῶν ἑκάστῳ βεβιωμένων ἡ κατ' ἀξίαν ἀπόδοσις πάρεστι, τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ φλογὶ ἀπεικάσθαι ὁρῶμεν πυρὸς, ἐχούσῃ πρὸς τὸ φωτιστικὸν καὶ καυστικόν· φωτιστικὸν μὲν, ἀγγέλοις καὶ δικαίοις· καυστικὸν δὲ, δαίμοσι καὶ ἁμαρτωλοῖς.

*Καὶ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ διαδήματα πολλά.* Τὰ πολλὰ διαδήματα τῆς κατὰ πάντων ἐξουσίας ἐστὶ γνώρισμα, οὐρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων· οὐρανίων μὲν, τῶν ἀγγελικῶν ταγμάτων· ἐπιγείων δὲ, τῶν ἐν ἁγίοις συστημάτων καὶ τῶν ἐν βασιλεῦσι σκήπτρων· καταχθονίων δὲ, ἐπεὶ καὶ νεκρῶν ὥσπερ καὶ ζώντων κυριεύει κατὰ πάντων τὰ νικητήρια ἐπιφερόμενος.

*Ὃ οὐδεὶς οἶδεν, εἰ μὴ αὐτός.* Τὸ ἄγνωστον τοῦ ὀνόματος τὸ τῆς οὐσίας αὐτοῦ ἀκατάληπτον σημαίνει. Ταῖς γὰρ οἰκονομίαις ὢν πολυώνυμος, ὡς Ἀγαθὸς, ὡς Ποιμὴν, ὡς Ἥλιος, ὡς Φῶς, ὡς Ζωὴ, ὡς Ἁγιασμὸς, ὡς Ἀπολύτρωσις (61). Καὶ ταῖς ἀποφάσεσιν ὁμοίως, ὡς Ἄφθαρτος, Ἀόρατος, Ἀναλλοίωτος, ἡ Οὐσία ἀνώνυμος, αὐτῷ μόνῳ γνωστὴ, καὶ οὔ τινι ἑτέρῳ.

*Ἱμάτιον βεβαμμένον ἐν αἵματι.* Ἱμάτιον τοῦ Λόγου, ἡ ἄχραντος σὰρξ, ἡ βαφεῖσα ἐν τῷ τιμίῳ αὐτοῦ αἵματι. Ἀλλ' εἰκός ἐστί τινα ἐπαπορῆσαι, πῶς ὁ πρὸ μικροῦ ἀνώνυμος χρηματίσας καὶ πᾶσιν ἄγνωστος κατὰ τὸ ὄνομα, νῦν ἐνταῦθα Λόγος ὀνομάζεται. Ἢ οὖν πρὸς ἔνδειξιν τῆς υἱικῆς ὑποστάσεως καὶ τῆς ἐμπαθοῦς ἐκ Πατρὸς γεννήσεως ἐκληπτέον

A *ejus diademata multa, habens nomen scriptum quod nemo novit, præter ipsum. Et vestitus erat veste tincta sanguine, et vocatur nomen ejus Verbum Dei. Et exercitus qui sunt in cœlo sequebantur eum super equos albos, indutos bysso alba, munda.*

Apertum esse cœlum, præscientiam significat exspectati judicis. Vidit autem ipsum equo albo insidentem, præparatum ad ducendum exercitum: quem etiam fidelem dicit ac veracem, et judicare ac pugnare in justitia: equo quidem, eo quod cito sit venturus: albo vero, propter judiciorum claritatem, quæ nullis obfusa sunt tenebris, nec ulla personarum acceptione obnoxia. Fidelis autem B et verax est ascensor, de quo Paulus dicit: « Fidelis permanet, negare seipsum non potest [93]. »

*Oculi autem ipsius sicut flamma ignis.* Non quod hujusmodi specei circumscriptus sit Deus qui cœlum implet, neque ullo loco circumscribitur: quanquam præter has variis quoque formis conspectus sit a divinis prophetis: sed quod oporteat verba demitti ad imbecillitatem humanæ intelligentiæ. Unde etiam manifestum est quod non distinguatur Deus corporalibus formis, sed temporibus ac rebus assimilatus sit: quemadmodum et nunc, quoniam judicii tempus imminet, dignaque retributio eorum quæ quisque gessit, oculos ipsius videmus flammæ ignis esse comparatos, quæ vim habeat illuminandi et exurendi: illuminandi quidem an- C gelos ac justos, exurendi vero dæmones ac peccatores.

*Et super caput ejus diademata multa.* Multa diademata indicium est potestatis in omnes cœlestes et terrenos ac subterraneos: cœlestes quidem, puta angelicos ordines; terrenos autem, puta congregationes sanctorum ac sceptra quæ inter reges sunt; subterraneos vero, cum mortuis quoque sicut et vivis dominatur, adversus omnes victoriæ signa proferens.

*Quod nemo novit, præter ipsum.* Ignotum esse nomen significat incomprehensibilitatem substantiæ ipsius. Siquidem juxta dispensationes varia habet nomina, puta Bonus, Rector, sive Pastor, D Sol, Lux, Vita, Sanctificatio, Redemptio, et similes per negationes, sicut Incorruptibilis, Invisibilis, Immutabilis, Essentia innominata, soli sibi cognita et non alteri.

**807** *Veste tincta sanguine.* Vestis Verbi dicitur immaculata caro, tincta pretioso suo sanguine. Sed verisimile est aliquem hæsitare, quomodo, cum paulo ante dixisset anonymum et omnibus nomine ignotum, hoc loco nunc Verbum nominet. Aut hoc igitur accipiendum est ad demonstrationem Filii et nativitatis affectæ ex Patre, quemadmodum

[93] I Tim. 13.

(61) Verba ὡς Ἀπολύτρωσις deerant in vulg.

Digitized by Google
Распознавание текста ABK/FR

nostrum verbum ex mente procedit : aut quod omnium sermones in se contineat.

*Et exercitus qui sunt in cœlo sequebantur eum.* Cum supremus sit dux cœlestium virtutum, quemadmodum ipse dixerat Jesu Nave, merito assectatores habuit qui ad militiam complerent ordines, eos potissimum qui nunc ad prælium irruerent adversus impios. Hæc autem humano more disposita sunt in revelatione, quia neque alio modo significari potuissent. Equites vero designantur et qui equis albis insident : ut equi sane adventus velocitatem designent; albedo vero equorum taliter adornet cœlestes ordines. Et certe ipsi quoque ascensores ostenduntur induti alba stola byssina. Quid enim inter materialia ac terrena aptius cœlesti ac divino cœtui conspici potest?

XIX, 15, 16. *Et de ore ejus procedit gladius utrinque acutus, ut eo percutiat gentes : et ipse reget eas virga ferrea. Et ipse calcat torcular vini furoris iræ Dei omnipotentis. Et habet super vestimentum et super femur suum nomen scriptum : Rex regum et Dominus dominantium.*

Gladius ex ore procedens significat impiis ac peccatoribus induci supplicium jussu divini numinis. Utrinque vero incidit gladius, eo quod tam ex ira quam ex misericordia a Deo procedant reproborum supplicia; acutus autem, quia cito affert suam efficaciam.

*Virga ferrea.* Ferrea virga non est ad regendum, sed ad confringendum eos qui in vita lutei sunt et parati ut conterantur. Quam ob causam ergo ipsi attributum est regere? Non inconsiderate, ut opinor, sed quia probabile est quod regendo pugnandum sit adversus ferinos homines, et propterea quoque virga opus est, quæ adversariis juste perditionem afferat. Quis autem alius quam Christus calcat torcular vini furoris iræ Dei? Ipse enim per judicium **808** ac retributionem voluntatem explet paternam.

*Et habet super vestimentum et super femur suum.* Vestimentum designare vult carnem. Per femur autem naturam carnis, quod vere humana sit ipsa et non phantastica. Nam ad hujus designationem accipitur femur apud Scripturas. Sermonis igitur scopus est per hoc significare quod Verbum hypostatice sit unitum naturæ humanæ, et carnalem susceperit nativitatem ex beata Virgine, nihilominus omnipotens, utpote cœlestium princeps et terrestrium ac subterraneorum qui imperium habuerunt adversus affectiones, et auctoritatem ac robur habent adversus peccatum ex ipsius Christi adjutorio.

XIX, 17-19. *Et vidi unum angelum stantem in sole, et clamavit voce magna, dicens cunctis volucribus quæ volabant per medium cœli : Venite, congregamini ad cœnam magnam Dei, ut comedatis car-*

A τοῦτο, καθάπερ ὁ ἡμέτερος λόγος ἐκ τοῦ νοῦ πρόεισιν, ἢ τῷ πάντων τοὺς λόγους ἐν ἑαυτῷ φέρειν.

*Καὶ τὰ στρατεύματα τὰ ἐν τῷ οὐρανῷ ἠκολούθει αὐτῷ.* Ἀρχιστράτηγος ὢν τῶν οὐρανίων δυνάμεων, ὡς αὐτὸς Ἰησοῦ τῷ τοῦ Ναυῆ ἐχρημάτισεν, εἰκότως ὀπαδοὺς κατὰ τὴν στρατηγίαν συμπληροῦντας τὰ τάγματα ἔσχηκε τὰ νῦν μάλιστα ἐπὶ πόλεμον τῶν ἀσεβῶν ὁρμώμενα. Ταῦτα δὲ ἀνθρωπίνως διεσκεύασται ἐν τῇ ἀποκαλύψει, ὅτι μηδὲ ἄλλως ἦν δηλωθῆναι ταῦτα. Ἱππόται δὲ καὶ ἵπποις ἔποχοι λευκοῖς παρίστανται, τῶν ἵππων μὲν τὸ ὀξὺ τῆς ἐπελεύσεως αἰνισσομένων, τοῦ δὲ λευκοῦ τοῦ ἐν τοῖς ἵπποις τὸ τοιούτοις ἐναγλαΐζεσθαι τὰ οὐράνια τάγματα. Καὶ δή γε καὶ αὐτοὶ οἱ ἀναβάται λευκὴν ἀμπεχόμενοι τὴν ἀπὸ βύσσου στολὴν ἐπιδείκνυνται. Τί γὰρ B τῇ οὐρανίῳ καὶ θείᾳ φατρίᾳ τῶν ἐνύλων τε καὶ γηΐνων ἐνθεωρηθείη ἂν ἁρμοδιώτερον;

*Καὶ ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ ἐκπορεύεται ῥομφαία δίστομος ὀξεῖα, ἵνα ἐν αὐτῇ πατάξῃ τὰ ἔθνη, καὶ αὐτὸς ποιμανεῖ αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ. Καὶ αὐτὸς πατεῖ τὴν ληνὸν τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ τῆς ὀργῆς τοῦ Θεοῦ τοῦ παντοκράτορος. Καὶ ἔχει ἐπὶ τὸ ἱμάτιον καὶ ἐπὶ τὸν μηρὸν αὐτοῦ ὄνομα γεγραμμένον, Βασιλεὺς βασιλέων καὶ Κύριος κυρίων.*

Ἐκ τοῦ στόματος ἡ ῥομφαία διάττουσα τυ διὰ προστάγματος θείου δηλοῖ τοῖς ἀσεβέσι καὶ ἁμαρτωλοῖς ἐπαχθῆναι τὴν κόλασιν. Ἀμφίστομον δὲ τὴν ῥομφαίαν διὰ τὸ ἑκατέρωθεν ὀργῆς καὶ ἐλέου χωρεῖν C τὰς ἀπὸ τοῦ θείου τῶν καταφρονητῶν τιμωρίας· ὀξεῖαν δὲ, διὰ τὸ ἀμελλητὶ τὸ δραστήριον ἐπιφέρειν.

*Ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ.* Ἡ σιδηρᾶ ῥάβδος οὐ ποιμαντικὴ, ἀλλὰ θραῦσιν ἔχουσα τῶν πηλίνων τὸν βίον καὶ πρὸς συντριβὴν ἑτοίμων. Τί οὖν ἐνταῦθα τὸ ποιμαντικὸν αὐτῇ δέδοται; Οὐκ ἀσκόπως, οἶμαι, ἀλλ' ὅτι τῷ ποιμαίνειν καὶ θηρίοις προσπολεμεῖν περιγίνεται. Καὶ διὰ τοῦτο καὶ σιδηρᾶς ῥάβδου χρεία, τοῖς ἀνθισταμένοις ἀξίως τὸν ὄλεθρον ἐπιφερούσης. Πατεῖ δὲ τὴν ληνὸν τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ τῆς ὀργῆς τοῦ Θεοῦ τίς ἕτερος, ἀλλ' ἢ ὁ Χριστός; Αὐτὸς γὰρ διὰ τῆς κρίσεως καὶ ἀνταποδόσεως τὸ πατρικὸν ἐκπληροῖ θέλημα.

*Καὶ ἔχει ἐπὶ τὸ ἱμάτιον καὶ ἐπὶ τὸν μηρὸν αὐτοῦ.* Τὸ ἱμάτιον τὴν σάρκα αἰνίττεσθαι βούλεται. Διὰ δὲ D τοῦ μηροῦ, τὴν φύσιν τῆς σαρκὸς, ὡς ἀληθῶς ἀνθρωπίνης οὔσης αὐτῆς καὶ οὐ κατὰ φαντασίαν· εἰς γὰρ παράστασιν τούτου λαμβάνεται παρὰ τῇ Γραφῇ ὁ μηρός. Δηλοῦν οὖν διὰ τούτου τῷ λόγῳ σκοπὸς, ὅτι ὁ καθ' ὑπόστασιν ἑνωθεὶς Λόγος ἀνθρώπων φύσει, καὶ σαρκικὴν ὑπομείνας γέννησιν ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου, οὐδὲν ἧττον παντοκράτωρ ὡς οὐρανίων ἀρχῶν καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων, τῶν βασιλευσάντων κατὰ παθῶν, τῶν τὸ κῦρος καὶ τὸ κράτος ἐχόντων κατὰ τῆς ἁμαρτίας τῇ τοῦ αὐτοῦ Χριστοῦ συναντιλήψει.

*Καὶ εἶδον ἕνα ἄγγελον ἑστῶτα ἐν τῷ ἡλίῳ, καὶ ἔκραξε φωνῇ μεγάλῃ, λέγων πᾶσι τοῖς ὀρνέοις τοῖς πετομένοις ἐν μεσουρανήματι· Δεῦτε, συνάχθητε εἰς τὸ δεῖπνον τὸ μέγα τοῦ Θεοῦ, ἵνα*

Digitized by Google

*φάγητε σάρκας βασιλέων, καὶ σάρκας χιλιάρχων, καὶ σάρκας ἰσχυρῶν, καὶ σάρκας ἵππων καὶ τῶν καθημένων ἐπ' αὐτῶν, καὶ σάρκας πάντων τῶν ἐλευθέρων τε καὶ δούλων, καὶ μικρῶν καὶ μεγάλων. Καὶ εἶδον τὸ θηρίον καὶ τοὺς βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ τὰ στρατεύματα αὐτῶν συνηγμένα ποιῆσαι τὸν πόλεμον μετὰ τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ ἵππου καὶ μετὰ τοῦ στρατεύματος αὐτοῦ.*

Τὴν ἐναλλαγὴν τῶν φθαρτῶν πρὸς ἀφθαρσίαν καὶ τὴν πρὸς ἀξίαν ἑκάστῳ ἀπονέμησιν τῶν ἔργων ὡς ὑπὸ στρατηγικαῖς δυνάμεσιν ἐξοπλισθεῖσαν καὶ ἑτοιμασθεῖσαν τὰ προκείμενα παριστᾷ. Διὸ καὶ ἄγγελον θεῖον παράγει ἐν τῷ ἡλίῳ ἑστῶτα, θεῖον κέλευσμα ἐμφανέστατα διοικούμενον καὶ ὡς ἐν φωτὶ τὰ σωτήρια διαδηλοῦντα καὶ ἐξαγγέλλοντα. Καὶ ἐπειδὴ τὰ θεῖα διατιθέμενα κεχρημάτισται, ὄχημα τούτῳ ἡ ἀποκάλυψις ὑποτίθησιν, ὅτι μηδὲ τηλαυγέστερον ἄλλο τῶν ὁρατῶν εἶχεν ἐρεῖν ὁ θεῖον κέλευσμα εἰς ἄγγελον διατυπώσας, καὶ στρατοκήρυκος αὐτῷ ἐγχειρίζει ἐνέργειαν, δραστικωτέρᾳ προόδῳ πραγμάτων χρώμενος. Τοῦτο γὰρ βούλεται παριστᾷν, ἡ μετὰ κραυγῆς μεγάλη φωνή. Τὰς δὲ ἐν μεσουρανήματι, οἱονεὶ τὰς τῶν ἁγίων λέγει ψυχάς, αἳ τῶν χαμαιζήλων ἀπαναστᾶσαι, κατὰ Παῦλον τὸν μέγαν, εἰς ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου χωροῦσιν εἰς ἀέρα.

*Δεῦτε, συνάχθητε εἰς τὸ δεῖπνον.* Δεῖπνον, ἀλλ' οὐ πόλεμον λέγει τὴν μετὰ τῶν ἁμαρτωλῶν τῶν δικαίων ἀντεξέτασιν· ἐπεὶ καὶ οὕτως ἔχει. Τίς γὰρ τῷ ἰσχυρῷ ἱκανὸς ἀντιφέρεσθαι; Εἰ δ' ἄρα καὶ πόλεμος εἴρηται, πρὸς τὴν τῶν ἁμαρτωλῶν ὁρμὴν εἰρῆσθαί φαμεν, οὐ πρὸς αὐτὸ τὸ ἔργον. Δεῖπνον δὲ ὅλως εἴρηται, τὸ προηγούμενον θέλημα τοῦ Θεοῦ, ὃ καὶ εὐδοκία λέγεται, καὶ δεῖπνον τριπόθητον τὸ πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν.

*Ἵνα φάγητε σάρκας βασιλέων.* Βρῶσιν καλεῖ τὴν ἐπὶ τῇ πρὸς ἀξίαν τῶν βεβιωμένων ἀντέκτισιν, ὃ καὶ Χαναὰμ οἶδεν ἐμποιεῖν τοῖς μὴ συναπαχθεῖσι. Τὸ δὲ σάρκας βασιλέων καὶ χιλιάρχων, καὶ ἰσχυρῶν, καὶ ἵππων, καὶ ἀναβατῶν, ἐκεῖνα λέγει τροπικῶς τὰ περὶ ἃ ἐμπαθῶς ἐσχήκασι, σπουδῇ πάσῃ, ταῦτα μόνα οἰόμενοι τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς ὑπόστασιν, ἃ καὶ ἀφανισμῷ παραπεμφθείη τῇ τοῦ ἀφθάρτου βίου εὐωχικῇ ἐπιδημίᾳ.—*Ἄλλως ἐκ τῶν τοῦ Ἀνδρέου·* Διὰ τῆς βρώσεως τῶν σαρκῶν σημαίνεται ὁ τῶν σαρκικῶν πάντων ἀφανισμὸς καὶ ἡ τῶν ἀρχικῶν ἐπὶ γῆς ὀνομάτων ἔκλειψις. Ἵππων δὲ μέμνηται οὐχ ὡς αὐτῶν ἀναστησομένων, ἀλλὰ διὰ μὲν τούτων ἢ τοὺς [γυναικομανεῖς, ἢ τοὺς] ὑποβεβηκότας ἐν πονηρίᾳ ἢ καὶ ἀμφότερα, διὰ δὲ τῶν ἐπιβατῶν, τοὺς ἐν κακίᾳ προὔχοντας αἰνιττόμενος. Ὃ καὶ παρακατιὼν ἐσαφήνισεν εἰπών, *Ἐλευθέρων τε καὶ δούλων, μεγάλων καὶ μικρῶν·* διὰ μὲν τῶν ἐλευθέρων καὶ μεγάλων τοὺς μᾶλλον ἐξουσιαστικῶς ἁμαρτάνοντας, διὰ δὲ τῶν δούλων καὶ μικρῶν τοὺς ἧττον πλημμελοῦντας, ἢ κατὰ γνώμην, ἢ κατὰ ἡλικίαν, ἢ κατὰ ἀσθένειαν.

*Καὶ εἶδον τὸ θηρίον καὶ τοὺς βασιλεῖς τῆς*

A *nes regum, et carnes tribunorum, et carnes fortium, et carnes equorum et sedentium in ipsis, et carnes omnium liberorum simul ac servorum, et pusillorum et magnorum. Et vidi bestiam et reges terræ et exercitus eorum congregatos ad faciendum prælium cum eo qui sedebat in equo et cum exercitu ipsius.*

Demonstrant quæ proponuntur mutationem corruptibilium ad incorruptionem, et quæ veluti sub militaribus potestatibus penitus armata sit, ac præparata ad dignam retributionem pro cujusque operibus: ideo quoque divinum angelum stantem in sole producit, qui divinum præceptum manifestissime ordinet ac administret, et tanquam in luce B quæ salutaria sunt significet et annuntiet: et quoniam divina proposita oraculo data sunt, revelatio solem supponit ipsi vehiculum: nihil autem inter ea quæ videntur dicere potuit splendidius is qui divinum jussum in angelo figuravit. Præterea efficaciori rerum utens progressu, operationem ipsi tradit præconis exercitus: nam hoc designare vult vox cum magno clamore. Cæterum, in medio cœli sunt sanctorum animæ, quæ discedentes a depressis humi rebus, juxta magnum illum Paulum procedunt ad occurrendum Domino in aera.

*Congregamini ad cœnam.* Cœnam **809** vocat et non bellum, resistentiam justorum adversus peccatores, quoniam ita se res habet: quis enim sufficiens est ad resistendum forti? quod si etiam C bellum dictum sit, quoad impetum peccatorum factum esse dicimus, et non quoad rem ipsam. Porro cœna omnino dicta est præcedens Dei voluntas, quæ et beneplacitum appellatur: et cœna optatissima, nempe ut omnes homines salvi fiant, et ad agnitionem veritatis veniant.

*Ut comedatis carnes regum.* Comestionem vocat dignam factorum retributionem, quod et Chanaam novit immittere his qui non sunt una delati. Carnes autem regum et tribunorum et fortium et equorum et ascensorum eorum, tropice illa dicit circa quæ toto studio affecti erant, sola hæc putantes esse humanæ vitæ consistentiam, quæ etiam in interitum amittuntur, accessu deliciarum vitæ incorruptibilis. — *Alio modo ex Andrea.* Per carD nium esum significatur interitus omnium carnalium, et defectus magnificorum nominum quæ sunt in terra. Equorum vero meminit, non quod hi resurgant, sed per hos, aut eos designat qui in feminas exarserunt, aut qui in malitia vixerunt, aut etiam utrosque. Per ascensores vero, eos qui in pravitate excesserunt. Quod etiam in progressu manifestavit, dicens: *Liberorum et servorum, magnorum et pusillorum:* per liberos quidem et magnos significans eos qui majori potestate peccant, per servos vero et pusillos, eos qui minus delinquunt, aut propter judicium, aut propter ætatem, aut propter imbecillitatem.

*Et vidi bestiam et reges terræ, et exercitus eo-*



Digitized by Google

*rum*, etc. In descriptione quidem militarium signorum diaboli et eorum qui una cum diabolo in bellis militant adversus Dominum, pluraliter inducit regum catalogum, etiam recensens exercitus qui ipsis subsunt, propter peccati multiplicitatem et mentium varietatem. At in exercitu qui erat cum Christo quem equo insidentem appellat, singulariter meminit multitudinis quæ ipsum sequebatur, exercitum dicens, propter unitatem voluntatis hujus multitudinis, et consilii seu judicii ergà Deum Verbum, et mentis erga ipsum placidæ ac rectæ actionis.

### 810 CAPUT LIX.

*De Antichristo, et his qui cum eo projiciuntur in gehennam.*

XIX, 20, 21. *Et apprehensa est bestia, et cum illa pseudopropheta qui fecit signa coram ipsa, quibus seduxit eos qui acceperunt characterem bestiæ et qui adoraverunt imaginem ejus. Vivi conjecti sunt hi duo in stagnum ignis ardens sulphure. Et cæteri occisi sunt gladio sedentis super equum, qui procedit ex ore ipsius. Et omnes volucres saturatæ sunt de carnibus ipsorum.*

Bestiam nonnulli diabolum acceperunt, alii vero Antichristum.

*Et cæteri occisi sunt.* Eos post dissolutionem occidi, vocat otiosam et inefficacem habere naturam compositam ad malos conatus. Hoc autem simplex et incomposita non novit, ut ne post condemnationem quidem a consuetis abstineat, tanquam secum coeuntibus et ad quæ recursum habebat.

*Et omnes volucres saturatæ sunt.* Volucres sive aves dictæ sunt, tanquam in aere versantes : et animas ita vult appellare, quas honestis et non quibusvis operationibus novit satietatem accipere. Fastidium enim est et molesta sanctis quævis motio carnalis.

### CAPUT LX.

*Quod Satanas ligatus sit a Christi adventu usque ad consummationem : et de mille annis.*

XX, 1-3. *Et vidi angelum descendentem de cœlo habentem clavem abyssi, et catenam magnam in manu sua : et apprehendit draconem serpentem antiquum, qui est diabolus et Satanas* **811** *qui seducit totum orbem, et ligavit eum annis mille. Et misit ipsum in abyssum, clausitque ac signavit super eum, ut non seducat amplius gentes, donec consummentur mille anni. Et post hæc oportet illum solvi modico tempore.*

*Andreæ.* Hic factam in passione narrat diaboli subversionem, in qua eum qui fortis esse videbatur, fortior eo Christus Dominus noster ligavit : nosque qui spolia ejus eramus, ab ipsius manibus libera-

A *γῆς, καὶ τὰ στρατεύματα αὐτῶν*, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἐπὶ μὲν τῆς κατὰ τὸν διάβολον συμβολογραφίας καὶ τοὺς κατ' αὐτοῦ πολέμους τῷ διαβόλῳ στρατευομένους, πληθυντικῶς εἰσάγει βασιλέων κατάλογον διεξιὼν καὶ τῶν ὑπ' αὐτῶν στρατευμάτων, διὰ τὸ πολυσχιδὲς τῆς ἁμαρτίας καὶ πολύγνωμον· ἐπὶ δὲ τῆς μετὰ Χριστοῦ, ὃν ἔποχον ἵππῳ προσαγορεύει, ἑνικῶς μέμνηται τοῦ ἑπομένου αὐτῷ πλήθους, στράτευμα φήσας, διὰ τὸ μοναδικὸν τοῦ θελήματος αὐτοῦ καὶ τῆς γνώμης τῆς πρὸς τὸν Θεὸν Λόγον, καὶ τῆς πρὸς αὐτὸν εὐαρεστήσεώς τε καὶ κατορθώσεως.

### ΚΕΦΑΛ. ΝΘ'.

*Περὶ τοῦ Ἀντιχρίστου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ βαλλομένων εἰς γέενναν.*

b *Καὶ ἐπιάσθη τὸ θηρίον, καὶ ὁ μετ' αὐτοῦ ψευδοπροφήτης ὁ ποιήσας τὰ σημεῖα ἐνώπιον αὐτοῦ ἐν οἷς ἐπλάνησε τοὺς λαβόντας τὸ χάραγμα τοῦ θηρίου, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας τῇ εἰκόνι αὐτοῦ· ζῶντες ἐβλήθησαν οἱ δύο εἰς τὴν λίμνην τοῦ πυρὸς τὴν καιομένην ἐν θείῳ. Καὶ οἱ λοιποὶ ἀπεκτάνθησαν ἐν τῇ ῥομφαίᾳ τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ ἵππου, τῇ ἐξελθούσῃ ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ. Καὶ πάντα τὰ ὄρνεα ἐχορτάσθησαν ἐκ τῶν σαρκῶν αὐτῶν.*

Θηρίον, οἱ μὲν τὸν διάβολον ἐξεδέξαντο, οἱ δὲ τὸν Ἀντίχριστον.

*Καὶ οἱ λοιποὶ ἀπεκτάνθησαν.* Τὸ ἀργίαν καὶ ἀπραξίαν σχεῖν τῶν πονηρῶν ἐπιτηδευμάτων τὴν C σύνθετον φύσιν, μετὰ τὴν διάλυσιν ἀποκτανεῖν φησι. Τοῦτο δὲ ἡ ἁπλῆ καὶ ἀσύνθετος οὐκ οἶδεν, οὐδὲ μετὰ τὴν κατάκρισιν τῶν ἐθίμων ἐξίστασθαι, ἅτε συνουσιωμένων αὐτῇ τῶν πρὸς ἃ τροπὴν ἔσχεν.

*Καὶ πάντα τὰ ὄρνεα ἐχορτάσθησαν.* Ὄρνεα εἴρηται ἤδη ὡς τὰς ἀεροπόλους ψυχὰς καλεῖν βούλεται, ἃς καὶ αὐτὰς οἶδε τῇ παραθέσει τῶν σπουδαίων τε καὶ μὴ ἑκατέρων ἐνεργημάτων ὡσπερεὶ κόρον λαβεῖν. Προσκορὴς γὰρ τοῖς ἁγίοις καὶ ἐπαχθὴς πᾶσα σαρκικὴ κίνησις.

### ΚΕΦΑΛ. Ξ'.

*Ὅπως ὁ Σατανᾶς ἐδέθη ἀπὸ τῆς Χριστοῦ παρουσίας μέχρι τῆς συντελείας Καὶ περὶ τῶν χιλίων ἐτῶν.*

D *Καὶ εἶδον ἄγγελον καταβαίνοντα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἔχοντα τὴν κλεῖδα τῆς ἀβύσσου, καὶ ἅλυσιν μεγάλην ἐπὶ τὴν χεῖρα αὐτοῦ, καὶ ἐκράτησε τὸν δράκοντα τὸν ὄφιν τὸν ἀρχαῖον, ὅς ἐστιν ὁ διάβολος, καὶ ὁ Σατανᾶς, ὁ πλανῶν τὴν οἰκουμένην ὅλην, καὶ ἔδησεν αὐτὸν χίλια ἔτη. Καὶ ἔβαλεν αὐτὸν εἰς τὴν ἄβυσσον, καὶ ἔκλεισε καὶ ἐσφράγισεν ἐπάνω αὐτοῦ, ἵνα μὴ πλανᾷ ἔτι τὰ ἔθνη, ἄχρι τελεσθῇ τὰ χίλια ἔτη. Καὶ μετὰ ταῦτα δεῖ λυθῆναι αὐτὸν μικρὸν χρόνον.*

*Ἀνδρέου.* Ἐνταῦθα τὴν ἐν τῷ Δεσποτικῷ πάθει γεγενημένην τοῦ διαβόλου διηγεῖται καθαίρεσιν, ἐν ᾗ τὸν δοκοῦντα εἶναι [ἰσχυρὸν] ἰσχυρώτερος αὐτοῦ Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν δήσας, ἡμᾶς, τὰ σκύλα αὐτοῦ

Digitized by Google

ἐκ τῶν χειρῶν αὐτοῦ ἐλυτρώσατο, καταδικάσας αὐτὸν A εἰς τὴν ἄβυσσον. Τοῦτο δὲ δείκνυται ἐκ τῶν δαιμόνων τῶν παρακαλούντων αὐτὸν μὴ πεμφθῆναι εἰς τὴν ἄβυσσον. Ὅτι δὲ δέδεται, τεκμήριον ὁ τῆς εἰδωλολατρείας ἀφανισμὸς καὶ τῶν εἰδωλικῶν ναῶν ἡ καθαίρεσις, καὶ τῶν ἐπιβωμίων λύτρων ἡ ἔκλειψις, καὶ ἡ παγκόσμιος τοῦ θείου θελήματος ἐπίγνωσις. Ὁ μέγας δὲ Ἰουστῖνός φησιν, ἐν τῇ πρώτῃ τοῦ Χριστοῦ παρουσίᾳ γνῶναι τὸν διάβολον, ὅτι καταδεδίκασται εἰς τὴν ἄβυσσον καὶ εἰς τὴν τοῦ πυρὸς γέενναν. Δυνατὸν τοίνυν, ὡς οἶμαι, διὰ τῶν προλεχθέντων καὶ τὴν τοῦ Χριστοῦ κατὰ τοῦ διαβόλου νοεῖσθαι ἀπόφασιν. Ἄγγελον δὲ τῇ τοιαύτῃ ἀποφάνσει διακονούμενόν φησιν, ἵνα δείξῃ καὶ τῶν λειτουργικῶν δυνάμεων τοῦτον ἥττονα κατὰ δύναμιν, καὶ μάτην κατὰ τῆς τῶν πάντων κρατούσης ἀρχῆς θρασυνό- B μενον.

*Ἀρέθα ἐκ τοῦ αὐτοῦ.* Κλεῖδα τὴν ἀσφαλῆ καὶ ἀπρόϊτον τῶν κατακρίτων κατοχὴν λέγει· ἄβυσσον δὲ, τὴν ἀπέραντον εἰς διέκδυσιν· ἅλυσιν δὲ, τὴν καθεκτικὴν τῆς πονηρίας ἐνέργειαν. Χίλια δὲ οὐ πάντως τὰ τοσαῦτα τῷ ἀριθμῷ νοεῖν εὔλογον. Ἢ γὰρ τῶν πολλῶν, ἢ τοῦ τελείου σημαντικὸν τὸν τῶν χιλίων ἀριθμὸν εἰκάζομεν. Χίλια ἔτη τοίνυν, εἴτε τὰ ἀπὸ τῆς Χριστοῦ παρουσίας ἕως τῆς τοῦ Ἀντιχρίστου ἐνδημίας, εἴτε δεκάκις ἑκατὸν, εἴτε καὶ τούτων ἀποδέοντα, οὐχ ἡμῶν ἐστι γνῶναι τὸ ἀκριβὲς, ὅτι μηδὲ θνητῇ φύσει γνῶναι χρόνους ἢ καιροὺς οὓς ὁ Πατὴρ ἔθετο ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ.

C

*Καὶ μετὰ ταῦτα δεῖ λυθῆναι αὐτὸν μικρὸν χρόνον.* Μικρὸν χρόνον, ποῖον; Τοῦτον τὸν τῆς παρουσίας τοῦ Ἀντιχρίστου, ὃν εἰς μικρὸν συνέστειλε, διὰ τὸ σφοδρὸν καὶ σχεδὸν ἀνύποπτον τῶν διὰ Χριστὸν κακουμένων, περὶ οὗ χρόνου καὶ ὁ Σωτὴρ ἐν Εὐαγγελίοις φησὶ, θλῖψιν συμβῆναι οἵαν οὐ γέγονεν ἐξ ἀρχῆς κόσμου. Διὸ καὶ κολοβωθῆναί φησι τὰς ἡμέρας ταύτας διὰ τοὺς ἐκλεκτούς.

## ΚΕΦΑΛ. ΞΑ'.

### *Περὶ τῶν ἡτοιμασμένων θρόνων τοῖς φυλάξασι τὴν Χριστοῦ ὁμολογίαν.*

*Καὶ εἶδον θρόνους, καὶ ἐκάθισαν ἐπ' αὐτοὺς, καὶ κρῖμα ἐδόθη αὐτοῖς, καὶ τὰς ψυχὰς τῶν πεπελεκισμένων διὰ τὴν μαρτυρίαν Ἰησοῦ, καὶ διὰ* D *τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, καὶ οἵτινες οὐ προσεκύνησαν τὸ θηρίον, οὐδὲ τὴν εἰκόνα αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἔλαβον τὸ χάραγμα ἐπὶ τὸ μέτωπον καὶ ἐπὶ τὴν χεῖρα αὐτῶν· καὶ ἔζησαν καὶ ἐβασίλευσαν μετὰ τοῦ Χριστοῦ τὰ χίλια ἔτη.*

Τοὺς ἁγίους ἀποστόλους φησὶ θεωρεῖν, δι' ὧν τὰ ἔθνη συνετισθέντα, τῷ διδασκαλικῷ λόγῳ ἔζησαν, καὶ συνεβασίλευσαν Χριστῷ χίλια ἔτη. Περὶ μὲν οὖν τῶν χιλίων ἐτῶν εἴρηται. Οὗτοι οὖν οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι καθίσουσιν, ὡς ἡ ὑπόσχεσις τοῦ Κυρίου φησὶ, « Κρίνοντες τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσραὴλ, » τουτέστι, κατακρίνοντες. Τῇ παραθέσει γὰρ τῶν ὁμο-

[96] Matth. XIX, 28.

vit, condemnato eo in abyssum. Hoc autem ostenditur ex dæmonibus qui ipsum deprecabantur, ne se mitteret in abyssum. Quod autem ligatus sit, ostenditur idololatriæ interitus et subversio templorum idolorum, ac defectus cruoris sacrificiorum, et cognitam esse divinam voluntatem in universo mundo. Magnus autem Justinus ait diabolum in priori Christi adventu cognovisse, quod condemnatus esset in abyssum et in gehennam ignis. Possumus igitur, ut opinor, per ea quæ dicta sunt, etiam intelligere Christi adversus diabolum sententiam. Angelum autem dicit talis sententiæ ministrum, ut hunc ostendat ministrantibus quoque virtutibus potentia inferiorem, frustraque insolescere adversus principatum qui omnibus imperat.

*Arethæ ex eodem.* Clavem dicit firmam et inevitabilem detentionem eorum qui condemnati sunt: abyssum vero, traditionem omni termino carentem: catenam autem, vim cohibendi operationem vitiorum. Porro mille, non omnino rationi consonum est, ut certum illum numerum accipiamus: sed millenarium numerum significare imaginamur, aut multitudinem aut perfectionem. Mille itaque annos aut eos qui interfluunt a Christi adventu usque ad Antichristi adventum (sive sint decies centum, sive etiam his pauciores) non nostrum est exacte cognoscere: quia nulli mortalium datum est cognoscere tempora vel momenta quæ Pater posuit in sua potestate.

*Oportet illum solvi modico tempore.* Modico tempore, quonam? Id tempus est adventus Antichristi, quod ad parvam durationem contraxit, **812** propter vehementiam quæ vix tolerari posset ab his qui propter Deum affligentur, de quo tempore Salvator quoque in Evangeliis ait, talem fore afflictionem, qualis non est facta ab initio mundi: ideo etiam abbreviandos dicit hos dies propter electos.

## CAPUT LXI.

### *De sedibus quæ paratæ sunt illis qui servaverunt Christi confessionem.*

XX, 4. *Et vidi sedes, et sederunt super eas, et judicium ipsis datum est. Et animas decollatorum propter testimonium Jesu, et propter sermonem Dei, et qui non adoraverunt bestiam neque imaginem ejus, et qui non acceperunt characterem in fronte et in manu sua; et vixerunt et regnaverunt cum Christo mille annis.*

Sanctos apostolos ait se vidisse, per quos eruditæ gentes doctrinæ verbo vixerunt, et una cum Christo regnarunt mille annis. Itaque de mille annis dictum est. Hi ergo sancti apostoli sedebunt, veluti habet Domini promissio, « Judicantes duodecim tribus Israel [96], » hoc est, condemnantes. Eorum enim qui ejusdem sunt generis juxtapositione,

Digitized by Google

quando diversitas in ipsis conspicitur secundum pejus ac melius, qui pejori adhæserunt, non vulgari digni sunt supplicio, quia sui generis homines non sunt æmulati recte operando. Judicium igitur ipsis datum esse, id est, ut condemnarent: quasi non solum volentes Christum bene de ipsis meritum imitari, prophetica sequendo oracula, sed jam adversus hos quoque progredi. Condemnari quoque dicit illos ob animas decollatorum propter testimonium Jesu, et propter sermonem Dei, id est, qui propter fidem in Deum sustinuerunt mortem ferro illatam. Aut etiam figurate ait decollatos fuisse, de his qui mortificaverunt membra sua quæ erant super terram.

*Et non acceperunt characterem.* Character **813** cognitionis indicium est, secundum quod etiam de Christo dictum est: « Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine [25], » Quemadmodum enim super faciem expressum est lumen in signum cognoscendi amicos Dei, ita in impiis impudentia in frontibus imprimitur, dum sine ulla occultatione vel pudore demonstrant qualesnam sint: utque hoc manifestius sit, absurdis suis operibus signum illud confirmant: manus enim actionem designat, quemadmodum et pes certam finitionem ac regulam, juxta illud quod dictum est: « Non veniat mihi pes superbiæ, et manus peccatoris non moveat me [26]. » Quoniam ergo hi non sunt capti, neque per impudentiam insignati malo, neque per opera, merito et vixerunt et regnarunt cum Christo usque ad consummationem sæculi. Nam sicut videmus, sub regibus quoque fidelibus ac principibus hi qui adorant, etiam adversus omnem corporalem imbecillitatem et dæmoniacam operationem, ostendunt datam a Deo gratiam. Quoniam, inquit, non adoraverunt bestiam et imaginem ejus, propterea etiam vixerunt, hoc est, viventium opera exercuerunt, miraculorum videlicet operationes. Porro bestiam et imaginem bestiæ et draconem dicit diabolum et Antichristum ac pseudoprophetam.

## CAPUT LXII.

### *Quæ sit prima resurrectio, et quæ secunda mors*

XX, 5, 6. *Cæteri vero mortui non vixerunt donec consummentur mille anni. Hæc est resurrectio prima. Beatus et sanctus qui habet partem in resurrectione prima. In his secunda mors non habet potestatem: sed erunt sacerdotes Dei et Christi, et regnabunt cum illo mille annis.*

Mortuos vocat, qui in incredulitate permanserunt. Quemadmodum enim duas esse vitas, ita et duas mortes sive mortificationes ex divina Scriptura docemur. Est igitur prior vita temporalis ac carnalis post præcepti transgressionem, **814** quæ vero post observationem præceptorum promittitur, vita æterna est. Mors quoque similiter est duplex: al-

A γενῶν, ὅταν διαφορὰ ἐν αὐτοῖς ὁρᾶται κατὰ τὸ χεῖρον καὶ βέλτιον, οἱ τῷ χείρονι ἐνεχόμενοι, οὐ τῆς τυχούσης ἄξιοι τιμωρίας, ὅτι μὴ τοῖς ὁμογενέσιν ἐναμιλλῶνται κατωρθωκότες. Κρῖμα τοίνυν δοθῆναι αὐτοῖς ἀντὶ τοῦ κατακρίνειν, ὡς μὴ μόνον ἐθελήσαντας τῷ εὐεργέτῃ Χριστῷ ἀκολουθῆσαι τοῖς προφητικοῖς ἑπόμενοι χρησμοῖς, ἀλλ' ἤδη καὶ ἀπεναντίας τούτων χωρῆσαι. Κατακριθῆναι δὲ καὶ διὰ τὰς ψυχὰς τῶν πεπελεκισμένων διὰ τὴν μαρτυρίαν Ἰησοῦ καὶ διὰ τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, τουτέστι, διὰ τὴν εἰς Θεὸν πίστιν, οἵτινες τὸν διὰ σιδήρου ὑπήνεγκαν θάνατον. Ἢ καὶ τροπικῶς τὸ πεπελεκισθῆναι περὶ τῶν νεκρωσάντων τὰ μέλη ἑαυτῶν τὰ ἐπὶ τῆς γῆς.

B *Καὶ οὐκ ἔλαβον τὸ χάραγμα.* Τὸ χάραγμα, γνώρισμά φησι. Καθὸ καὶ ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ εἴρηται τὸ, « Ἐσημειώθη ἐφ' ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου, Κύριε. » Ὡς γὰρ ἐκεῖ ἐπὶ τὸ πρόσωπον φῶς εἰς γνώρισμα τῶν θεοφιλῶν ἐνσημαίνεται, οὕτως ἐπὶ τῶν ἀσεβῶν ἀναίδεια ἐπὶ τῶν μετώπων ἐγχαράττεται, ἀπαρακαλύπτως καὶ ἀνυποστόλως ἐμφανιζομένων ὁποῖοί τινές εἰσιν. Καὶ ἵνα τοῦτο ἐμφαντικώτερον ᾖ, ταῖς ἀτόποις τῶν ἑαυτῶν πράξεων τὸ γνώρισμα ἐβεβαίωσαν· ἡ χεὶρ γὰρ τὴν πρᾶξιν αἰνίττεται, ὥσπερ καὶ ὁ ποὺς τὸν ὁρισμὸν, καθὸ εἴρηται· « Μὴ ἐλθέτω μοι ποὺς ὑπερηφανίας, καὶ χεὶρ ἁμαρτωλοῦ μὴ σαλεύσει με. » Ἐπεὶ οὖν οὐχ ἑάλωσαν οὗτοι, οὔτε δι' ἀναιδείας ἐντυπούμενοι τῷ πονηρῷ, οὔτε δι' ἔργων, εἰκότως καὶ ἔζησαν καὶ ἐβασίλευσαν μετὰ Χριστοῦ, ἄχρι συντελείας τοῦ αἰῶνος. Ὡς γὰρ C ὁρῶμεν, καὶ ὑπὸ βασιλέων πιστῶν καὶ ἀρχόντων προσκυνούμενοι, καὶ κατὰ πάσης σωματικῆς ἀσθενείας καὶ δαιμονικῆς ἐνεργείας τὴν θεόσδοτον χάριν ἐπιδείκνυνται. Ἐπεὶ γὰρ, φησὶν, οὐ προσεκύνησαν τῷ θηρίῳ καὶ τῇ εἰκόνι αὐτοῦ, διὰ τοῦτο καὶ ἔζησαν, τουτέστι, ζώντων ἔργα ἐνήργησαν, τὰς θαυματουργίας δηλονότι. Θηρίον δὲ καὶ εἰκόνα τοῦ θηρίου καὶ δράκοντα τὸν διάβολόν φησι καὶ τὸν Ἀντίχριστον, καὶ τὸν ψευδοπροφήτην.

## ΚΕΦΑΛ. ΞΒ'.

### *Τί ἐστιν ἡ πρώτη ἀνάστασις, καὶ τίς ὁ δεύτερος θάνατος.*

*Καὶ οἱ λοιποὶ τῶν νεκρῶν οὐκ ἔζησαν ἄχρι τελεσθῇ τὰ χίλια ἔτη. Αὕτη ἡ ἀνάστασις ἡ πρώτη.* D *Μακάριος καὶ ἅγιος ὁ ἔχων μέρος ἐν τῇ ἀναστάσει τῇ πρώτῃ. Ἐπὶ τούτων ὁ δεύτερος θάνατος οὐκ ἔχει ἐξουσίαν, ἀλλ' ἔσονται ἱερεῖς τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ Χριστοῦ, καὶ βασιλεύσουσι μετ' αὐτοῦ χίλια ἔτη.*

Νεκροὺς δὲ καλεῖ τοὺς ἐν τῇ ἀπιστίᾳ μεμενηκότας. Ὥσπερ γὰρ δύο ζωὰς, οὕτω καὶ δύο θανάτους, ἤγουν νεκρώσεις ἐκ τῆς θείας Γραφῆς διδασκόμεθα. Ἔστιν οὖν ἡ μὲν πρώτη ζωὴ ἡ μετὰ [τὴν] τῆς ἐντολῆς παράβασιν πρόσκαιρος καὶ σαρκικὴ, ἡ δὲ μετὰ τὴν θείων ἐντολῶν τήρησιν ἐπηγγελμένη ζωὴ αἰώνιος. Καὶ θάνατοι δὲ ὁμοίως δύο· ὁ μὲν σαρκικὸς

[25] Psal. IV, 7. [26] Psal. XXXV, 12.

Digitized by Google
Распознавание текста ABK/FR

καὶ πρόσκαιρος, ὁ δὲ δι' ἁμαρτημάτων ἔκτισιν ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι ἐπαγόμενος, ἀτελεύτητος καὶ ἀΐδιος, ὅπερ ἐστὶν ἡ τοῦ πυρὸς γέεννα. Ἀλλά γε καὶ νεκρῶν διαφορὰς γινώσκομεν· οἱ μὲν φευκτοὶ, περὶ ὧν φησι καὶ ὁ προφήτης· Οἱ δὲ νεκροὶ ζωὴν οὐ μὴ ἴδωσιν· οἱ δὲ ἐπαινετοὶ, οἱ διὰ Χριστὸν τὰς ἡδυπαθεῖς τοῦ σώματος πράξεις ἀποκτιννύντες, τὴν νέκρωσιν τοῦ Ἰησοῦ ἐν τῷ σώματι περιφέροντες. Ἡ δὲ δευτέρα ἀνάστασις, ἡ καθολική ἐστι τῶν σωμάτων, ἥτις ἀνάστασις ἀρχὴ τῆς μελλούσης αὐτοῖς κολάσεως γίνεται. Κατὰ δὲ τῶν τὴν πρώτην εὐδαιμονησάντων ἀνάστασιν οὐκ ἔχει ἐξουσίαν ὁ δεύτερος ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας πρὸς τιμωρίαν ἀποκαθιστῶν θάνατος, ἀλλ' ἔσονται ἱερεῖς τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ Χριστοῦ. Χίλια δὲ, οὐ τὰ τῷ δεκάδι ἀριθμῷ τὸν ἑκατὸν συντελούμενα, ἀλλ' ἐπειδὴ ὁ δέκατος ἀριθμὸς πρῶτος ἀριθμὸς τέλειος ἐκ μονάδων συνέστη, εἶτα πάλιν αὐτὸς τῷ δεκαδικῷ διαστήματι τὸν ἑκατὸν ἀπετέλεσε, καὶ πάλιν, οὗτος ἐπὶ τῶν δέκα πολυπλασιασθεὶς ἀπὸ τούτων τὴν σωρίδα τοῦ χίλια συνεστήσατο ἐκ τελείου πρὸς τελειότερον καταντήσας, εἰκότως τῷ ὑπερτελεῖ Θεῷ τὸ τέλειον τῆς μετὰ ἀνθρώπων συνδιατριβῆς ἀφωρίσατο, οὐχ ὅτι πάντως τοσοῦτον τῷ ἀριθμῷ, ἀλλὰ διὰ τοῦ τελείου τοῦτο ἐμφανίζων, ὡς πᾶν ὃ ἂν χρόνου διάστημα διεξοδευθῇ μετὰ τῆς ἀνθρώπων τοῦ Χριστοῦ συναναστροφῆς, οὐκ ἂν τοῦτο τῷ ἀτελεῖ προσνεμηθείη.

## ΚΕΦΑΛ. ΞΓ'.

*Περὶ τοῦ Γὼγ καὶ Μαγώγ.*

*Καὶ μετὰ τὰ χίλια ἔτη λυθήσεται ὁ Σατανᾶς ἐκ τῆς φυλακῆς αὐτοῦ, καὶ ἐξελεύσεται πλανῆσαι τὰ ἔθνη τὰ ἐν ταῖς τέσσαρσι γωνίαις τῆς γῆς, τὸν Γὼγ καὶ τὸν Μαγὼγ, συναγαγεῖν αὐτοὺς εἰς τὸν πόλεμον, ὧν ὁ ἀριθμὸς ὡσεὶ ἄμμος τῆς θαλάσσης. Καὶ ἀνέβησαν ἐπὶ τὸ πλάτος τῆς γῆς, καὶ ἐκύκλωσαν τὴν παρεμβολὴν τῶν ἁγίων, καὶ τὴν πόλιν τὴν ἠγαπημένην. Καὶ κατέβη πῦρ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ κατέφαγεν αὐτούς. Καὶ ὁ διάβολος ὁ πλανῶν αὐτοὺς ἐβλήθη εἰς τὴν λίμνην τοῦ πυρὸς καὶ θείου, ὅπου καὶ τὸ θηρίον καὶ ὁ ψευδοπροφήτης, καὶ βασανισθήσονται ἡμέρας καὶ νυκτὸς εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.*

*Χίλια ἔτη.* Τὸν ἀπὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας χρόνον, μέχρι τοῦ Ἀντιχρίστου λέγει, οὗτινος λυθέντος, εἰσάγει λοιπὸν καὶ τὰ ἔθνη καὶ τόπους τῆς οἰκουμένης, καθ' οὓς τὰ τῆς συνήθους αὐτῷ ἐπιδείξεται ἀπάτης, καὶ πρὸς τίνων καὶ κατὰ τίνων ὡς ἀφηγουμένων ὁ πόλεμος οὗτος συσταίη. Ἔθνη μὲν οὖν, τὰ εὐεξαπάτητα λέγει· τόπους δὲ, τοὺς ὑπὸ τὴν ὑπ' οὐρανὸν, οὓς καὶ τέσσαρας γωνίας ὀνομάζει τῆς γῆς, τὰς τέσσαρας λήξεις τῆς οἰκουμένης οὕτω καλῶν, ἀπὸ τῶν ἡλιακῶν φορῶν οὕτω κληθείσας, καὶ τῶν κατὰ ἀστέρας τινὰς οἰκειώσεων. Ἐπεὶ τοίνυν ἔθνη μὲν ταῦτα μεθ' ὧν ὁ πόλεμος μέλλει συγκροτεῖσθαι, καὶ χῶρος οὗτος ἐν ᾧ ἤδη καὶ τοὺς καθηγουμένους εἰσάγει ὥσπερ πολεμάρχης ὁ Γὼγ καὶ Μαγὼγ, ὃν καὶ Ἰεζεκιὴλ προφητεύει ἐπ' ἐσχάτου καιροῦ ἐλευσόμενον σὺν δυνάμει βαρείᾳ. Ἀλλ' Ἰεζε-

tera quidem carnalis ac temporalis; quæ vero ob repensionem peccatorum in futuro sæculo inducitur, sempiterna est et fine carens, quæ est gehenna ignis. Sed et mortuorum diversitatem cognoscimus : alii quidem fugiendi sunt, de quibus ait Propheta : Mortui vitam non videant : alii vero laudandi, qui propter Christum voluptuosas corporis operationes interimentes, mortificationem Jesu in corpore circumferunt. Porro secunda resurrectio universalis est corporum, quæ resurrectio futuri supplicii ipsis efficitur initium. Adversus illos autem qui priori resurrectione beatificati sunt, non habet potestatem mors, quæ a peccato transmittit ad supplicium : sed erunt sacerdotes Dei et Christi. Mille vero non dicuntur quæ decupla centenarii numeri multiplicatione conficiuntur : sed quoniam denarius numerus primus est perfectus numerus ex unitatibus constitutus, deinde rursum ipse denario intervallo centum constituit, et iterum hic per decem multiplicatus acervum conficit millenarium, a perfecto procedens ad perfectius, merito perfectionem distincte assignavit conversationi perfectissimi Dei cum hominibus : non quod omnino tanto esset annorum numero, sed hoc perfectione manifestat, ut quantumcunque esset temporis intervallum conversationis Christi cum hominibus, hoc nequaquam imperfectioni attribueretur.

## CAPUT LXIII.

*De Gog et Magog.*

XX, 7-10. *Et post mille annos solvetur Satanas de carcere suo : et exibit ut seducat gentes quæ sunt in quatuor angulis terræ Gog et Magog, ut congreget eos in prælium, quorum numerus est sicut arena maris. Et ascenderunt super latitudinem terræ, et obsederunt castra sanctorum* **815** *ac civitatem dilectam. Et descendit ignis de cœlo a Deo, et devoravit eos; et diabolus qui seducebat eos missus est in stagnum ignis et sulphuris, ubi et bestia et pseudopropheta sunt; et cruciabuntur die ac nocte in sæcula sæculorum.*

*Mille annos.* Nempe tempus ab adventu Christi usque ad Antichristum, quo soluto inducit deinceps et gentes et loca orbis, quibus ille suam familiarem ostendet imposturam, et per quos et secundum quos tanquam duces cruentos bellum hoc constituatur. Gentes itaque dicit illos, qui facile patent deceptioni : loca vero eos qui partem sub cœlo incolunt, quos etiam quatuor terræ angulos nominat, quatuor orbis fines ita vocans, a solis lationibus ita appellatos, et appropriatione quarumdam stellarum. Quoniam igitur hæ gentes sunt cum quibus bellum una conficiendum est, et a quibus vires sumendæ, et hæc regio in qua jam etiam præeuntes inducit Gog et Magog veluti belli dux : quem et Ezechiel prophetat postremis temporibus venturum cum potestate gravi. Sed Ezechiel quidem adversus

Digitized by Google

Jerusalem, præsens autem revelatio ad universi orbis desolationem. Hos autem quidam dicunt Scythicas esse gentes aquilonares, quæ frequentes a suis quoque gentibus sese transmutarunt, et eos in quos irruunt, perdiderunt, atque toties ab horum incursu aiunt perditam esse Scythopolim Palæstinæ civitatem, ut inde nomen acceperit. Præterea quandam Gotthorum aciem circa partes Asiæ ac bellicosam multitudinem aiunt ita vocari, et Thaiphalos ac Gotthogræcos, quos communi sermone vocamus Hunnicos, quovis autem vicino regno potentiores esse dicunt ac bellicosiores, divina vero manu prohiberi ne mundo imperent usque ad diaboli solutionem, quemadmodum hic prænuntiatur. Quidam vero Gog ex Hebraica lingua interpretantur *collectum* aut *collectionem*, Magog vero, *elevatum* : ut per utrumque, tam collectionem videlicet quam elevationem, magnum et ingens malum manifestetur afferre hujus gentis irruptio his in quos sit irruptura, ut jam **816** diximus (62). Prædictum tempus mille annorum nonnulli tres annos cum dimidio a Christi baptismate usque ad ipsius in cœlum ascensum, nescio quo modo, acceperunt, post quos solvi diabolum intellexerunt. Alii vero post completionem sex millium annorum primam mortuorum resurrectionem solis dari sanctis dixerunt, ut in terra hac in qua tolerantiam exhibuerunt, deliciis ac gloria fruantur mille annis : et post hoc universalem fieri resurrectionem non justorum tantum, sed et peccatorum. Itaque cum nihil horum Ecclesia receperit, vanum est etiam id dicere. Nos igitur cum Dominum audiamus dicentem Sadducæis, quod, « Sicut sunt angeli Dei in cœlo, ita erunt et sancti [97] : » cum etiam dixerit Apostolus : « Regnum Dei non est cibus et potus [98] : » evangelicæ prædicationis durationem, mille annorum tempus accepimus. Nam veluti antea scriptum est, non est necesse eo numero intelligere mille annos. Neque enim illud quod in Canticis dictum est : « Afferet pro fructu ejus mille argenteos [99] : » rursumque a Solomone, « Mille tui pacifici et ducenti his qui custodiunt fructum ejus [1], » hunc significavit numerum, sed multitudinem et fructificationis perfectionem : quemadmodum et hic fidei fructificatio in perfectione significatur, post quam homo perditionis, filius iniquitatis veniet, ut judicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati juxta Apostolum et juxta Dominicum oraculum quo dixit : « Ego veni in nomine Patris mei, et non recepistis me : alius veniet nomine proprio, et illum accipietis [2]. » Tunc ergo, ut dictum est, solutus Satanas de carcere suo, seducet omnes gentes : et Gog et Magog movebit ad bellum ad orbis desolationem.

10. *Decimus est chrysoprasus.* Hic Thaddæo reponitur, qui Angaro regi Edeses, fidem Christi evangelizavit, quæ ab auri specie sic appellatur, et inde sibi pretium ambit, neque Prasii coloris expers est : sive designante revelatione quod per fidem in Christum oritur mortificatio ad ea quæ sunt affectuum, sive perpetuam vitam innuente, eo quod prasius color sive marrubium semper viret.

ι'. *Ὁ δέκατος, χρυσόπρασος.* Τούτῳ Θαδδαῖος ἀνάκειται, ὁ τῷ Ἀγγάρῳ βασιλεῖ Ἐδέσης τὴν τοῦ Χριστοῦ πίστιν εὐαγγελισάμενος, ἥτις χρυσὸς χρηματίζουσα τὴν ἰδέαν, καὶ ταύτῃ τὸ τίμιον ἑαυτῇ μνωμένη, οὐδὲ τοῦ πρασίου ἀμοιρεῖ, εἴτουν τὴν πρὸς τὰ ἐμπαθῆ νέκρωσιν τῆς κατὰ Χριστὸν πίστεως αἰνιττομένης τῆς ἀποκαλύψεως, εἴτε καὶ τὸ ἀείζωον διὰ τῆς ἀειθαλίας τοῦ πρασίου χρώματος.

11. *Undecimus est hyacinthus.* Huic qui cerulei coloris est sive aerem referentis Simon Zelotes assimilatur, figuram quidem gerens continue errantis turbæ zelantium, sive amatorum aut invidorum (ideo etiam veluti aerem ac ventum mente sequens) attamen per veritatis cognitionem, quanquam sero, zelum ad id quod optimum est accommodans.

ια'. *Ὁ ἑνδέκατος, ὑάκινθος.* Τούτῳ κυανίζοντι τὴν χρόαν, ἤγουν ἀερίζοντι ὁ Σίμων ὁ Ζηλωτὴς ἀπεικάζεται, τοῦ μὲν τῶν Ζηλωτῶν ἀειπλανοῦς στίφους χρηματίζων (διὸ καὶ ὡς ἀερίζων καὶ ἐξηνεμωμένος τὸ φρόνημα), ἀλλ' οὖν τῇ ἐπιγνώσει τῆς ἀληθείας, εἰ καὶ ὀψὲ, τὸν ζῆλον ἐπὶ τὸ βέλτιστον μεθαρμοσάμενος.

12. *Duodecimus est amethystus.* Hic fulvo colore Matthiæ merito segregabitur, qui una cum undecim particeps fuit visionis a cœlo fluentis cum ignito rore : propter quod dementes suspicati sunt illos temulentia oppletos, quanquam omnem sobrietatem affectu excederent. Ideo quoque amethysto assignatus est, quia amethystum præferens sparso ebrietatis rumore nequaquam vinci potuit.

ιβ'. *Ὁ δωδέκατος, ἀμέθυσος.* Οὗτος πυῤῥὸς τὸ χρῶμα φαινόμενος, τῷ Ματθίᾳ εἰκότως ἀφορισθήσεται, τῆς ἀπ' οὐρανοῦ ῥυείσης ὀπτασίας ἐμπύρου δρόσου τοῖς ἕνδεκα κοινωνοῦντι, παρὸ καὶ μέθῃ κατάληπτοι τοῖς ἀνοήτοις ὑπωπτεύθησαν, εἰ καὶ πάσης νήψεως κρείττους διέκειντο. Διόπερ καὶ τῷ ἀμεθύσῳ προσενεμήθη, ὅτι ὁ μηδὲ τὸν ἀμέθυσον ἐπιφερόμενος, ἡττᾶσθαι μέθῃ διατεθρύλληται.

XXI, 21-27. *Singulæ portæ ex singulis margaritis. Et platea civitatis aurum purum tanquam vitrum pellucidum. Et templum non vidi in ea : Deus enim omnipotens templum ejus est et agnus. Et civitas non eget sole neque luna, ut luceant in ea : nam gloria Dei illuminavit illam, et lucerna ejus est agnus. Et ambulabunt gentes per lucem ejus, et reges terræ afferent gloriam suam et honorem in illam. Et portæ ejus non claudentur per diem : nox enim non erit in ea. Et afferent gloriam et honorem gentium* **820** *in illam ut ingrediantur : et non intret in illam quidquid inquinat et abominationem facit et mendacium : sed soli qui scripti sunt in libro vitæ Agni.*

*Ἀνὰ εἷς ἕκαστος τῶν πυλώνων ἦν ἐξ ἑνὸς μαργαρίτου. Καὶ ἡ πλατεῖα τῆς πόλεως, χρυσίου καθαρὸν, ὡς ὕαλος διαυγής. Καὶ ναὸν οὐκ εἶδον ἐν αὐτῇ. Ὁ γὰρ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ναὸς αὐτῆς ἐστι, καὶ τὸ Ἀρνίον. Καὶ ἡ πόλις οὐ χρείαν ἔχει τοῦ ἡλίου, οὐδὲ τῆς σελήνης, ἵνα φαίνωσιν αὐτῇ. Ἡ γὰρ δόξα τοῦ Θεοῦ ἐφώτισεν αὐτὴν, καὶ ὁ λύχνος αὐτῆς τὸ Ἀρνίον. Καὶ περιπατήσουσι τὰ ἔθνη διὰ τοῦ φωτὸς αὐτῆς, καὶ οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς φέρουσι τὴν δόξαν καὶ τιμὴν αὐτῶν εἰς αὐτήν. Καὶ οἱ πυλῶνες αὐτῆς, οὐ μὴ κλεισθῶσιν ἡμέρας. Νὺξ γὰρ οὐκ ἔσται ἐν αὐτῇ. Καὶ οἴσουσι τὴν δόξαν καὶ τὴν τιμὴν τῶν ἐθνῶν εἰς αὐτὴν, ἵνα εἰσέλθωσιν. Καὶ οὐ μὴ εἰσέλθῃ εἰς αὐτὴν πᾶν κοινὸν καὶ ποιοῦν βδέλυγμα καὶ ψεῦδος, εἰ μὴ οἱ γεγραμμένοι ἐν τῷ βιβλίῳ τῆς ζωῆς τοῦ Ἀρνίου.*

Margaritis sanctos apostolos assimilavit, et in singulis ipsorum rem admirandam : non quod vitæ candorem demonstrarent, sed jam etiam magnitudine et altitudine conatuum inducerent stuporem. Plateam vero civitatis sive beatæ habitationis latitudinem ac vitæ durationem auro comparavit.

Μαργαρίταις, τοὺς ἁγίους ἀποστόλους ἀπεικάζει, καὶ ἀνὰ ἕκαστον αὐτῶν τὸ παράδοξον οὐχ ὅπως τῇ λευκότητι τοῦ βίου ἐπιφαίνοντας, ἀλλ' ἤδη καὶ τῷ μεγέθει καὶ ἀναστήματι τῶν ἐγχειρημάτων τὸ κατάπληκτον ἐπαγομένους. Τὴν δὲ πλατεῖαν τῆς πόλεως, ἤτοι τῆς μακαρίας κατασκηνώσεως, τὸ διεξοδικὸν καὶ βιώσιμον, χρυσίῳ ἀπείκασεν.

*Et civitas non eget sole neque luna.* Cunctis sensibilibus abolitis, merito quoque sol et luna abolentur : utpote omnibus quæ in illo statu sunt spiritualiter resplendentibus.

*Καὶ ἡ πόλις οὐ χρείαν ἔχει τοῦ ἡλίου οὐδὲ τῆς σελήνης.* Τῶν αἰσθητῶν ἁπάντων ἠχρειωμένων, εἰκότως καὶ ἥλιος καὶ σελήνη ἠχρείωται, ἅτε νοητῶς πάντων τῶν ἐν τῇ τηνικάδε καταστάσει περιαυγαζομένων.

*Nox enim non erit in ea.* Præterea neque nox ibi erit, in qua securitas claustris ac ropagulis quæritur : quia ibi divinæ portæ, quas apostolos esse diximus, efficaces erunt ad introductionem sive instructionem eorum quæ perfectiora sunt : cum enim

*Νὺξ γὰρ οὐκ ἔσται ἐν αὐτῇ.* Ἔτι μηδὲ νὺξ ἐκεῖ καθ' ἣν μοχλοῖς καὶ κλείθροις περιγίνεται ἡ ἀσφάλεια, ὅτι κἀκεῖ τοὺς θείους πυλῶνας, οὓς τοὺς ἀποστόλους εἶναι εἰρήκαμεν, ἐνεργεῖς ἔσονται πρὸς τὴν τῶν τελεωτέρων μύησιν. Ἡμέρας γὰρ οὔσης ἀεὶ,

Digitized by Google

καθ' ἣν τὰ τοῦ φωτὸς ἔργα πεπράξεται, πῶς οἷόν τε τὴν νυκτερινὴν ἀπραξίαν παρείσδυσιν ἐκεῖ σχεῖν, νυκτὸς τὸ παράπαν οὐκ οὔσης; Διισσὸν δὲ τὸ ὄνομα. Ἢ γὰρ τοῦτο βούλεται δηλοῦν ὅτι εἰρήνη ἔσται καὶ ἀσφάλεια, ὡς μηδὲ δεῖσθαι φυλακὴν ποιεῖσθαι τῆς πόλεως, τῇ τῶν πυλῶν ἀποκλείσει, ἢ τὸ κἀκεῖ τοὺς θείους πυλῶνας τῆς ἀποστολικῆς διδασκαλίας ἠνεῷχθαι πᾶσι πρὸς τὴν τῶν τελειοτέρων μάθησιν. Ἡμέρα δὲ ἔσται ἐκεῖ καὶ νὺξ, ὅτι αὕτη τοῖ, ἁμαρτωλοῖς ἀποκληρωθήσεται.

*Καὶ οἴσουσι τὴν δόξαν καὶ τὴν τιμήν.* Οἱ τὰ γήϊνα καταγωνισάμενοι πάθη, οἴσουσι δόξαν τῷ συναντιλαμβανομένῳ Θεῷ. Οὐδὲν γὰρ τῶν κατωρθωμένων ἀνθρώποις θείας ἐπικουρίας ἐκτὸς συσταίη. Οὓς ἄνω βασιλεῖς εἴρηκε γῆς, τούτους εἰσαγωγοὺς φησι τῶν ἐθνῶν τῆς δόξης καὶ τῆς τιμῆς. Τί δὲ διὰ τούτων παριστῶν; Ἢ ὅτι οἱ καταπαλαίσαντες τὰ περὶ γῆν ἰλυττώμενα πάθη τῷ καθ' ἑαυτοὺς ὑποδείγματι καὶ τοῖς λοιποῖς ἔθνεσιν εἰσαγώγιμον πεποιήκασι τὴν ἄνω Ἱερουσαλὴμ, οὗπερ ὑπόδειγμα, δόξα καὶ τιμὴ, ἢ πρὸς δόξαν καὶ τιμὴν τοῖς ἔθνεσι συνετέλεσε.

perpetuus sit dies in quo lucis opera peraguntur, quomodo possibile esset illud nocturnum otium irrepere, ubi nox omnino non erit? Duplex est autem intellectus. Aut enim hoc significare vult quod pax erit et securitas, ut neque civitati opus sit ponere custodiam claudendo portas: aut quod ibi quoque divinæ portæ doctrinæ apostolicæ omnibus apertæ sint, ad instructionem eorum quæ perfectiora sunt. Dies autem erit ibi, et non nox, quia hæc ad peccatores relegabitur.

*Et afferent gloriam et honorem.* Qui terrenos devicerunt affectus, ferent gloriam auxiliatori Deo. Nullum enim egregium facinus hominibus contingeret absque divino auxilio. Porro quos superius dixit reges terræ, nunc dicit inducentes gloriam et honorem gentium. Quid autem per hæc significat? Aut quod hi qui affectus ad terrena allicientes superarunt, suo exemplo cæteris quoque gentibus introductionem ad supernam Jerusalem præstiterunt, cujus exemplum sunt gloria et honor, aut ad gloriam et honorem gentibus profuerunt

## ΚΕΦΑΛ. ΞΗ'.

*Περὶ τοῦ καθαροῦ ποταμοῦ τοῦ ὀπτανθέντος ἐκ τοῦ θρόνου πορεύεσθαι.*

*Καὶ ἔδειξέ μοι ποταμὸν καθαρὸν, ὕδατος ζωῆς λαμπρὸν ὡς κρύσταλλον ἐκπορευόμενον ἐκ τοῦ θρόνου τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ Ἀρνίου ἐν μέσῳ τῆς πλατείας αὐτῆς. Καὶ τοῦ ποταμοῦ ἐντεῦθεν καὶ ἐκ ἴθεν ξύλον ζωῆς ποιοῦν καρποὺς δώδεκα κατὰ μῆνα ἕνα ἕκαστον ἀποδιδοὺς τὸν καρπὸν αὐτοῦ, καὶ τὰ φύλλα τοῦ ξύλου εἰς θεραπείαν τῶν ἐθνῶν. Καὶ πᾶν κατάθεμα οὐκ ἔσται ἐκεῖ. Καὶ ὁ θρόνος τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ Ἀρνίου ἐν αὐτῇ ἔσται. Καὶ οἱ δοῦλοι αὐτοῦ λατρεύσουσιν αὐτῷ, καὶ ὄψονται τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπὶ τῶν μετώπων αὐτῶν. Καὶ νὺξ οὐκ ἔσται ἐκεῖ, καὶ χρείαν οὐκ ἔχουσι λύχνου καὶ φωτὸς ἡλίου, ὅτι Κύριος ὁ Θεὸς φωτίζει αὐτούς. Καὶ βασιλεύσουσιν εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.*

Διττὴν ἴσμεν τοῦ ποταμοῦ τὴν ὠφέλειαν, δίψους ἀνάκτησιν, καὶ ῥύπου κάθαρσιν, ὧν ἀμφοτέρων πλήρης ἡ κατὰ τὸ εὐαγγελικὸν Χριστοῦ κήρυγμα ζωή. Δίψος τε γὰρ ἀνεκτήσατο τῶν πρὸ τῆς παρουσίας Χριστοῦ προφητῶν, « Ἐδίψησέ σε, » φασκόντων, « ἡ ψυχὴ ἡμῶν, » καὶ βαπτίσματι θεουργῷ τοὺς λουομένους ἁγνίζουσα ἐκάθαρε. Καὶ ὅτι τὸ βάπτισμα σκοπὸς παρεμφαίνειν τὸν ποταμὸν τῷ εὐαγγελιστῇ, ἐνταῦθα ἐχέγγυον πιστώσασθαι τὸ ἀπὸ τοῦ θρόνου τοῦ Ἀρνίου ἐκπορεύεσθαι αὐτὸν ὑποθέσθαι, καὶ μέσον τῆς πλατείας διαῤῥεῖν, τοῦ εὐαγγελικοῦ δηλαδὴ κηρύγματος. Οὐ γάρ ἐστιν εἰς τὴν ἄνω Ἱερουσαλὴμ εἰσελθεῖν, κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου φωνὴν, τὸν μὴ ἄνωθεν ἀναγεννηθέντα δι' ὕδατος καὶ πνεύματος.

*Καὶ τοῦ ποταμοῦ ἐντεῦθεν καὶ ἐκεῖθεν.* Ἐντεῦθεν καὶ ἐκεῖθεν τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος, ἐντεῦ-

## 831 CAPUT LXVIII.

*De fluvio puro qui visus est ex throno procedere.*

XXII, 1-5. *Et ostendit mihi fluvium purum aquæ vivæ, splendidum tanquam crystallum, procedentem de throno Dei et Agni in medio plateæ ejus. Et ex utraque parte fluvii lignum afferens fructus duodecim, per menses singulos reddens fructum suum: et folia ligni ad medelam gentium. Et omne maledictum non erit amplius, sed thronus Dei et Agni in illa erit: et servi ejus servient illi, et videbunt faciem ejus: et nomen ejus in frontibus ipsorum. Et nox non erit ibi: et non egent lucerna nec luce solis, quoniam Dominus Deus illuminat illos. Et regnabunt in sæcula sæculorum.*

Duplicem novimus fluminis utilitatem, nempe sitis refocillationem et sordium purgationem. Utriusque plena adeptio est in vita quæ est juxta Evangelii Christi prædicationem. Nam et sitim refocillavit prophetarum qui fuerant ante Christi adventum et dicebant, « Sitivit te anima mea [11], » et eos qui sacro et efficaci baptismate lavantur, expiando purgavit. Et quod evangelistæ scopus sit ut fluvius referat baptisma, hinc idoneum est argumentum ad confirmandum, quod et ipsum procedere supponit de throno Dei et Agni, et diffluere in medio plateæ, evangelicæ videlicet prædicationis. Neque enim potest quisquam in supernam ingredi Jerusalem, juxta Domini vocem, nisi qui superne regeneratus sit per aquam et sanguinem.

*Et ex utraque parte fluvii.* Ex utraque parte evangelicæ prædicationis: ex hac quidem secundum

[11] Psal. LXII, 2.



Digitized by Google

præsentem vitam, ex illa vero secundum futurum sæculum. Lignum autem vitæ divinam vocat sapientiam. Hujus autem ligni est doctrina Christo adhærens, quæ a præsenti felicitate ad futuram beatitudinem occurret. **832** Quæ est autem præsens felicitas? Decenter et opportune tractare divinas virtutes, et non intempestive aut præsumptuose inefficaci studio vanas efficere. Æquali autem numero cum laborantibus est et opportuna tractatio, quia neque prolongare, sed prævenire potius tempus solutionis oportet erga operarios qui faciant ordinate dirigi singula in sapientia. Ad hæc folia quoque ligni ad sanitatem gentium ait denuntiari sive vaticinio prædici; at quid per hæc vult proponere? Scimus sane folium esse, fructus operimentum adornans: et ex hoc intelligimus, quod perfectiora secundum Deum opera, et per crystallinam pellucentiam circumfulgentia, perfectissimis in virtute ad examinationem committuntur, siquidem, « Potentes potenter examinabuntur [12]. » Quæcunque vero alimentum fructuum non participant, sed plantam solum assumunt in signum quod mortua non sint, ad medelam gentium assignantur. His enim ad Christi obsequium accedentibus, superfluum foret in ipsis exacte indagare.

*Sed thronus Dei et Agni in illa erit.* Qui dilectis Deo virtutibus seipsum in divinum vehiculum præparavit, ad Dei et Agni requiem, per divinas Veteris Novique Testamenti instructiones impigre currens, ac divinæ dedicationis particeps feliciter effectus, hic civitatis supernæ Jerusalem habitator erit, videbitque Deum facie ad faciem, non per ænigmata, sed quemadmodum sanctis apostolis in monte sancto visus est, veluti ait magnus Dionysius.

*Et regnabunt in sæcula sæculorum.* Sancti videlicet conregnabunt Christo per infinita sæcula.

## CAPUT LXIX.

*Quod fide digna sint quæ ab Apostolo visa sunt.*

XXII, 6. *Et dixit mihi : Hi sermones fide digni sunt et veri. Et Dominus Deus spirituum prophetarum misit angelum suum,* **833** *ut ostenderet servis suis quæ oportet fieri cito.*

Quod solet facere beatus hic evangelista, hic quoque observat : quemadmodum et in Evangelio in signo cognitionis quod esset legitimum : « Et scimus, inquit, quod verum sit testimonium ejus [13]: » Ita et nunc consignans ait sermones fide dignos ac veros expositos esse : inde fidem trahentes, nempe quod a Domino Deo qui etiam doni prophetarum Dominus est. Nam hoc significare vult per hoc quod ait *Dominus spirituum*, ac si dixisset, Dominus prophetici doni.

[12] Sap. vi, 7. [13] Joan. xxi, 24.

θεν, κατὰ τὴν παροῦσαν ζωὴν, ἐκεῖθεν, κατὰ τὸν μέλλοντα αἰῶνα. Ξύλον δὲ ζωῆς, τὴν ἔνθεόν φησι σοφίαν. Τούτου τοῦ ξύλου, ἡ κατὰ Χριστὸν ἐχομένη διδασκαλία ἀπὸ τῆς ἐντεῦθεν εὐπραγίας εἰς τὴν μακαριότητα καταντήσει. Τίς δὲ ἡ ἐντεῦθεν εὐπραγία; Τὸ προσηκόντως μεταχειρίζεσθαι καὶ κατὰ καιρὸν τὰς θεοποιοὺς ἀρετὰς, ἀλλὰ μὴ ἀκαίρως ἢ ὑπερβαθμίως ἐπ' ἀνηνύτῳ σπουδάσματι ματαιοποιεῖν. Ἰσάριθμος δὲ τοῖς διαπονοῦσι καὶ ἡ κατὰ καιρὸν μεταχείρησις, ὅτι μηδ' ὑπερτείνειν, ἀεὶ δὲ ἐνδεῖν ἐχρῆν τοῦ καιροῦ τοὺς ἐργάτας, τεταγμένως δὲ διεξάγεσθαι τὰ πάντα ἐν σοφίᾳ ποιοῦντας. Πρὸς τούτοις, καὶ τὰ φύλλα φησὶ τοῦ ξύλου εἰς θεραπείαν καταγγέλλεσθαι, οἱονεὶ φημίζεσθαι, τῶν ἐθνῶν, τί διὰ τούτων ἐνστῆσαι θέλων; Τὸ φύλλον οὖν περικάρπιον ἴσμεν σκέπασμα. Ἐκ τούτου συνίεμεν ὡς τὰ τελεώτερα τῶν κατὰ Θεὸν καὶ διαυγείᾳ κρυσταλλοειδεῖ περιαυγαζομένων ἔργων τοῖς τελεωτάτοις κατ' ἀρετὴν εἰς ἐξέτασιν ἀνατίθεται· « Δυνατοὶ γὰρ δυνατῶς ἐτασθήσονται. » Ὅσα δὲ τοῦ τροφίμου μὲν ἀμοιρεῖ τῶν καρπῶν, εἰς δεῖγμα δὲ τοῦ ὅτι τέθνηκε, τὸ φυτὸν μόνον παραλαμβάνεται, τῇ τῶν ἐθνῶν θεραπείᾳ προσνέμεται. Τῇ Χριστοῦ γὰρ τούτων ὑπαχθέντων δουλείᾳ, τὸ πρὸς ἀκρίβειαν, περιττὸν ἐπὶ τούτων ἀνερευνᾷν.

*Καὶ ὁ θρόνος τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ Ἀρνίου ἐν αὐτῇ ἔσται.* Ὁ ἀρεταῖς θεοφιλέσιν, εἰς ὄχημα θεῖον ἑαυτὸν ηὐτρεπικὼς, εἰς τὴν Θεοῦ δὲ καὶ τοῦ Ἀρνίου ἀνάπαυσιν διὰ τῶν τῆς Παλαιᾶς καὶ Καινῆς Διαθήκης θείων εἰσηγήσεων ἀόκνως δραμὼν, καὶ θείας ἱδρύσεως ηὐμοιρηκὼς, αὐτὸς τῆς πόλεως τῆς ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἔσται οἰκήτωρ, καὶ ὄψεται τὸν Θεὸν πρόσωπον πρὸς πρόσωπον, οὐ δι' αἰνιγμάτων, ἀλλ' ὥσπερ τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις ἐν τῷ ἁγίῳ ὄρει τεθέαται, ὥς φησιν ὁ μέγας Διονύσιος.

*Καὶ βασιλεύσουσιν εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.* Οἱ ἅγιοι δηλονότι συμβασιλεύσουσι Χριστῷ εἰς τοὺς ἀτελευτήτους αἰῶνας.

## ΚΕΦΑΛ. ΞΘʹ.

*Περὶ τοῦ ἀξιοπίστου τῶν τεθεαμένων τῷ Ἀποστόλῳ.*

*Καὶ εἶπέ μοι· Οὗτοι οἱ λόγοι, πιστοὶ καὶ ἀληθινοί. Καὶ Κύριος ὁ Θεὸς τῶν πνευμάτων τῶν προφητῶν ἀπέστειλε τὸν ἄγγελον αὐτοῦ δεῖξαι τοῖς δούλοις αὐτοῦ ἃ δεῖ γενέσθαι ἐν τάχει.*

Τὸ εἰωθὸς αὐτῷ ὁ μακάριος οὗτος εὐαγγελιστὴς κἀνταῦθα, ὡς καὶ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ αὐτοῦ, εἰς γνώρισμα τοῦ γνησίου, τὸ, *Καὶ οἴδαμεν ὅτι ἀληθὴς ἐστιν ἡ μαρτυρία αὐτοῦ*· οὕτω καὶ νῦν ἐπισφραγίζων φησὶ, τοὺς λόγους πιστοὺς καὶ ἀληθινοὺς ἐκτεθεῖσθαι, ἐκεῖθεν ἕλκοντας τὸ πιστὸν, ἀπὸ Κυρίου τοῦ Θεοῦ δηλαδὴ, ὃς καὶ τοῦ χαρίσματος τῶν προφητῶν Κύριος. Τοῦτο γὰρ βούλεται παριστᾷν διὰ τοῦ, *Κύριος τῶν πνευμάτων*· ὡσπερεὶ ἔλεγεν· Κύριος τοῦ προφητικοῦ χαρίσματος.

Digitized by Google

### ΚΕΦΑΛ. Ο'.

*Ὅτι Θεὸς τῶν προφητῶν ὁ Χριστὸς καὶ Δεσπότης τῶν ἁπάντων.*

*Ἰδοὺ ἔρχομαι ταχύ. Μακάριος ὁ τηρῶν τοὺς λόγους τῆς προφητείας τοῦ βιβλίου τούτου. Καὶ ἐγὼ Ἰωάννης ὁ βλέπων καὶ ἀκούων ταῦτα. Καὶ ὅτε ἤκουσα καὶ ἔβλεψα, ἔπεσον προσκυνῆσαι ἔμπροσθεν τῶν ποδῶν τοῦ ἀγγέλου τοῦ δεικνύντος μοι ταῦτα. Καὶ λέγει μοι· Ὅρα μή· σύνδουλός σού εἰμι ἐγὼ, καὶ τῶν ἀδελφῶν σου τῶν προφητῶν, τῶν τηρούντων τοὺς λόγους τοῦ βιβλίου τούτου. Τῷ Θεῷ προσκύνησον.*

Τοὺς τηροῦντας λέγει τοὺς σπουδάζοντας μὴ περιπεσεῖν ταῖς εἰρημέναις κολάσεσιν ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ, ἀλλὰ διὰ βίου θεαρέστως ἀμοιρεῖν αὐτῶν.

B *Καὶ ἐγὼ Ἰωάννης ὁ βλέπων καὶ ἀκούων ταῦτα.* Καὶ τοῦτο τῆς ἀποστολικῆς ψυχῆς ἰδίωμα. Ὅπερ γὰρ καὶ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ πεποίηκεν εἰπών· « Καὶ ὁ ἑωρακὼς μεμαρτύρηκε καὶ ἀληθής ἐστιν ἡ μαρτυρία αὐτοῦ, » τοῦτο κἀνταῦθα ποιεῖ αὐτήκοος εἶναι καὶ αὐτόπτης τῶν προφητευθέντων ὁμολογήσας. Διὰ γὰρ τούτου τὰ ἑωραμένα ἐπιστώσατο. Ἔδειξε δὲ καὶ, ὡς προείρηται, τὸ τοῦ διατυποῦντος ἀγγέλου, καὶ τὸ ἑαυτοῦ εὐλαβές.

### ΚΕΦΑΛ. ΟΑ'.

*Ὅπως ἐκελεύσθη μὴ σφραγίσαι, ἀλλὰ κηρύξαι τὴν ἀποκάλυψιν.*

C *Καὶ λέγει μοι· Μὴ σφραγίσῃς τοὺς λόγους τῆς προφητείας τοῦ βιβλίου τούτου. Ὁ καιρὸς ἐγγύς ἐστι. Ὁ ἀδικῶν ἀδικησάτω ἔτι, καὶ ὁ ῥυπαρὸς ῥυπαρευθήτω ἔτι, καὶ ὁ δίκαιος δικαιοσύνην ποιησάτω ἔτι, καὶ ὁ ἅγιος ἁγιασθήτω ἔτι. Ἰδοὺ ἔρχομαι ταχύ. Καὶ ὁ μισθός μου μετ' ἐμοῦ ἀποδοῦναι ἑκάστῳ ὡς τὸ ἔργον αὐτοῦ ἔσται. Ἐγὼ τὸ ἄλφα καὶ τὸ ὠμέγα, ἀρχὴ καὶ τέλος, ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος.*

*Μὴ σφραγίσῃς*, καὶ τὰ ἑξῆς. Τουτέστι, Μὴ παρὰ σαυτῷ συγκλείσας φυλάξῃς, ἀλλὰ φανέρωσον ἅπασιν. Διὰ δὲ τοῦ, *Ὁ καιρὸς ἐγγύς ἐστι*, τοιοῦτό τι βούλεται δηλοῦν. Ὁ καιρὸς τῆς ἐκβάσεως τῶν εἰρημένων, οὐ τὸ πλεῖστον ἀπέχει τῶν εἰρημένων ὡς τότε, ἀλλὰ μὴ νῦν χρείαν ἔχεις αὐτῶν ἀκούειν. Ὅσον D μὲν οὖν τὸ μὴ ἤδη παρεῖναι, ἀκούειν χρεία, ὅσον δὲ τὸ μόνον οὐ παρεῖναι, ἀλλὰ σχεδὸν ἐνεργεῖσθαι, περιττὸν τὸ ἀκούειν.

*Ὁ ἀδικῶν ἀδικησάτω ἔτι.* Οὐ προτροπὴ τοῦτο, ἀλλ' ἔλεγχος τῆς ἑκάστου πρὸς ὅ τι καὶ βούλοιτο ὁρμῆς.

*Ἰδοὺ ἔρχομαι ταχύ.* Τὸ *Ταχὺ* εἴτε συγκρίσει τῶν ἀπεράντων αἰώνων εἴρηται, ἢ καὶ πρὸς εὐθυμίαν τῶν ἀπεκδεχομένων τὴν ἀντίδοσιν, ἢ καὶ διὰ τὸ ἀπαραλόγιστον καὶ πάντως ἀνυπερθέτως ἐσόμενον.

*Ἐγὼ τὸ ἄλφα καὶ τὸ ὠμέγα.* Ὅτι μὲν διὰ τοῦ ὑποδείγματος τῶν γραμμάτων ἀρχὴν παρεδήλωσε

[14] Joan. XIX, 35.

A

### CAPUT LXX.

*Quod Christus sit Deus prophetarum ac Dominus omnium.*

XXII, 7-9. *Ecce venio cito. Beatus qui servat sermones prophetiæ libri hujus. Et ego Joannes videbam et audiebam hæc. Cumque audissem ac vidissem, procidi ut adorarem ante pedes angeli qui ostendebat mihi hæc. Et ait mihi : Vide ne feceris : conservus tuus sum ego et fratrum tuorum prophetarum, et eorum qui servant sermones libri hujus. Deum adora.*

Servantes dicit eos qui student ne incidant in supplicia quæ dicta sunt in hoc libro, sed per vitam Deo gratam expertes sint ipsorum.

*Et ego Joannes videbam et audiebam hæc.* Est autem et hic modus loquendi hujus apostolici animi. Quod enim et in Evangeliis fecit, dicens : « Et qui vidit, testimonium perhibuit, et verum est testimonium ejus [14], » hoc etiam in hoc loco facit : attestans quod fuerit ipse auditor ipseque inspector eorum quæ prophetata sunt ; per hoc enim ea quæ visa sunt confirmavit. Ostendit autem ut prædictum est et angeli instituentis pietatem, et sui animi verecundam modestiam.

### 834 CAPUT LXXI.

*Quod jussum ipsi fuerit ne obsignaret, sed ut prædicaret hanc revelationem*

XXII, 10-13. *Et dicit mihi : Ne obsignaveris sermones prophetiæ libri hujus : tempus prope est. Qui nocet noceat adhuc, et qui sordidus est sordescat adhuc, et justus justificetur adhuc, et sanctus sanctificetur adhuc. Ecce venio cito, et merces mea mecum est, ut dem unicuique sicut opus illius erit. Ego sum a et ω, principium et finis, primus et novissimus.*

*Ne obsignaveris*, etc. Hoc est, ne apud te conclusos serves, sed manifesta omnibus. Per hoc autem quod ait : *Tempus prope est*, tale quidpiam significare vult. Tempus quo contingant ea quæ dicta sunt non multum abest a dictis rebus ut tunc contingant, at non modo tibi necesse est ea audire. Quatenus igitur nunc non adsunt, opus est audire : sed quatenus tantum non adsunt, sic tamen ut brevi futura sint, supervacaneum esset audire.

*Qui nocet noceat adhuc.* Non id adhortatio est, sed ut quisque convincatur de eo ad quodcunque elegerit accedere.

*Ecce venio cito.* Dictum est *Cito*, aut comparatione ad infinita sæcula, aut ad exsultationem eorum qui suscepturi sunt retributionem : aut etiam quia inevitabiliter et certe absque longa dilatione futurum est.

*Ego sum a et ω.* Quod per exemplum litterarum significaverit principium ac finem, non est difficile

Digitized by Google

intelligere, ex eo quod ipse quoque subjunxit. Illis tamen qui exactiores sunt in indagando contingit quærere, cur non id per alia designaverit, quam per litteras. Dicimus ergo quod quia hujusmodi promissionum quæ solo sermone honoratæ sunt, susceptionem ac eventum sperare et exspectare contingit, propterea hoc modo et non alio quocunque significavit. Signum autem hujusmodi institutionis fuit inventio litterarum. **835** Nam hæ ipsæ juxta Stagiritem symbola sunt hominum in clara facileque significanti voce. Propterea quoque ipsi visum est uti voce significativa nominum : et merito tali institutione usus est, talibusque demonstrationibus principii ac finis.

XXII, 14-17. *Beati qui faciunt præcepta ejus, ut sit potestas eorum in libro vitæ, et per portas intrent in civitatem. Foris canes, et venefici, et scortatores, ac homicidæ, omnesque idololatræ, et quisquis facit et amat mendacium. Ego Jesus misi angelum meum, ut hæc testificaretur vobis Ecclesiis. Ego sum radix et genus David, stella matutina splendida. Et spiritus et sponsa dicunt : Veni; et qui audit dicat : Veni. Et qui sitit, veniat; et qui vult accipiet aquam vitæ gratis.*

Jam dictum est quod lignum vitæ appellet divinæ sapientiæ oracula, quæ in rebus agendis quæ jucundissimum habent exercitium, sanctorum potestatem transvehunt, ut per dicta apostolica libere ac prospere ducant ad supernam Jerusalem. Quod autem portæ sint apostoli, jam visum est.

*Foris canes, et venefici, et scortatores.* Non solum apertos infideles, sed et scortatores arcet propter illorum impudentiam ac impuritatem : de quibus etiam divinus ait Moses : « Non afferes pretium scorti, et pretium sive commutationem canis in domum Domini Dei tui ad omnem confusionem tuam [13]. »

*Ego Jesus misi angelum meum.* Hoc etiam loco dominandi dignitas ostenditur in eo qui misit angelum.

*Ut testificaretur.* Hoc est, protestaretur, non in occulto aut in abscondito, sed audientibus cunctis ubique locorum Ecclesiis; ne quis spontanea malitia ignorantiam prætexens, maneat incorrectus, eo quod male sit affectus. Porro quod ait : *Ego sum radix et genus David*, magis consentaneum est ut intelligatur : Ego sum ramus qui de radice David germinavi. Genus vero, ut qui ex eo germinaverim, ut essem Emmanuel ex divinitate et humanitate. Stella autem matutina splendida ipse Dominus appellatur : matutina quidem, tanquam omnis sapientiæ et sobrietatis auctor : splendida **836** vero, tanquam « illuminans omnem hominem venientem in mundum [14]. » Spiritum præterea vocat eos qui digni habentur spiritualibus nuptiis, sponsam au-

[13] Deut. XXIII, 18. [14] Joan. I, 9.

A καὶ τὸ τέλος, οὐδὲν δυσχερὲς ἐννοῆσαι, καθ' ὅτι καὶ αὐτὸς ὑπέθετο. Ζητεῖν δὲ τοῖς ἐξεταστικωτέροις περιγίνεται, τίνος χάριν μὴ δι' ἑτέρων τοῦτο, εἰ μὴ διὰ τῶν γραμμάτων ὑπέφηνε. Φαμὲν οὖν ὡς, ἐπειδὴ τὴν ἀπεκδοχὴν τῶν τοιούτων ἐπαγγελιῶν μόνῳ τῷ λόγῳ τετιμημένων ἔστι προσδοκᾶν, διὰ τοῦτο τὸν τρόπον τοῦτον καὶ οὐκ ἄλλως πως ἐδήλωσε. Τεκμήριον δὲ τῆς τοιαύτης δημιουργίας, ἡ τῶν γραμμάτων εὕρεσις. Αὐτὰ δὲ ταῦτα, κατὰ τὸν Σταγειρίτην, σύμβολα τῶν ἐν τῇ εὐσήμῳ φωνῇ ἀνθρώπων. Διὰ τοῦτο καὶ τὸ δηλωτικῇ τῶν ὀνομάτων χρῆσθαι φωνῇ ἐδόκει αὐτῷ. Καὶ εἰκότως τῇ τοιαύτῃ δημιουργίᾳ καὶ τοιούτοις ὑποδείγμασι τῆς ἀρχῆς ἐχρήσατο καὶ τοῦ τέλους.

*Μακάριοι οἱ ποιοῦντες τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, ἵνα* B *ἔσται ἡ ἐξουσία αὐτῶν ἐπὶ τὸ ξύλον τῆς ζωῆς, καὶ τοῖς πυλῶσιν εἰσέλθωσιν εἰς τὴν πόλιν. Ἔξω οἱ κύνες, καὶ οἱ φαρμακοὶ, καὶ οἱ πόρνοι, καὶ οἱ φονεῖς, καὶ οἱ εἰδωλολάτραι, καὶ πᾶς ὁ ποιῶν καὶ φιλῶν ψεῦδος. Ἐγὼ Ἰησοῦς ἔπεμψα τὸν ἄγγελόν μου μαρτυρῆσαι ὑμῖν ταῦτα ταῖς Ἐκκλησίαις. Ἐγώ εἰμι ἡ ῥίζα καὶ τὸ γένος Δαυῒδ, ὁ ἀστὴρ ὁ πρωϊνὸς ὁ λαμπρός. Καὶ τὸ πνεῦμα καὶ ἡ νύμφη λέγουσιν· Ἔρχου. Καὶ ὁ ἀκούων εἰπάτω· Ἔρχου. Καὶ ὁ διψῶν ἐρχέσθω. Καὶ ὁ θέλων λαβέτω ὕδωρ ζωῆς δωρεάν.*

Ἤδη εἴρηται, ὅτι τὸ ξύλον τῆς ζωῆς, τὰ θεόσοφα λόγια καλεῖ, ἃ περὶ τὰ πρακτικὰ κατὰ τὸ εὐφρονέστατον τὴν σχολὴν ἔχοντα, τὴν τῶν ἁγίων ἐξουσίαν C διαπορθμεύεται, ἐλευθερίως διὰ τῶν ἀποστολικῶν ῥήσεων εὐοδούμενα πρὸς τὴν ἄνω Ἱερουσαλήμ. Τοὺς πυλῶνας δὲ ὅτι οἱ ἀπόστολοι, ἤδη τεθεώρηται.

*Ἔξω οἱ κύνες, καὶ οἱ φαρμακοὶ, καὶ οἱ πόρνοι.* Οὐ μόνον τοὺς ἀναιδεῖς ἀπίστους, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἡταιρηκότας διὰ τὸ ἀναιδὲς αὐτῶν καὶ ἀκάθαρτον ἀπελαύνει, περὶ ὧν καὶ ὁ θεσπέσιός φησι Μωϋσῆς· « Οὐ προσοίσεις μίσθωμα πόρνης, καὶ ἄλλαγμα κυνὸς εἰς οἶκον Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου, πρὸς πᾶσαν εὐχήν σου. »

*Ἐγὼ Ἰησοῦς ἔπεμψα τὸν ἄγγελόν μου.* Κἀνταῦθα τὸ Δεσποτικὸν τοῦ πεπομφότος τὸν ἄγγελον ἀξίωμα δείκνυται.

*Μαρτυρῆσαι* δὲ τὸ διαμαρτύρασθαι, οὐκ ἐν κρυφῇ, ἀλλ' ἐν παραβύστῳ, ἀλλ' ἀκουόντων ἁπάντων ἁπανD ταχοῦ Ἐκκλησιῶν, ἵνα μή τις ἐθελοκάκως ἄγνοιαν προφασισάμενος μείνῃ ἀδιόρθωτος, πονήρως διακείμενος. Τὸ δὲ, *Ἐγώ εἰμι ἡ ῥίζα καὶ τὸ γένος Δαυῒδ*, ἀκολουθότερον οὕτω νοεῖν· Ἐγώ εἰμι ὁ ἐκ τῆς ῥίζης τοῦ Δαυῒδ βλαστήσας κλάδος. Γένος δὲ, ὡς ἐξ οὗ κατὰ σάρκα ἐκβλαστήσας, ὡς εἶναι τὸν Ἐμμανουὴλ ἐκ θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος. Ἀστὴρ δὲ πρωϊνὸς, αὐτὸς ὁ Κύριος χρηματίζει. Πρωϊνὸς μὲν, ὡς πάσης σωφροσύνης παραίτιος. Λαμπρὸς δὲ, ὡς « φωτίζων πάντα ἄνθρωπον εἰς τὸν κόσμον ἐρχόμενον. » Πνεῦμα δὲ καλεῖ, τοὺς ἠξιωμένους τοῦ πνευματικοῦ γάμου, νύμφην δὲ τὴν Ἐκκλησίαν. Τὸ δὲ, *Καὶ ὁ ἀκούων*, τούτους ὑπεμ-

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

φαίνει τοὺς μήπω μὲν τῇ ἀγέλῃ προσειλημμένους, εἰς ἀκοὴν δὲ τῶν θείων ἀκουσμάτων παρεσκευασμένους, οἳ καὶ ἐπισπεύδουσι γνῶναι τὸν Κύριον.

tem Ecclesiam. Cæterum quod subditur, *Qui audit*, eos denotat qui ad gregem nondum assumpti sunt, sed tamen ad audienda divina præcepta præparati, qui etiam festinant ac studium adhibent, ut cognoscant Dominum.

## ΚΕΦΑΛ. ΟΒ'.

*Ὅπως ἡ Ἐκκλησία καὶ τὸ ἐν αὐτῇ Πνεῦμα προσκαλοῦνται τὴν τοῦ Χριστοῦ ἔνδοξον ἐπιφάνειαν· καὶ περὶ τῆς ἀρᾶς ἣ ὑποβάλλονται οἱ τὴν βίβλον παραχαράττοντες ὡς ἄκυρον.*

## CAPUT LXXII.

*Quod Ecclesia et Spiritus qui in ea est gloriosum expetant Christi adventum, et de maledictione cui sunt obnoxii qui librum hunc adulterant ac depravant, tanquam irritum et abrogatum.*

*Μαρτύρομαι ἐγὼ παντὶ τῷ ἀκούοντι τοὺς λόγους τῆς προφητείας τοῦ βιβλίου τούτου. Ἐάν τις ἐπιθῇ ἐπ' αὐτὰ, ἐπιθήσει ἐπ' αὐτὸν ὁ Θεὸς τὰς ἑπτὰ πληγὰς τὰς γεγραμμένας ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ. Καὶ ἐάν τις ἀφέλῃ ἀπὸ τῶν λόγων τοῦ βιβλίου τῆς προφητείας ταύτης, ἀφελεῖ ὁ Θεὸς τὸ μέρος αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς καὶ ἐκ τῆς πόλεως τῆς ἁγίας τῶν γεγραμμένων ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ. Λέγει ὁ μαρτυρῶν ταῦτα· Ναὶ, ἔρχομαι ταχύ. Ἀμήν. Ἔρχου, Κύριε Ἰησοῦ Χριστέ. Ἡ χάρις τοῦ Χριστοῦ μετὰ πάντων τῶν ἁγίων. Ἀμήν.*

XXII, 18-21. *Testificor ego omni audienti sermones prophetiæ libri hujus. Si quis apposuerit ad hæc, apponet super illum Deus septem plagas scriptas in libro hoc. Et si quis abstulerit de sermonibus prophetiæ libri hujus, auferet Deus partem ejus de libro vitæ, et de civitate sancta, et ex his quæ scripta sunt in libro isto. Dicit qui testimonium perhibet de his: Etiam venio cito. Amen. Veni, Domine Jesu Christe. Gratia Christi cum omnibus sanctis. Amen.*

*Μαρτύρομαι ἐγώ.* Ἀντὶ τοῦ, Διαμαρτύρομαι, οἱονεὶ διαβεβαιοῦμαι, πιστὸν ἀποφαίνομαι καὶ ἀπαράβατον πᾶν τὸ ἐπισημανθὲν τοῖς λόγοις τῆς προφητείας ταύτης. Μαρτύρομαι δὲ ταύτας τὰς πληγὰς ἁπάσας μέλλειν ἀπενεχθήσεσθαι ἀμετατρέπτως, τὰς δι' ὅλου τοῦ βιβλίου τούτου ἐπηγγελμένας.

*Testificor ego.* Hoc est, protestor, affirmo, fide dignum assero et incommutabile quidquid significatum est per sermones hujus prophetiæ. Testificor autem omnes has plagas inevitabiliter inferendas esse quæ toto hoc libro denuntiatæ sunt.

*Ἐάν τις ἐπιθῇ ἐπ' αὐτά.* Διαμαρτύρεται τοῖς ἀκούουσι, μήτε ἀφελεῖν, μήτε προσθεῖναι, ἀλλὰ τὰ γραφικὰ ἰδιώματα τῶν Ἀττικῶν συντάξεων καὶ τῶν διαλεκτικῶν συλλογισμῶν μὴ ἡγεῖσθαι ἀξιοπιστότερα ἢ σεμνότερα.

*Si quis apposuerit ad hæc.* Protestatur audientes ne auferant neque addant: neque graphica Atticarum descriptionum aut dialecticorum syllogismorum idiomata existiment fide digniora esse aut venustiora.

*Λέγει ὁ μαρτυρῶν ταῦτα.* Ὁ διαμαρτυρόμενος ταῦτα, δι' ἐμοῦ, φησὶ, λέγει. Τί; *Ναὶ ἔρχομαι ταχύ.* Διέκοψε γὰρ τὸν εἱρμὸν τοῦ λόγου, ὡς καὶ πρὸ τούτου μεταξὺ τοῦ ἀφ' ἑαυτοῦ λόγου, τὸν χρηματίζοντα Χριστὸν αὐτοπρόσωπον εἰσάγων. Οὕτως οὖν καὶ νῦν τάχα εἰς παραμυθίαν τοῦ χρηματισθέντος ταῦτα, γηραιοῦ ὄντως φησὶ τό· *Ναὶ ἔρχομαι.* Ἢ οὖν ἀπὸ τοῦ χρηματίζοντος, ἢ καὶ ἀπὸ τοῦ χρηματιζομένου ἀκουστέον, ἵνα νοοῖτο οὕτως· Ἐγὼ ὁ μαρτυρῶν ταῦτα, εἰ καὶ τῇ ἀναγκαίᾳ τοῦ βίου ἐλαύνομαι προθεσμίᾳ καὶ πρὸ τοῦ ἐπιστῆναι ταῦτα, ἀλλ' οὖν καὶ αὐτὸς μηδὲν ἀναβαλλόμενος, *Ἔρχου, Κύριε Ἰησοῦ Χριστέ*, κατὰ τὴν δευτέραν σου παρουσίαν. Τὸ δὲ, *Ἡ χάρις τοῦ Χριστοῦ μετὰ πάντων τῶν ἁγίων*, βεβαιοῦντός ἐστιν.

*Dicit qui testimonium perhibet de his.* **837** Qui hæc, inquit, per me protestatur, dicit. Quid? *Etiam venio cito.* Interrupit enim seriem sermonis, sicut etiam ante hoc in suo sermone, Christum inducens propria persona. Ita igitur et nunc ad consolationem fortassis ipsius cui hæc dabantur oracula, cum vere senex esset: *Etiam venio.* Aut igitur ex parte ejus qui dabat oracula accipiendum est, aut etiam ex parte ejus qui accipiebat, ut sit iste sensus: Ego qui hæc testificor, quanquam necessario vitæ cursu ac termino impellar, etiam prius quam hæc immineant: attamen ipse quoque nihil procratisno.

*Veni, Domine Jesu Christe*, secundo tuo adventu. Porro quod additur, *Gratia Christi cum omnibus sanctis*, confirmantis est.

Digitized by Google

# ARETHÆ ARCHIEPISCOPI CÆSAREENSIS

## ORATIO

## DE SS. MARTYRIBUS SAMONA, GURIA ET ABIBO.

(Surius, *Acta SS.* 15 Nov., tom. IV, ed. Colon., p. 345.)

—

I. Quomodo vester vobis se animus habet, sacer grex? qui diem festum hunc splendidius Christi confessoribus agitis, quando externa etiam multa vos uti video lautitia, summaque cum hilaritate sacrum hunc locum occupare. Numquid fortasse, quæ in vobis imperium obtinet mens, sensim a rebus deflexa suis, per sensus effunditur, et in ea etiam, quæ oculorum subjecta sunt sensibus, dissipatur? An vero cum paululum hæc, blandientis cujusdam catelli more, sensui adulari permiserit, ipsa in sua gaudens altitudine, pulcherrimis sibique propriis spectandis rebus movetur afficiturque, et rejiciendis voluptatibus corporis, proprium Christi martyribus vere natalem celebrat diem? Si hæc ita se habent, et victoribus his honorem istum habendum censuistis, atque ita diem festum celebrare contenditis, « Venite, exsultemus Domino, jubilemus Deo salutari nostro, » qui pridem etiam servos suos velut passerculum quemdam de laqueo venantium eripuerit, et nunc in ipsa anni conversione, optato gaudio nobis allato, sacris eorum certaminibus quodam hilari veluti convivio, studiosius nos excipere voluerit.

II. Et quid hoc est? Id nempe, quodcunque animi vires confirmat, et spreta laudabiliter multitudine imperita, ad illas alterius vitæ mansiones erigiturque, alis veluti quibusdam omnium prudentissime in altum evectum. Talis est enim martyrum festus dies, tale victorum nostrorum theatrum, talia sunt ea, quæ abs se allata nobis, illi convivis suis apponere statuerunt: quando non hoc modo epulari, lætitiæque indulgere, sed uni ventri turpiter deservire, qui, quidquid in eum quis studii contulerit, in secessum emittit: et vestium mutatione alios vicissim alios superare contendere, non solum res generosa non est, ejusmodique, quæ moribus disciplinæque nostræ conveniat, sed ab ipso etiam est convivatorum sensu menteque alienissima. Hæc igitur cum ita sint, cumque nos quo pacto diem festum oporteat celebrari antea jam denuntiarimus, nec sine spe fore, ut, jactis in terram bonam, animarum videlicet vestrarum cogitationes, orationis seminibus, multiplices simus spicas messuri: agedum, age, inquam, præclaro facto jam hoc orationis initio, ea vobis deinceps proponamus, quæ diei festo celebrando conveniant. At enim desideratis, video, ut fortissimorum

A horum virorum certamina, tanquam in tabellis quibusdam a nobis depicta, omnibus spectanda proponantur, quod ad diei festi celebrationem his accommodatius esse nihil videatur. Hoc igitur et faciamus. Tametsi ad pingendum nobile adeo hoc argumentum idonea sine dubio pigmenta nobis non suppetunt, ut ex invicta martyrum constantia divinus in animos nostros fructus perveniat: quo eorum videlicet æmulatione excitati, oppugnato pro viribus impotenti animi vitiorum dominatu, perennem vobis ex maxime divina ista certatione gloriam pariatis. Sed agedum apponamus jam vobis, quæ habemus, idque quatenus facultates nostræ patiuntur. Cæterum qualiacunque sint ea, collata cum studio, prorsus placitura non dubito, præsertim qui sciam non solere a legitimis et æquis B rerum æstimatoribus filiis repudiari parentum facultates, sed propterea iis charas esse, quod sint paternæ. Simili modo etiam pauperi non sit qui vitio vertat, si qui comessandi causa ad illum accesserint, de ea, qui sibi præsto fuerit, copia ipsis largiatur.

III. Sane quidem Gurias, Samonas et Abibus, et nati sunt Edessæ, et educati. Porro Edessæ hujus (quæ quidem urbs est in Mesopotamia) nomen cum pacis admodum ante his martyres cognitum esset, ab iis ita celebre factum, illustratumque est, ut una cum eorum fama per universum se orbem terrarum diffuderit: neque vero iis intra urbem domicilium fuit, sed in agro extra, ubi videlicet tranC quilliorem a vitæ hujus negotiis vitam essent actori, procul a civilibus turbis remoti, quæ certum animi in religione propositum perturbare solent, atque pervertere, neque spatium dare, ut pulchritudinem suam velut in speculo valeat contemplari: ac si quid sit, quod ei officiat, et ignoretur, id pervidere possit atque corrigere. Idcirco igitur grata his valde vita fuit agrestis: in qua etiam assidui, una cum Propheta illud, solitarii, donec transeamus, omnium pulchrrime renuerunt.

IV. Sed enim Guriæ præcipuum in vita studium, meditatio et continentia fuit, quæ diuturna consuetudine familiares illi ac peculiares factæ, fecere, ut cognomento Continens appellaretur: neque enim tu D eum aliter indicasses, nisi dum eum nominares, nomini etiam Continentem addidisses. At Samonas vigentibus maxime et animi et corporis viribus, iisque

Digitized by Google

præditus, quæ qui habeant, eos libenter Spiritus sanctus suis solitus est choris aggregare, quippe cum juvenes hortetur ut se senioribus adjungant, ut victoriæ una carmen concelebrent : his, inquam, ille præstans animi et corporis viribus, ad Guriam se contulit, ejus vitæ studia propius imitaturus, ac si posset, etiam superaturus. Cæterum qui absolutam illis choream conficiebat Spiritus sanctus, tertium etiam præterea quærebat, qui cum numeri paritate eam similitudinem, quæ sibi cum Patre et Filio est, perfecte in choro ipsorum exprimeret, tum etiam numero firmitatem concordiæ stabiliret. Itaque (o felicitatem!) etiam invenit Abibum : qui, tametsi utroque natu minor erat, tamen quod ætati deerat, supplebat non eo solum, quod pervestigatis utriusque ipsorum vitæ institutis, in animum induxit, ut in eodem se una cum iis curriculo exerceret, sed eo etiam, quod sacro diaconatus ordine insignitus, magnum iis, quibus se socium adjungere festinaret, ornamentum afferret. Medium enim his se cum inservisset, unaque cum iis apud dominum, cui ministrabat, fidenter egisset, piis quietem a persecutoribus conciliavit. Siquidem post illud tempus nostra sanguine martyrum rubescere desiit terra, pulso nimirum e regno Licinio, Constantinoque in ejus locum substituto. Quo quidem imperatore Romana res florere amplificarique cœpit, quique primus e regibus omnibus impietatem aversatus, pietatem palam est libereque professus.

V. Hujusmodi præditi virtutis insignibus Gurias et Samonas, non jam Edessæ tantum, atque ejus finibus cogniti erant, sed in exteras etiam terras longe lateque se eorum fama propagabat : erantque hinc Christianis lætitia ac decus, illinc Græcis tristitia et dolor vehemens, ac quidquid denique mali creare solet invidia. Quamobrem non ferunt illi illustrium gloriam virorum per universam Syriam diffusam. Diocletianus erat eo tempore Romanorum imperator : qui cum non satis magnam se adeptum ex subactis imperio cunctis gentibus gloriam existimaret, illud longe sibi præclarius futurum putavit, si Christianos eorum voluntate ad sententiam suam traduxisset, aut recusantes funditus delevisset : ut sublatis qui Deum intelligerent, sublatis etiam, qui incruento sacrificio bonitatem facerent, liberum dæmonibus suis sacrificium posset offerri. Hinc ex regiis litteris, quæ quoquoversum per universam Romanorum ditionem mittebantur, et piis pernicies parabatur, et ignominia : contraque impiis, qui muta et manufacta simulacra venerarentur, honor et salus spondebatur.

VI. Ad hæc judicum injustorum, et cædem spirantium aliæ post alias procellæ : quibus illud unum erat propositum, quemadmodum omnibus in rebus iis morem gererent, qui se misissent. Parati erant præcones, aperta subsellia, editiora exstruebantur tribunalia, omni circumquaque tormentorum genere vallata. Interdictum erat Christianis, ne tam communibus se, quam sacris conventibus immiscerent : in forum non admittebantur : omni commerciorum jure excludebantur, quæcunque ante illud tempus omnibus promiscue patuerant, tam publice, quam privatim : contrahere eis cum nemine licebat : magna in urbibus Christianorum erat solitudo : in earum locum remotiores ab iis recessus succedebant, quos multitudo eorum, qui exagitabantur, complebat. Nulla in persecutoribus adversus natu majores reverentia : nulla parvorum, ac propterea malorum sensus expertium misericordia, ne iis quidem, quibus tribuit ipsa natura, ut propter virium imbecillitatem, hujusmodi affectu plurimum moverentur. Feræ immites omnes adversus Christianos, unaque in re tantum humani, quod quorum in animis piam de religione fidem concusserant, iis, simul ut eos ad simulacrorum aras adduxerant, liberam male vivendi potestatem permittebant. Quo quidem nihil piis poterat esse perniciosius. Gravis oppressam creaturam tenebat tempestas, quæ nullam prorsus secuturæ tranquillitatis significationem daret, nullamve melioris status miseris affulgere spem sineret ex his, quæ sunt consecuta.

VII. Nec ipsa Edessa communium temporis illius calamitatum immunis fuit. Gliscebant in pios quotidie ærumnæ : et impietatis procella, quæ civitatem invaserat, effecerat, ut omnes jam de vita penitus desperarent. Domus singulæ suos scrutatores habebant, tam quæ in illustri positæ civitatis loco, quam quæ quod in obscuro esse viderentur, tutum antea latere volentibus perfugium præstare solitæ erant. Neque ipsi etiam agri hujus erant tempestatis expertes : siquidem nihilo tolerabilior in his, quam in oppidis, miseriarum erat fluctuatio, similibusque, hic atque illic, periculis pietas veluti tempestate quodam jactabatur.

VIII. Eo tempore ipsi quoque Gurias et Samonas, hic fortitudinis, ille continentiæ laude insignis, comprehensi sunt, unaque cum iis ingens Christianorum multitudo carceri addicta, cum non esset qui redimeret, neque qui salvum faceret. Ac cæteri quidem quibus aut nominis obscuritas, aut fidei negligentia causa erat ut contemnerentur, sine mora e custodia educebantur, quippe cum nihil adversus se impugnantes præ se ferrent, quod esset ad expugnandum difficillimum. Verum Guriæ et Samonæ ingens, quæ eos comitabatur, solidæ pietatis gloria, causa fuit, ut diutius in custodia asservarentur. Ex quo quidem videntur mihi merito confessorum etiam cognomentum adepti : quod præmii loco iis deferri solitum est, qui Christi causa hoc modo citra necem male habiti sunt. Siquidem in ea tamdiu feruntur permansisse, quoad vita functo priore principe, alter in ejus locum successit.

IX. Verumenim afflictatio hic oblectamenti loco erat, et incommodorum perpessio philosophiam in eorum animis augebat, quæ quidem graviorum, quæ mox pro Christo essent excepturi, tormentorum

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

quoddam erat velut præludium: quin alios etiam exemplo suo excitabant, quippe cum docerent eam, quam quis vere profiteretur, fidem, neque rebus asperis, quæ Christi causa maxime intentarentur, frangi, neque malorum perpessione ulla debilitari: neque enim permissurum justum certaminum arbitrum ac moderatorem, ut ea aut semper durarent aut majora essent, quam ut iis ferendis quis esse par posset: præsertim si Paulo habenda sit fides, qui ipse rerum arcanarum et inspector fuit, et prædicator. Et si labor est multus, at nondum tamen est tantus, imo longissimo intervallo minor, quam ut cum eo, qui in nos postea revelandus est splendor, ulla ex parte merito queat comparari. Atque hæc quidem illis hoc modo. Verumenimvero quoniam oportebat, ut perfectioribus multo laboribus se darent, et ad nobilitandam etiamnum magis ipsorum gloriam, re ipsa superioris suæ exercitationis perspicuum omnibus ederent documentum: furebat rabie incitatus adversum Christianos is, qui paulo ante missus provinciæ regendæ fuerat præses. Porro rabies illa id unum spectabat, quemadmodum ei, a quo missus fuerat, omnibus in rebus gratificaretur. Itaque nihil prorsus omittebat eorum, quæ eos præstare par est, qui furoris sui sociis omnibus in rebus inserviunt. Ad tribunal rapti altæ indolis viri sistuntur, pietatis suæ pœnas daturi. Cæterum quæ magna eum animorum elatione, magnoque cum spiritu, adversus hunc dicta tunc fortiter a martyribus sunt, ex quibus et præsentis fortunæ inconstantia deridere-tur, et eorum, quæ in posterum parata sunt, bonorum gloria magnifice prædicaretur (tametsi margaritarum nobilitas ante suilli generis homines projiciebatur), aut quemadmodum ipse etiam Judex, dum eos tentat, qui tentationibus vinci non possunt, invictam eorum animi constantiam astute subvertere conabatur, longum utique esset persequi oratione: nihilominus tamen, ut quantum ad intelligendum sit satis, quales illi fuerint, doceamus, ne egregiæ martyrum palæstræ prorsus simus expertes, neve ejus rei, quam ex omnibus pulcherrimam speravimus, jacturam faciamus, tales erant, aut his similitudine quam proximi.

X. Blande agebat cum viris sanctis is, cui judicandi potestas obtigerat, seseque modo, ut qui nocere eis nollet, ad lenitatem dabat: modo supplicia differebat, ne animi sævitia ea iis accelerare videretur, qui ad quævis perpetienda ipsi erant paratissimi, nullaque re magis] quam supplicii mora offendebantur: verum apparebat facta dictis esse contraria, quippe cum non humanitatis ea essent, quæ ab eo fierent, sed immanitatis: animi non benefici, sed malefici: siquidem ex moræ hujusmodi interpositione apparebat, eum eorum animi firmitatem roburque sensim velle labefactare, et ardorem restinguere, quo videlicet postquam ex hujusmodi ampliationibus recens alacritas illa veluti deferbuisset, consopitaque esset, viam ad id, quod sibi proposuerat, occulte muniret. Quin et nugamenta adversus illos verborum quædam contexit, sic propemodum astute ipsos aggrediens.

XI. Nolite, inquit, putare vos, me animo esse præduro, ejusmodique, qui crudelitate et humano sanguine delectetur. Naturam revereor: miseret me cognationis, quæ mihi est vobiscum: et quamvis contrariam nobis religionis viam sitis ingressi, idque fortasse veritatis inscitia ducti, ac propterea in animum vobis induxistis, ut extrema omnia ferre libenti animo supplicia sitis parati: nihilominus ego quidem de hoc vobis ignosco, idque consilii vestri imbecillitati tribuo: siquidem scio mortalium adhuc neminem exstitisse, qui quidem in consilio sibi capiendo nusquam erraril, quique cum in aliis optime senserit, in iis, quæ præcipua ipsi erant, non aliquando offenderit, atque ibi maxime, ubi maxime se præstare confideret. Quocirca, licet innumerabilia urgeant me regum jussa, nihilominus tamen malim, quoad fieri possit, cum manifeste periculosa res sit, quidvis supplicii ipse subire potius, quam asperum in vos quidquam efficere, usque dum fortasse duritia vestra mea patientia devicta, lenioribus vos verbis ab obstinatione ista deductos, in meam sententiam adduxero, cui ferociter nunc repugnatis.

XII. Quem enim sacra vestra non moveat canities, Guria, quæ in vobis undique apparet, quamque continentia conspicuam facit, cum in ista, quæ vobis extrema reliqua est, vitæ parte eam jactari animadvertat? Quis porro non Samonæ integras animi et corporis vires summe admiretur, perpetuoque laborum sibi eum habere omnium socium desideret? Valeant judiciaria subsellia, divitiæ, honores: quamvis enim hæc illecebris suis blande ad se animos omnium alliciant, permagnumque ad bene beateque vivendum habere momentum videantur, nihilominus tamen, quando vos ista morum probitate, modestiaque viri ita faciendum censetis, placeat mihi quoque omnia ex fortunæ temeritate pendere, qua commutata, ea quoque commutari necesse sit. Videte, qualem me adversus vos geram: donate hoc mihi, ut meliora de vobis possim sperare. Tu, Guria, adhibita tibi in consilium ea, qua pollere solitus es, prudentia, summaque eademque spectata omnibus ista animi tui magnitudine gravitateque. Tu vero, Samona, solido a te isto ac vivido corporis robore tuo ad regis culturam translato (id quod etiam futurum, hesterna die divinæ mihi Sibyllæ confirmarunt); nolite, quæso, ita crudeliter duriterque vestris, quibus vos natura largiter auxit, bonis abuti. Nam a me quidem misericordiam adversum vos aufertis: vos vero in turpissimam necem compingitis, ac maleficos homines imitamini, qui misere volentes ipsi sibi mortem consciscunt. Atque hujusmodi quidem astuti judicis et ratio et oratio fuit.

XIII. Quid vero viri fortissimi imperterritique?

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Easdem ii nimirum ad eum capiendum artes adhibuere, quibus fretus ille, eos se dolo capturum sperabat. Nam quid est, inquiunt, quod tantopere a sententia nostra nos valeat dimovere? Numquid vehemens fortasse instabilis vitæ hujus cupiditas? Sed quidnam est, quæso, ex omnibus, quæ in ea habentur jucunda, quo animus noster queat permoveri? Annon animadvertis nos optimos vos testes habere, cujusmodi hoc sit, quo sum circumamictus, corpusculum, quam paucissimis ad se in vita tuendum contentum, et expedito Christi militi perquam simile, qui ad omnia tribuni jussa exsequenda sit quam paratissimus, quique velut super tenuissima rate, vitæ hujus pelagus transmittat, ne qua re gravante impedita illa, necessario cursum tardius conficiat? Unde igitur a sententia me mea poteris revocare? quibusve capere blandimentis, ut me res vitæ hujus permoveant, qui maximæ illius jam parti mortuus sum? quippe qui voluptatibus contemnendis ipse in voluntariam me mortem tradiderim, atque hoc ipsum, quod nunc vivo, eo vivam, quod ejus injussu, qui me in vitam induxit, nolim exire de vita. Siquidem cum jubemur exspectare, dum vinculum solvat, a quo nimirum in eam fuimus illigati. Et quid, obsecro, nonne hoc summæ esset dementiæ, quibus juvenis nuntium remisissem, his denuo cupiditatem velle irritare, atque ea, quæ jampridem omnibus, qui ea vellent, libens dimisissem, gratiæ loco nunc cupidius appetere? præsertim cum illud esset incertum, an diu simul ac ea essem adeptus, eis mihi secure per otium frui liceret. Sed ut adempta prorsus sit omnis de hac re dubitatio, haud dubie is degeneri illiberalique se esse animo ostendat, qui rebus æternis caducas anteponat, stabilibusque, ac permanentibus ea, quæ citius diffluunt, quam consistere potuerint. Et quod quidem ad me attinet, hoc modo: Quo pacto vero etiam Samonam hunc (pro eo enim loquor, quod is et animi sensuum, et præclaræ hujus peregrinationis mihi socius est) a sano suo animi proposito poteris avocare?

XIV. Dices fortasse, non convenire adolescentem ætate integra, et viribus corporis valentissimis, vivendi finem facere, et ante præstitutam sibi vitæ diem, de vita velle decedere. Fateor, viget ille quidem ætate, sed Deo viget, unde et vigorem illum accepit: viget item viribus, sed hoc quoque inter res maxime laudabiles est, quæ ætate sunt integra, et viribus firmis, ea illi offerre, cui vetus etiam lex gratam victimam offert, vitulum novellum, et ætate florentem, cornibus nunc primulum se foras trudentibus, et ungulis decorum. Talis etiam Samonas, tali etiam similiter immoletur, florenti etiamnum ætate, et nitenti facie: non autem in senectutem jam vergente, ne fortasse rugis etiam insidiantium nobis annorum corruptus, victimæ vitiet integritatem. His auditis, astutus ille ac veterator, confestim spem, quam conceperat, amisit. Quamobrem abjecta persona, aperta impudentia in necem sanctorum præceps ruit. Mirabili igitur incensus iracundia, iis celeriter ad se accersitis, quorum munus est istiusmodi carnificinas exercere, mandat, ut fune altera manu religatos martyres, diu ita sublimes teneant: quibus præterquam quod totius corporis pondere gravati divellebantur, ad majoris etiam præterea sensum doloris, intolerandum pedibus aptari pondus jubet.

XV. Norunt plerique, sed omnium maxime medicinæ artis periti, qui naturæ arcana ipsi subtilius indagarunt, quam intolerabilis illius sit cruciatus dolor in quovis animante, si extrema aliqua sui parte suspensum teneatur, atque in eam unam universum corporis totius pondus recumbat: quippe cum ossium compages in eo sint, ut jamjam discludendæ sint, nervique ipsi sint præter modum distenti, et musculi distracti, et totus ipse corporis truncus suopte atque alieno etiam pondere diductus constringatur: deinde cum naturalis humor una cum animali spiritu, qua quidem in exteriores partes coarctetur, qua vero propter meatuum constipationem egredi prohibeatur, gravior in animante excitatur doloris vis, inter cætera omnia hoc etiam ipso, quod exitus in elisione præcluditur, eoque magis, si distensio quæ fit, ex diametro exsistit, qui quidem longior excogitatus sit, quam sit quævis rectarum partium media linea. Tali igitur tantoque Satanæ ministrorum solertia comparato tormento, cum in eo per dimidiatæ diei spatium, eoque amplius illi constanter perseverassent, ubi se nihil proficere impius judex animadvertit, a supplicio tandem relaxari, atque in obscurissimum carcerem trudi martyres jubet, ibique diuturna eos inedia macerari. Tum quæstio rursus, et tormenta longe omnibus iis, quæ præcesserant, graviora immanioraque.

XVI. Cæterum Guriam ille, utpote et senectute jam et inedia, et iis, quos paulo ante pertulerat, cruciatibus pene confectum, statuit tormentis amplius non divexare, ne, si id fieret, animam ille inter tormenta, priusquam voluisset ipse, et lentis eum pœnis affecisset, exspiraret, atque hoc modo spe ipsum maxima deturbaret. Siquidem existimabat se illum omnino aliquando tentatum, in potestatem suam redacturum, quippe aut blanditiis emollitum aut tormentis fractum iri animos ejus, aut denique fore ut, cum videret, quibus alii cruciatibus afficerentur, alieno periculo disceret, quemadmodum eos ipse, mutanda sententia sua, declinaret. Verum Samonam, quod eum et juvenem videret, et robustum, tormento denuo aggreditur atrociore longe, et supra quam dici cogitarique possit, majore, quam antea. Nam ex altero pede capiteque eum sublimem statutum, pondere alterum ferri incredibili in diversum distrahi jussit, quippe cui certum esset, illum prorsus hoc modo quamprimum velle discerpere. Ex quo quidem factum

Digitized by Google

est, ut laxata coxendicis junctura, claudus ille postea non sine causa remanserit.

XVII. Sed cum hæc quoque viri fortissimi pro nihilo habuissent, omnemque ei penitus spem præcidissent, fore ut ab eo unquam vinci superarique possent, denuo eos ille in custodiam compingit: ubi cum aliquandiu permansissent, postea nocte intempesta iis caput amputari, ut hoc modo vitam relinquerent, jubet. Proh! quantæ sententia hæc lætitiæ martyribus fuit, non quidem ob eam causam, quod viderent hoc modo allatum iri finem acerbitatibus, atque ærumnis suis omnibus, seque tanquam ex jactatione et fluctuatione quadam perenni in portus tranquillos pacatosque perventuros: sed quod iter illud inirent, unde mox essent cum Christo futuri, quicum etiam certissime se regnaturos sperabant, quemadmodum illius etiam in adversis ferendis vestigia fuerant imitati. Ac Guriæ quidem et Samonæ certamen victoriaque, talia ac tam insignia fuere.

XVIII. Quale vero etiam Abibus stadium cucurrerit, tempus est, ut nunc exponamus. Hic cum inter ministros Christi mysteriorum unus haberetur, et pari cum iis rusticitate, qui ante ipsum consummati fuerant, ferretur, insimulari apud persecutores cœptus est, quod multis, qui salvi fierent. ea ministraret, quæ ad ipsorum salutem pertinerent. Quando Diocletiano merito ex fatali necessitate vita jam functo, is, qui adversum nos exercebatur, furor ad Licinium delapsus, veluti diris devota quædam hæreditas, ab illo ad hunc miserabili imperii specie impegisset. Cæterum quoniam hominibus sensu carentibus tolerabile videri non poterat, si in eodem cum pietatis cultoribus grege numerarentur, ab iis denuo persecutio excitatur: sed in unum Abibum tota periculi moles incumbebat, cujus expugnatio perinde futura impiis erat, ac si cunctos pariter funditus Christianos delevissent.

XIX. Ubique vestigabatur Abibus per loca habitabilia inhabitabiliaque, nec tamen usquam reperire illum poterant homines vafri. Itaque cum perquirendo fessi, spem jam prædæ omnem abjecissent, ipse, quem insectabantur, ultro se quærentibus exhibet, atque ad judicem introducitur, a quo, quoniam difficile videbatur, eum dicto aliquo factove ab certa sua de sana religione sententia dimoveri, per ignem ad eum, cujus desiderio æstuabat, ignitus amator dimittitur: atque ita iis, qui eum antecesserant, martyribus datur, consorsque sepulcri eorum efficitur, quemadmodum etiam laborum et gloriæ ante in mercatura socius fuerat. Quoniam etiam simili modo vicerunt principatus pestiferi dæmonis, superarunt potestates mundi hujus, conjuncti sunt cum angelis, transierunt ad certaminis arbitrum Christum, sudore adhuc sanguineque ob exhaustos in stadio labores certaminaque madentes, porrigit eis dexteram ægregius munerarius, suosque athletas in æternis tabernaculis collocat.

XX. Sed quæ sunt hæc? nempe ubi quod suum est cuique præmium, pro merito tribuitur, et cujusmodi hoc, scire fortasse desideras. Ejusmodi nimirum, cui simile nullum tam ante legem quam in lege quis possit ostendere. Qui hoc? nempe quod his eorum nemo par ruit, quod ex iis quilibet longo ab his intervallo superaretur. Siquidem institutis vivendi veteris legis præstabiliora sunt ea, quæ sunt secundum Christum: ex iis autem, qui post Christum fuere, nulli videri possint secundi, quippe qui inter martyres, martyres sunt, inter monachos monachi, inter sacerdotali dignitate præditos sacerdotalis dignitatis participes. Nam et certarunt, et ante susceptum certamen strenue se in pietatis cultura gessere, et sacri ordinis, propterea quod Abibus diaconus esset, omnes fuere consortes. Siquidem in societate quæ eorum quisque habet, ea communicat alteri, et mutuis officiis singuli ejus rei participes fiunt, in qua alter excellit. Quinimo (sed fortasse alicui nimius videbor) si eum iis, quæ secundum Christum sunt, conferantur animadvertere facile poterimus, quibusdam in rebus eos superiores exsistere: martyribus quidem, via ante martyrium monachali: monachis vero, martyrio: martyribus rursum, qui in militaribus aut civilibus se muneribus occuparent, eo, qui ex sacerdotali dignitate splendor effulget. Talis beatis viris cursus fuit, tantus labor: hujusmodi in terris periculum, hujusmodi præmia celeberrimorum horum laborum.

XXI. Inter quæ illud quoque nullo modo silentio prætereundum, de puella, quod propter rei admirabilitatem omnem propemodum fidem exsuperat. Vivens namque hæc, cum ab sceleratis hominibus in sepulcrum recens cadaveribus plenum, esset dejecta, in regione barbara, atque a patria ipsius longe remotissima: ubi sanctorum martyrum fidem precibus imploravit, quorum etiam ope freta, longam adeo peregrinationem susceperat, certissime quod exspectarat, consecuta est. Vespere enim cum in summa posita esset desperatione et fletu, bene mane patriæ, matri, tumulo sanctorum cum lætitia restituta est, mirabiliter educta de sepulcro, utpote quæ a circumsedentibus illud custodibus videri nequiverit, admiranda quadam celeritate ab iis inde asportata. Siquidem albis illi vecti equis (o miram sanctorum in ferenda ope promptitudinem atque celeritatem!) cum puellam appellassent, atque in equos sustulissent, eam intra delubrum suum intulere, unde etiam scelestum paulo ante virum assectabantur, vadibus iis ab eo acceptis: qui dati, sanctissime religiosissimeque datam fidem servarunt, et huic salutem, et illi qui fidem violaverat, meritum paulo post exitium attulerunt. O servatores celeres expeditique! O fidem vestram implorantium adjutores strenui invictique! O ad ea, quæ spopondistis, persolvenda sine

mora promptissimi, et in tribuendo quod cuique convenit, minime lenti.

XXII. Prorsus jam, o sacer conventus, ac Deo dicata concio, mihi quidem persoluta sunt, quæ vobis eram pollicitus, et orationis cœna parata est, et quæ ad repræsentanda martyrum certamina pertinebant, veluti in albo aurium vestrarum pro viribus delineata a nobis sunt. Vos vero quid? qui ad diem festum convenistis, qui convivæ estis, qui auditores, qui oves ratione præditæ: quid, inquam, confessoribus hisce martyribus, quid item contra nobis reponetis? Nimirum illos quidem hymnis, laudibusque prosequemini, et quæ bona sunt, summa ope magis ac magis in dies sectari studebitis: siquidem gratum martyribus est, si hoc modo festi eorum dies celebrentur. Hoc modo strenuos Christi pugiles honorare laudabile est, tali studio, talibus fructibus: nobis vero obedientiam præstabitis, mansuetudinem, pacem atque concordiam, et præterea etiam sanctitatem: quam aliunde nusquam adipisci quis queat, quam membris, quæ sunt super terram, mortificandis. Quo quidem nomine arbitror ego vitam eam appellari, quæ turbulentis animi motibus obnoxia est. Illi vero sanctificare vos dedicareque summo studio debetis, qui iis, qui cor a materialibus sordibus expurgarunt, præmium illud largitur, ut se clare pervideant, et cœlesti illa gloria indidem impleantur, ut Moyses.

Sic quidem ego pater vester, vos vero filii, charissimum et amabilissimum nomen inveniemus fortasse, cum ad hæreditatem illam æternam translati erimus, ut vivere una possimus, simulque lætari: quando videlicet etiam corona gloriationis de vobis honestatus, ad communem Dominum exclamabo, Ecce ego, et pueri, quos dedisti mihi, Domine: ipsi gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

---

# ARETHÆ CÆSARIENSIS

## ORATIO

## DE TRANSLATIONE S. EUTHYMII ARCHIEPISCOPI CP.

### *Ad sepulcrum illius habita.*

(Apud LIPOMANUM *De vitis sanctorum*, Venetiis 1551, 4°, tom. III, « interprete viro docto. »)

Quid hoc est, sacer conventus, hæreditas sanctificata, popule Deo afflate? quis novus vester ille concursus et inusitatum solemne? utpote ubi nulla lætitiæ signa, nulla amplioris dignitatis appareant; contraque potius ubi nihil non triste ac mœstum, nihil non lamentabile ac flebile, nihil non eorum quæ in maximis calamitatibus acerbitati ac mœrori esse hominibus consueverunt, sese copiosum effundit, ut a cunctis propemodum, velut ab uno funebris haberi oratio videatur? Quæ ista igitur adeo vehemens est plaga? quisve iste, qui præter morem nostrum omnium animos occupavit dolor? ut ne oculos quidem a lacrymarum tristitia vacuos tollendi liberam vobis facultatem permittat? Nimirum Euthymius, magnus ille Dei pontifex, lamentationis vobis istius causa fuit, innocens injuriose tractatus, a sede sua procul exturbatus, ab impia sceleratorum manu damnatus, morte nunc denique mulctatus, atque in id postremo, quod hic ante oculos positum est, sepulcrum illatus.

Et quid horum, quæso, magnum adeo vobis excitare fletum debuit? imo vero quid est, in quo non summa esse lætitia summaque jucunditas debeat? quidve ejusmodi, quo non quivis, qui a sæculo Deo sit consecratus, velut honestatus glorietur? siquidem memoria justi cum laudationibus, atqui laudatio hilari gratiarum et laudum actione, non tristi lamentatione et luctu quibus vos turbati nunc estis, contineri solita est. Non sunt, mihi credite, ista hominum qui esse moderati velint, aliena sunt a grege nostro quæ a vobis nunc fiunt. Surrexit ad eum, cujus desiderio tenebatur, egregius amator; peregre ad munerarium profectus est cursor, ad eum unde legitime ipsi dandum præmium erat, abiit illustris pancratiasta, sudore etiamnum ex vehementi a se adhibita in certando contentione madens, atque ex labore cursuræ graviter anhelans, seseque vix præ lassitudine ac virium animi imbecillitate, sustentans, ad paratam sibi in altera vita requiem pervenit, cujus a molestiis omnibus vacuæ jam factus est particeps. In ea pulchritudines ipsas, quarum causa in certamina illa descenderat, jam contemplatur, laborum suorum præmia de rerum omnium potente accepit dextera, æternaque potitur beatitudine. Quocirca gaudio exsilire, lætitiaque efferri oportet, quod cœlestibus ille potitur præmiis, quod lacrymarum suarum sementis, quam flens sparsit in terram, nunc gaudens manipulos colligit ac beatus triumphat.

Digitized by Google

Tu vero quibus ex rebus summam capere lætitiam debes, ob eas dolendum tibi et lamentandum putas? Atqui neque Deo grata sunt ista, neque Euthymio conveniunt. Tametsi enim visus est oculis insipientium mori (ut est in sacris Litteris) et existimata est afflictio exitus ejus, et discessus a nobis contritio; nihilominus tamen nunc est in pace, quoniam Deus illum suscepit, tentavit illum et invenit dignum se; tanquam aurum in fornace probavit illum, et quasi holocaustum hostiæ accepit illum; atque ob eam causam in tempore etiam visitationis splendebit, quando videlicet omnes justi fulgebunt ut sol, clarissimæ luci illi conjunctus, tenebrisque ac caligine pars ad sinistram posita circumfundetur; stabitque justus adversus eos qui se angustiaverunt, si quid divino credendum est prophetæ, qui supplicia quibus postea plectendi pro meritis injuriosi homines fuerint, describit.

Verum enim quid est horum hujusmodi, quod lamentis prosequamur? Quæ istius quæ nos occupavit tristitiæ causa, undeve tantus iste qui nostros animos affligit mœror? potiusque, quid quod non sanctissimæ hujus viri animæ conveniat? Quodque non laudabili totius ejus vitæ curriculo usque ab incunabulis respondeat?

Quippe enim Seleuciam ille habuit matrem, quæ generis necessitudine Gregorium divinum virum illum attingeret, quem alterum Thaumaturgum magno suo bono ætas ea tulit, quæ hanc paulo ante nostram præcessit, ortum ipsum quoque ex Decapoli Isauriæ; verumque esse dictum illud docuit et confirmavit: Generatio rectorum benedicetur. Exceptus vero mox est ab Olympo, præclarissimo Christianæ disciplinæ domicilio. Unde post in monasterium est traditus, quod est ad sinum Astacenum, ubi similiter quoque egregie certando præclara ejus virtus enituit.

Cæterum quæ sibi ille tropæa singillatim adversus communem omnium nostrum adversarium erexerit, quæque ex iis in quibus excellenter admodum se gessit certaminibus præclara victoriæ insignia reportarit, eorum omnium commemorationem illis sum relicturus, qui ipsi invicti viri hujus certaminibus interfuere. Siquidem ii eorum quæ oculis ipsi viderint suis, testes esse poterunt locupletissimi, veluti summæ famis ac sitis tolerantiæ, summæque nuditatis; quippe cum unica tantum veste intolerabilem vim illam frigoris sustineret, uncinorum præterea hamorumve e sublimi pendentium, quibus veluti necessitate quadam somnum ille ab oculis arcebat suis, quod exemplo David habitaculum invenire, locumque ubi quiesceret, vehementer optaret, ubi nimirum nulla ex curis vitæ hujus fluctuatio, nulla est animorum tempestas, nulla gravior a scelestis spiritibus invecta procella. Horum, inquam, omnium commemorationem, ac de commemoratione gloriam integram illis qui ea ipsi præsentes videre, sum relicturus, eaque ipse persecuturus tantummodo quæ ab eo gesta sunt postea.

Habebat ex eo tempore penes se celeberrima et regia hæc civitas illustrem nostrum hunc pugilem, qui cum benigne a privatis hospitio reciperetur, mercedem eam collati in se ab ipsis officii omnibus rependebat, quam assequi illos decebat, qui virum virtutibus adeo excellentem, comiter humaniterque tractarent. Quando mulier etiam illa Sareptana meriti quod in Eliam illum Thesbitem contulerat, debita mercede fraudata non fuit; siquidem propterea quod amice illum hospitio susceperat, ampliora ei divinitus ad vitam degendam vicissim tributa fuere præsidia. Celebris jam quoquoversum nominis ejus fama pervagabatur. Neque enim, ut Dominus ait, abscondi supra montem posita civitas potest. Hinc in regis notitiam pervenit, miratur virtutis ejus egregiam indolem, amicum sibi illum adjungit, ac patriarchæ qui erat eo tempore contubernalem facit.

Haud ita multo post vehemens Ecclesiam tempestas invasit, quam ejus, in cujus tum manu erant gubernacula, arrogantia excitarat: in quo quidem tumultu cum auctor ejus ille qui fuerat animum despondisset, sacrique sui honoris repudii libellum Ecclesiæ dedisset, malus male abiit. Aderat unus is tum idoneus, qui desertum id ab eo munus susciperet. Quis enim eo, qui apud omnes erat in gratia, magis qui ei muneri præficeretur aptus, magisque dignus poterat judicari? Ex quo sane factum est ut quod aliis multis usu non venit, suffragio universæ, quæ sub cœlo est, Ecclesiæ delectus sit, qui Constantinopolitanam hanc regendam susciperet. Animadvertis qualis sit iste et quantus vir, et cujusmodi præmiis ob virtutis ejus præstantiam afficitur? Sed qui ea persequi possem, quæ sunt deinceps secuta? Nefariorum hominum invidiam, cædem ab impiis factam, crudele ac violentum judicium, judicibus iis (o justitiam divinam, o incorruptum Dei tribunal!) quibus nulla cura fuit sacrorum, sed toti in unum tantum erant quæstum intenti. Cujus causa ipsi ab universa et sana Ecclesiæ parte abscissi, ad sanitatem redire non potuerunt, et arrepta, quam summe optarant, occasione, a nullo se (modo possent) quantumvis nefario flagitiorum ac facinorum genere temperarunt, ne si parietes quidem perfodi, aut crumenas desecari opus fuisset, quippe cum domos iniquitatum replere festinarent tenebrosi terræ. Hinc incredibilis eorum rabies exarsit, quoniam nulla jam iis juris species restabat, quam facinorum suorum audaciam prætexerent; et totius sacri ordinis secuta venditio est quæ palam, jam projecta omnis verecundia, fiebat.

Hinc præter cæteros in hunc quoque virum sanctitate plenissimum superbæ contumeliosæque silentio prætereundæ illæ nunc a nobis injuriæ; nefas namque mihi arbitror esse, si recensenda denuo earum turpitudine linguam inquinem meam,

Digitized by Google

cum eas etiam Barbarorum oculi merito aversari A abhorrereque debuissent; quandoquidem aderant etiam legationis causa Saraceni, et totius illius majoris quam scenicæ aut tragicæ ullius fœditatis participes fuere, actorum similes spectatores, quando nefas erat alioqui ut hæc impiorum theatro spectarentur, quæ tam scelerate ab impiis agebantur. Hujusmodi porro præclara initio munera illa mox etiam sequebantur, multa exsilii, notorum ab eo hominum propter imminentes formidines in rebus asperis fuga, coactis malevolis eum videre quem odio prosequebantur; his vero etiam longe disjunctis, sive quod assidens eos militaris duritas custodiaque summoveret, sive quod ex innata in animis multorum levitate, in ipsa eorum usus indigentia perverse inutiles exsisterent, et cujus B ante illud tempus mirifice fuerant studiosi, ei nunc, mutatis in contrarium voluntatibus, impense obtrectarent; quando natura ita comparatum est, ut rebus secundis adversæ semper insidiari solitæ sint: quo nihil sit quidquam in rebus humanis, quod a rei sibi contrariæ labe purum intactumque sit, cuique, licet præclarissimum sit, quasdam quasi sordes hominum nequam invidiæ livor non allinat.

Ad hæc etiam positum hic in conspectu sepulcrum, in quo hic asservatur, superantibus humanitate sua piis regibus immanitatem feritatemque superstitis adhuc tyranni, cujus opera potissimum in eas ille fuerat calamitates conjectus, C atque is etiam, qui nefarie fuerat damnatus, suis saltem post obitum restitutus, ut haberet etiam denuo sacra promissionis terra dilecti ossa Joseph, quibus per lectissimos quosque ex sacro ordine viros justa solverentur. Commodum enim edictum reges promulgarant, atque undique extemplo, velut ex composito (quamobrem enim hæc magna adeo cum celebritate non fierent?) ingensque confluxit multitudo, maxima quadam pompa victorem illum ab exsilio redeuntem cœpit comitari, innumerabilibus facibus quarum bonam partem regia pietas suppeditabat, mare totum collustrans, suavissimisque incensis odoribus molestam illam maris nauseam discutiens, et perpetua hymnorum modulatione pontificem mire concelebrans. Cæterum si- D mul ut ad Virgam (littoralis tractus id est nomen) appulerunt, sublatum est de regio lembo sacrosanctum illud tabernaculum, atque in divi Æmiliani ædem illatum, ibique similiter appositis hymnis decantatus est Dei servus, et laudatione cujusdam de pontificum numero honestatus.

His ita peractis, cum sublatum inde sacrum gestaretur pheretrum, atque in honestissimum locum huncce inferretur, sustolli undique ab omnibus cœptus est clamor, magistratibus, privatis, locupletibus, tenuibus, viris, feminis, parvis, puberibus, impubibus, quorum partim eum secundum Deum patrem vocabant, partim pastorem requirebant, alii propugnatorem desiderabant. Nam et nutritorem illum suum egeni appellabant, mulierculæ suum, cum a Deo discessissent, defensorem primarium, pueri disciplinæ suæ moderatorem vociferabantur; omnes denique, per se quisque, eum in quo opportunum sibi sublevandis indigentiis suis positum esset perfugium. Itaque dum hujusmodi cum laudatione funus celebratur, in hoc religiosissimum templum ab omnibus convenitur, ubi peractis reliquis, quæ ad persolvenda funeri justa deerant, cum jam periculum esset, ne quod superfuerat sanctissimi viri tabernaculum, propter eorum qui eo confluxerant fidem discerperetur, violenter de raptorum manibus extortum excussumque est, atque hoc modo in sacrosancto hoc quem videmus, loculo sacrosanctum vere Dei hominem collocavimus.

An mediocris hæc tibi videntur momenti ad declarandam viri hujus virtutem, Deique erga servos suos, dum adhuc etiam in hac vita sunt, curam rebus secundis similiter atque adversis indicandam? Nemo sit, opinor, qui adversetur, nisi si quis ejusmodi sit qui virtutis præmium in eo tantummodo positum putet, si continenti rerum bonarum cursu perpetuo in hac vita quis nulla cum offensione utatur, contraque difficiliorem in ejus via progressum pœnas quasdam esse arbitretur, quibus assidue pro meritis divinitus hominum malefacta puniantur, opinione cum ipsi perniciosa, tum a Dei æqui rerum omnium moderatoris sapientia admodum aliena.

Verum enim quoniam dicendo ad hanc orationis partem pervenimus, conferamus, si placet, ea quæ sancto huic viro evenere, vicissimque quæ Alexandro antea accidere, videamusque quemadmodum Dei justitia præmiis unicuique ex merito tribuendis rectissime omnia moderetur. Ille enim cum et rex esset et regio genere ortus, miseramque in ipsa imperii dignitate animulam infeliciter exhalasset, quibus vita functus laudibus est affectus? Cum, repetita paulo altius oratione, ea quæ in utroque fuere, diligenter consideremus, hic, quem in hoc loco sepultum habemus, eo modo quo diximus altus educatusque post tot adversa, quibus fuerat conflictatus, totque præclara, quæ virtutis suæ ediderat documenta, talem qualem supra memoravimus vitæ exitum habuit, eamque nactus est sepulturam quam vos nimirum videtis, magnificam nempe et gloriosam, ejusmodique quam viros Deo dicatos consequi par est; id quod magis etiamnum mirum debet videri, quod draconis caput a quo insanabili ille morsu fuerat ictus, reliqua adhuc sui corporis parte palpitabat, magnaque cum audacia ruens ferebatur, metuens scilicet, ne quid se propterea melius ostenderet, tametsi incassum omnes ipsi conatus illi erant casuri, cum id egisset terrena potestas, ut soluti in spumam ejus fluctus abirent, atque hic quidem hoc modo.

Contra vero Alexander. Is enim quidquid in

Digitized by Google

terris haberi voluptatis ac deliciarum potest, id omne ab ipsis incunabulis large semper habuerat, atque a fratre fuerat educatus viro commodo, summaque et sanctitate prædito et innocentia, majoreque apud eum digno certe appellatione, quam fratris. Is enim, tametsi quod multa adversus ipsum nova erat molitus, proptereaque ab ipso esset comprehensus, nullas tamen concepti in fratrem sceleris pœnas graviores dedit (cujusmodi multi multis ante id tempus fuerint affecti) quam ut in custodiam tantum daretur, prohibereturque ne quæ impie in fratrem facere cogitarat, ea ad exitum perduceret, a quo tametsi eo modo insidiis petito, regno incolumis (quod utinam nunquam fecisset) servabatur, quod æquum putabat, ut quem sibi sors regni socium dedisset, ei pacatum incolumeque illud traderet. Verum cum humanissimus, idemque suavissimus rex Leo ex hac vita in pace esset dimissus, summaque rerum omnium potestas ab eo ad hunc devenisset, confestim hic ipso initio cujusmodi esset declaravit, quamque nihil sibi profuisset vitæ consuetudo, quæ cum fratre ipsi fuisset, quodque ab eo clementer habitus esset; verumque esse Proverbium docuit : Virum potestatem habentem in pejus proficere. Repente namque ut scelestissimum, ac maxime nefarius flagitiisque ac facinoribus opertissimus quisque ad eum se contulisset, ejusque assecla esse cœpisset, ita summa apud illum erat in gratia, in consiliariorumque numerum admittebat, ac pars ei aliqua administrationis imperii committebatur. Ex quo quidem, si quid antea eorum quæ occulte in fratrem moliebantur, vulgo usque in id tempus fuerat ignotum, id tunc palam jam aperteque detegebatur, impudenterque jactabatur. Nam et clementissimi in ipsum fratris testamentum rescindi cœptum, veteres ejus amici superbe contumeliosæque tractari rejicique; innocens præterea torus ipse regius injuris affici atque e regia submoveri; et nisi terris Dominus Regiæ stirpis semen reliquisset, ipsum hunc etiam, quem nunc feliciter imperium obtinentem videmus, Constantinum ejectum submovisset, et adolescentulo sclaveno facie turpi moribus etiam turpiori, traditum esset gubernandum imperium Romanum.

Ab hac iniquissima novitate injuriæ etiam illæ prodiere, quibus affectus fuit sanctus hic vir. Namque consiliariis usus iis, quos Leo sæpe vitæ suæ insidias fuisse molitos manifeste convicerat, ac propterea etiam ab ecclesiis repulerat, vel ipsi potius, metu ne deprehenderentur, sua se sponte removerant, ut quos ejusdem secum sententiæ esse putabat, viris immanibus ac feris, quique uni tantum quæstui inhiabant, ea sævitiæ exempla in illum edidit, que in eum edi par est, qui in hujusmodi sceleratorum manus traditus sit. Ac cætera quidem videor mihi missa facturus, quæcunque contumeliosius ille in sanctos viros effecit, eaque commemorabo tantummodo, unde pulcherrime

A universam existimo me morum ejus perversitatem declaraturum.

Mos est regibus Christianorum, qui idem illis communis est cum omnibus Christianis, ut, quotiescunque Dei basilicas ingrediuntur, aperto capite eas ingrediantur. Quem quidem Paulus ipse apostolus primus inducit atque omnibus in Christiana republica observandum mandavit. Hunc morem cum sapientissimi videlicet illi atque optimi viri sustulissent, persuaserunt homini crassæ cutis ac de suillo genere, et tantum non grunnienti (cui enim, quæso, æquius comparari ille poterat quam sui Bœoticæ?) ut cooperto capite in loca sacrosancta ingrederetur. Quam quidem ille disciplinam cum admisisset, atque ad majora etiamnum multo perdiscenda facinora se B paratum præberet, nimirum pulchre ille quoque consecutus est casus. Etenim ubi hominem sic persuasum illi introduxere, ac violacei coloris amiculo tectum sacræ mensæ admovere, magno cum suo, tum illius futuro dedecore (quando, opinor, pœna hæc illatæ viro sancto necis erat futura), confestim ille post facinus illud tam audax mente captus est, neque ex eo die in potestate sua amplius fuit. Nam et audacissimum, non tamen omni ex parte reprehendendum, facinus majore mox ac perniciosiore alio cumolavit. Cum enim statuis iis, quæ in hippodromo sunt, solitum Baccho sacrificium fieri fecisset, sane meritam ejus rei mercedem illico reportavit : siquidem iis nondum peractis, miserabiliter sublimis intra cubiculum suum est C importatus. Casu nihilo meliore quam fuit ille Herodis, qui cum Jacobum Zebedæi filium in gratiam eorum qui Christum occiderant, interemisset, ac Petrum ipsum apostolorum principem simili modo fuisset adortus, meritum ipse quoque facinoris sui præmium est consecutus; quippe qui in maxima, quæ ad diem solemnem convenerant, mortalium frequentia, regio satellitum comitatu subnixus, summo cruciatu, scatentibus undique ex ejus corpore vermibus, de vita discesserit.

Quomodo autem hic noster? Nostis profecto, quemadmodum miserrime fuit ille elatus, quantaque in ejus funere faciendo adhibita festinatio, sella regia, qua ejus corpus portabatur, confracta, per- D inde ac si ægre tulisset sceleratissima se illa sarcina pressam fuisse. Meminisse potestis præterea quam graviter fœdeque infelix illud corpus feteret, quantusque ac quam teter esset odor ille, quem occurrentium sibi naribus afflaret, ejusmodi videlicet qui aromatum quæ incenderentur omnium odorem confunderet. Intumuerat præterea mirum in modum. Atque hæc quidem divinæ providentiæ nunc in rebus humanis vitæ hujus indicia fuere; nam et colliquescente jam in putrorem corpore, ejus adhuc spirantis tabidas carnes ex inferioribus aiunt partibus effluxisse; quo quidem factum est ut vix ad destinatum sepulcrum delatum turpiter fuerit, ignominioseque projectum.

Conferantur nunc nostris, si placet, ea quæ huic

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

evenerunt, ostendaturque quid religiosus et pius vir, quid item contra Dei contemptor et impius, quomodoque viri pii exitum bonos solitus sit comitari, contraque scelesti derisio contemptioque. Nam ad ea, quæ diximus, illud etiam accessit, quod ne solita quidem viris piis post mortem adhiberi exsequiarum justa ei persoluta fuere, neque regia adhibita a magistratibus pompa, præter paucissimos quosdam eosdemque contemptissimos, qui cuilibet etiam de vulgo solitum officium præstaturi fuissent. Atqui multos tamen ille sui studiosos habebat, neque impedita erat cuique ad eum confluendi potestas; nisi sicubi aliqui etiam præsto fuere, quos utpote auctoratos sine mora imperatoribus apparere oporteret. Sed nimirum oportebat ut hujusmodi sepulturam nancisceretur vir omnium importunissimus, quæ debita rebus ab eo scelerate gestis alterius ei vitæ supplicia repræsentaret. Cæterum hic quidem hoc modo meritas scelerum suorum pœnas pependit.

Quid vero ejus consilii primarii auctores, maximeque illa circum nefarium caput palpitans cauda? Aliorum nimirum jam exitum vidimus, quorum memoria cum sonitu periit, aliis etiam ex propinquo jam imminere videmus; neque enim gemitus pauperum peribit in finem, canetque chorus juvencularum, nostri, inquam, sæculi Ecclesiarum, victoriæ carmen, novo et importuno Pharaone una cum curribus et equitibus demerso. Siquidem hujusmodi exitum exspectat morum asperitas, duritas implacabilitasque. Sed hæc missa faciamus, eaque, quæ initio nobis proposita erant, prosequamur, orationemque hoc modo terminemus.

O potestatem pontificum Dei! quæ una cum iis, qui virtutis causa perpessi injurias sunt, lætitia exsultas; una cum Abel invidiæ obnoxia es, una cum antiquo illo Jacob ab æmulis assidue vexaris, una cum Zacharia jugularis, una cum Jacobo in gratiam Judæorum mactaris, una cum divo Athanasio e sedibus tuis exturbaris, una cum Paulo exsilii pedicis, quemadmodum hic, confessionis honestaris, una cum Nicephoro et Photio viris clarissimis fugis ac mortibus decoraris. Te sepulcrum non operuit, sed omnibus quæ sub cœlo sunt terris aperuit. Te non terra contexit, sed omnibus quæ ubique sunt partibus ejus ostendit, dignum pontificem eo qui te creaverat Deo, idoneum præconem rebus illius magnifice gestis, similem etiam eorum quos ipse tulerat laborum exitum consecutum. Veruntamen qui laborum jam tuorum præmia percepisti, unaque es cum duce magistroque Christo, eum isthinc nobis concilia, ut sistat procellam, tempestatem cohibeat, maris tumultum sedet, iis, qui itidem ut nos injuriis affecti fuere, merita præmia persolvat, sive ut judicium convertatur in justitiam, sive ut injuriarum auctores agnoscant se deliquisse, et idoneam, contra quam hactenus ab his factum est, cantilenam auspicentur.

---

INEUNTE, UT VIDETUR, SÆCULO X

# JOANNES GEOMETRA

## NOTITIA

(Ex præfatione R. P. Ant. Ballerini, S. J., in præclara Sylloge Monumentorum ad mysterium Conceptionis immaculatæ Virginis Deiparæ illustrandum Romæ 1856 edita.)

De certa ætate qua Geometra vixerit, nondum constat, licet nonnulli temporis fines, lati ii quidem, aliqui tamen assignari jam possint, quibus nec antiquior nec recentior dicendus sit. Alterum nobis limitem hæc ipsa, nisi fallor, oratio præbet, quam edimus. Nam ubi ad explanandum Dominicæ incarnationis mysterium Joannes accedit, non Eutychianam modo, verum etiam Monotheliticam hæreticam confusionem sat diserte perstringit et impugnat (§ XXI). Post exortam igitur Monothelitarum hæresim scriptus est sermo. Alterum vero limitem certum defigit *Catena Patrum in Lucam* ab eminentissimo Angelo Maio Græce edita in *Script. vet.* t. IX, et Nicetam Constantinopolitanum diaconum habens auctorem. Cum enim multa e Joannis Geometræ scriptis Niceta decerpserit, et suæ collectioni inseruerit, idque post medium sæculum XI præstiterit, palam est Geometram ante id temporis floruisse. Quod autem quidam, nulla alia, ut videtur, de causa, nisi ut ne prorsus de eo taceant, certam aliquam epocham designare maluerint, uti v. gr. Casimirus Oudinus, qui (*a*) anno 1050 et Combefisius qui (*b*) medio sæculo X aut XI Geometram vixisse affirmarunt, pro nihilo habendum est. Nunquid enim non pari jure ad

(*a*) *De script. eccl.* II, 615.

(*b*) *Bibl. Conc.* vol. I, pag. 23.

Digitized by Google

sæculum IX eumdem scriptorem referre quispiam posset? Hippolytus Marraccius (*Biblioth. Marian.*, part. I ad v. *Joannes Geometra*) scribit, eum *floruisse circa annum salutis per Christum reparatæ* 980. Unde tamen id didicerit, tacitus præterit. Quod si nonnihil verisimilibus conjecturis tribui oporteat, hoc unum forte non abnuendum videbitur, eo ipso quod tam multa e Geometra in catenam suam Nicetas derivavit, omnibus perpensis rei adjunctis, haud improbabiles duci posse rationes opinandi, ab Geometra Nicetam non omnino exiguo annorum intervallo sejunctum fuisse.

Quis autem fuerit, omnibus huc usque mansit incompertum. Illud tamen ex Vaticano codice *inter Græcos Palatinos N.* 402 discere certo licet, presbyteratus ordine eum insignitum fuisse; exstat enim ibi ejus oratio, εἰς ἑαυτὸν ἡνίκα πρεσβύτερος ἐχειροτονήθη· *in se ipsum cum consecratus est presbyter*; ex qua etiam novimus eum, nedum matura, sed satis provecta ætate, quando jam canescebat, viribusque elanguere cœperat, presbyterum consecratum. Ejus sunt verba: Εἰ δέ τις εἴη τῶν οἷος ἐγώ, ᾧ πολιὰ μὲν ἡ θρὶξ, νωθρὰ δὲ ὑπὸ τοῦ χρόνου ἡ δύναμις, ὑπότρομος δὲ καὶ ὑποσκάζων ὁ λόγος, τοῦτον ἐν τοῖς ἱδρῶσι τῶν ἀγωνιστῶν ἐπευφραίνεσθαι, κ. τ. λ. monasticam vitam professum illum fuisse, haud anceps indicium suppeditat ejusdem opusculum cui titulus est *Paradisus*, quodque cum Morelliana versione jam in editis habemus. Satis fuerit hic descripsisse primum e XCIX tetrastichis quibus totum opus absolvitur:

*Sanctorum cœtus vere est paradisus amœnus,*
*Unde animis afflat suavis et almus odor.*
*Ergo cui affectu sunt pectora læsa profano,*
*Huc veniat, florem carpat et ambrosiæ.*

Cœtu autem sanctorum, ad quem auctor invitat, nihil designari aliud, quam cœnobitarum monasterium, non modo res ipsa clamat, sed et alia tetrasticha confirmant, ubi et monachorum mentio injicitur et de monasticis virtutibus agitur, exemplis antiquiorum cœnobitarum Antonii, Arsenii, Bessarionis, Agathonis, Achillæ propositis.

Imo, si fides habenda est alterius sermonis titulo, quem referunt tum Christophorus Harles in suis ad Fabricii Bibliothecam Græcam additamentis, tum Joannes Iriarte in recensione Codicum Græcorum Mss. Bibliothecæ Matritensis, qui et prolixum ejusdem sermonis fragmentum exhibet, haud plane immerito conjicere quispiam posset, Joannem nostrum episcopali quoque dignitate deinde decoratum fuisse. Titulus enim est: Ἰωάννου Πρωτοθρόνου τοῦ Γεωμέτρου περὶ τοῦ μήλου. *Joannis Protothroni Geometræ sermo de malo.* Porro quæcunque de usu vocis Πρωτοθρόνου suppetunt veterum monumenta, eo collineant omnia, ut nemo, qui episcopalem aliquem thronum non tenuerit, hoc titulo exornatus putetur (*a*).

Quanquam vero incomperta adhuc maneunt Joannis Geometræ tum gesta tum certa ætas, non æque tamen obscurum est, quodnam de eo judicium, scriptis ipsius inspectis, ferendum sit. Balthassar Corderius in prævio indiculo Patrum, quorum scriptis texitur catena quam vulgavit in Lucam, hanc de Geometra ferendam sententiam censuit: *Eum multa etiam soluta oratione non eleganter minus quam nervose scripsisse, apparet ex fragmentis ejus non paucis nec parvis, hac Catena citatis, in quibus et sublimem theologum, historicum eruditum, et interpretem ac ecclesiasten eximium agit.* Marraccius eumdem tanquam *oratorem ac poetam suo tempore insignem* deprædicat. Nec aliter Combefisius ipsum ceu *devotum auctorem et eruditum* laudat.

(*a*) Conf. Du Cang. *Gloss. Græc.* ad v. ΘΡΟΝΟΣ, et *Gloss. Lat.* ad v. Protothronus.

# NOTITIA ALTERA.

(Fabric. *Biblioth. Gr.* ed. Harles, tom. VIII, p. 625.)

—

Geometræ adscribuntur:

Hymni quatuor elegiaci in S. Virginem, cum metaphrasi Federici Morelli, subjectis octo versibus iambicis, quibus auctor ait, se unius e SS. Trinitate parentem perfecta decade, trecentis versibus (tot enim στίχους complectuntur illi hymni), celebrasse, hexametros autem, ut perfectiores, imperfectioribus pentametris junxisse, ut illi divinam, hi humanam Christi naturam denotarent.

Hymnus in B. Deiparam alphabeticus, ita ut singuli versiculi vocabulis, ab eadem littera secundum ordinem alphabeti incipientibus, constent. Hosce hymnos in corpore poetarum Græcorum heroicorum et elegiacorum etiam utraque lingua vulgatos Genev. 1614, fol., p. 746, primus cum metaphrasi sua Latina vulgavit et Gregorio XIV pontifici dicavit Federicus Morellus, Paris. 1591, 8. Ab eodem an. 1595, 8, in lucem Græce et Latine editus est Joannis Geometræ

*Paradisus*, sive epigrammata tetrasticha XCIX moralis argumenti, et dicta factaque SS. Ascetarum, Achillæ, Agathonis, Apollinis, Antonii, Arsenii, Bessarionis, Carionis, Isaiæ, Eutropii, Heliodori (*al.* Isidori), Lucii, Matois, Miltiadis, Pioris, Pittaci, Pityrionis, Simonis, Sisois, Theonis et Zenonis referentia.

Digitized by Google

Joannes Geometra sæpius citatur in Catenis Græcis in Lucam, etiam in Catena aurea Thomæ Aquinatis. [Atque ex Morelli ed. rec. in Appendice bibl. Patrum per Margarin. de la Bigne Paris. 1634, et in tomo XIV, ed. 1634, fol. Gr. ac Lat.].

Iambicam Metaphrasin Canticorum S. Scripturæ a Joanne Geometra non infeliciter concinnatam habuit MS. Leo Allatius, ut ipse narrat de libris ecclesiasticis Græcorum pag. 62. Atque Paraphrasin cantici Deiparæ legi in codice Colbertino ad Apollinariani Psalterii calcem, Cangius in Glossario Græco adnotavit. Similiter in codice Barocciano 26 Bodleianæ bibl. Canticum Mosis a Geometra μεταφρασθὲν ad calcem Appollinaris occurrit. Cæterum χαιρετισμοὶ illi, sive hymni quatuor in B. Mariam, quorum singula disticha a vocabulo χαῖρε incipiunt, exstant etiam mss. in bibl. Vaticana [v. Montfauc. Bibl. biblioth. mss. I, pag. 5. C.] et in Cæsarea, subjuncto, nescio cujus, in Geometræ laudem ἡρωελεγείῳ. Exstant etiam una cum epigrammatis variis iambicis ms. in codice, quem regi Christianissimo dono dedit Antonius Eparchus. Vide Bandurii notas ad antiquitates CPol. pag. 877 et 881, qui Geometram pessimum poetam appellat, indigno pro ætate imprimis, qua vixit, elogio.

Geometræ homilias sive sermones in passionem Christi atque in B. virginem, alterumque ἐξόδιον sive προπεμπτήριον in dormitionem Deiparæ, et tertium ad eamdem προσφωνητικὸν sive χαριστήριον evolvit memoratque Allatius *De Simeonibus*, pag. 94, 95, 114. In altero testatur, se etiam apocryphas de Maria narrationes, quæ evangelistarum scriptis non adversarentur, attexuisse : Συνείλεκται δὲ καὶ ἡμῖν οὐ μόνον ὅσα παρὰ τῶν εὐαγγελιστῶν τε καὶ προφητῶν, ἀλλὰ καὶ ὅσα παρ' αὐτῶν τῶν ἀποκρύφων ἀνελεξάμεθα, σύμφωνα καὶ ταῦτα δηλαδὴ καὶ ἀκόλουθα τοῖς εὐαγγελισταῖς καὶ προφήταις, καὶ τοῖς μεγάλοις καὶ θεολήπτοις Πατράσι καὶ διδασκάλοις. Εἴσεται δὲ πάντως ὅγε δίκαιο; ἀκροατὴς καὶ κριτής. Fabr.

*Joannis, Geometræ*, Protothroni (Ἰωάννου πρωτοθρόνου τοῦ γεωμέτρου) *orat. de malo*, quæ mali sive pomi laudes persequitur, ejusdem encomium quercus; ecphrasis horti; alia ecphrasis et encomium quoddam, quod inc. Τί δὴ καὶ τὸ μῆλον; sunt in cod. Barocc. 25. V. Cat. codd. Angliæ, etc. I, p. 3. Prima oratio *de malo* exstat quoque in cod. reg. Matrit. 82, ex quo illam exscripsit et Græce evulgavit Iriarte in Catal. codd. Gr. Matrit., pag. 301 sqq.

Florentiæ in bibl. Laurent. cod. X, n. 6, plut. 5. Jo. Geometræ versiculi iambici *in martyrium Panteleemonis*. — in cod. 27, n. 4, explicatio IX canticorum Ecclesiæ ex ore Joannis Geometræ, carmine iambico, quæ Bandinius in cat. codd. Gr. Laur. I, pag. 65, sqq. Græce publicavit (et p. 23 de cod. Laur. antea memorato egit). Idem adnotat, primum illorum etiam esse in cod. Barocc. citato, omnia vero haberi in cod. Colbertino n. 1476, eaque sibi olim comparasse Leon. Allatium, hoc ipso teste in diss. *De libris eccles.* tom II, p. 617; denique exstitisse etiam in bibl. Uffenbachiana, indice I. Henr. Maio in *Bibl. Uffenb. ms.* pag. 482, qui argumenta singulorum recensuit, et primum atque ultimum carmen tanquam ineditum in lucem protulit. — In bibl. Escorial. Jo. Geometræ carmina, totum certamen martyris Panteelemonis continentia (*a*), teste Pluero in *Itiner. per Hispan.*, pag. 176.

In bibl. Coislin. cod. 106, fol. 177, *Jo. Geom. sermo gratiarum actionis in adnuntiationem Deiparæ* (*b*). Vid. Montfauc. Bibl. Coislin. pag. 181. — Ibid. p. 251 memoratur Nicetæ collectio interpretationum ex diversis interpretibus (in his, Joan. Geometræ) in Evang. secundum Lucam.

Jo. Geom. quidam hymni sunt in bibl. *Paris.* publ. codd. 687. — 1630, n. 15. — 2408, n. 9. — 2633 et in 2892, canticorum Scripturæ metaphrasis, *heroicis* versibus.

Monachii in bibl. elec. cod. 101 eadem. V. cat. codd. Gr. Bavar. p. 38, ubi forsan rectius scribitur, *versibus iambicis*.

Vindobonæ in cod. Cæsareo theol. 289, m. 30, quatuor hymni in Deiparam, cum anonymi epigrammate in Jo. Geometram, sec. Nesselii. Cat. part. I, p. 398, aut sec. Lambec. Comment. V, pag. 347, sq. de cod. 253.

Mediolani in bibl. Ambros. in passionem Christi, teste Montfauc. in *Bibl. bibliothec. mss.* I, p. 499 E, eodem adnotante ib. II, pag. 1327. D. Jo. Geometra *de cœlo*, Gr. inter codd. de Mesme. Harl.

[*Joannis Geometræ ut ferunt, carmina varia* in *Anecdotis Græcis ex codd. mss. bibliothecæ Parisiensis*, a J. A. Cramero Oxonii anno 1841 editis. Tom. IV, p. 266. Ibi exstant Paraphrases IX in S. Scripturam quas jam Bandinius ediderat Catalog. tom. I, p. 64. Edit. Patr.]

(*a*) Editi sub hoc titulo : *Elogium S. martyris Panteleemonis, Græcis iambicis olim ab auctore incerto* (qui Joannes Geometra esse creditur) *scriptum et e bibliotheca Regia erutum a Federico Morello.* Lutetiæ 1605, in-12. Edit. Patr.

(*b*) Editus in libro cui titulus : *Sylloge monumentorum ad mysterium Conceptionis immaculatæ Virginis Deiparæ illustrandum, cura Ant. Ballerini Soc. Jesu.* Romæ 1856, typis S. C. *de propaganda fide.* « Hunc sermonem, inquit editor, certo auctori, Joanni Geometræ, ascribendum esse non Vaticanus modo codex inter Græcos Palatinos n. 402 fidem facit, et cum eo Coislinianus n. 106, qui in Imperiali Parisiensi bibliotheca servatur, ac Baroccianus XXV, sed testantur et alii Græci mss. codices, ut ex Heortodromio patet Nicodemi monachi, qui et in *Prolegomenis ad canonem Annuntiationis* eam inter alias ejusdem argumenti homilias recenset, et deinde per decursum commentarii ad eumdem canonem subinde nonnulla, ex ea decerpta, fragmenta refert. Accedit, quod ejusdem orationis particulas modo breviores modo longiores, sub Geometræ nomine recitatas cernimus tum in Catena Nicetæ diaconi ap. Ang. Maium, tum in altera Græcorum Patrum Catena in Lucam, quam Corderius edidit : quibus addi potest *aurea S. Thomæ Aquinatis* in eumdem Lucam *Catena.* » Ib.



Digitized by Google

*Joannis Geometræ commentariorum in S. Lucam fragmenta exstant in Catena Nicetæ Serronii quam edemus ad annum 1090.*

# ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΙΩΑΝΝΟΥ

## *ΛΟΓΟΣ ΠΡΟΣΦΩΝΗΤΙΚΟΣ Η ΧΑΡΙΣΤΗΡΙΟΣ ΕΙΣ ΤΟΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΣΜΟΝ ΤΗΣ ΥΠΕΡΑΓΙΑΣ ΘΕΟΤΟΚΟΥ.*

—

# BEATI JOANNIS GEOMETRÆ

## *IN SANCTISSIMÆ DEIPARÆ ANNUNTIATIONEM SERMO PROSPHONETICUS SEU GRATULATORIUS.*

(Ex Sylloge R. P. Ballerini supra laudata. Loca in Catenis obvia uncis includuntur.)

—

I. Gaudete : hocce mihi breve simul et magnum orationis exordium. Gaudete : hoc mihi et initium et medium et exitus. Gaudete : ad hoc nunc et natura omnis, et rerum creatarum universitas, et sermo ( meus) vos provocat ; magis vero præ omnibus sermonibus non meis solum, verum etiam mortalium omnium, quotquot fuerunt et sunt exstituri, sermo ille, qui et Patris mens est, ac Verbum simul et Filius, et Dei pariter et Deus, et veracissimus juxta ac potentissimus, non modo ut gauderemus indixit, sed etiam, ut gaudere possemus, opere præstitit. Gaudete, cœli et terra, et genus omne, et omnis ætas et sexus uterque; viri et mulieres, viventes et mortui, res omnis creata tum visibilis tum invisibilis. Et jam, sat scio, gaudetis, utpote qui magnum hunc fulgidumque nuntium audieritis proclamantem, quemadmodum olim per unam mulierem maledictionem, sic etiam nunc per unam mulierem gaudium in alios quoque universos esse diffusum ; imo vero non modo audistis verba, sed et re ipsa gratiæ fructus percepistis.

A Α'. Χαίρετε τοῦτό μοι τὸ βραχὺ καὶ μέγα τοῦ λόγου προοίμιον. Χαίρετε· τοῦτο καὶ ἀρχὴ καὶ μέση καὶ τελευτή. Χαίρετε· τοῦτο νῦν καὶ φύσις ὅλη καὶ κτίσις καὶ λόγος διακελεύεται· μᾶλλον δὲ τοῦτο καὶ πρὸ τῶν λόγων ὁ λόγος, οὐ τῶν ἐμῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν πάντων ἀνθρώπων καὶ ὄντων καὶ ἐσομένων, ὁ τοῦ Πατρὸς καὶ νοῦς, ὁ Λόγος ὁμοῦ καὶ Υἱὸς, ὁ καὶ Θεοῦ καὶ Θεὸς, ὁ ἀληθέστατος ἅμα καὶ δυνατώτατος, οὐ διετάξατο μόνον, ἀλλὰ καὶ κατεπράξατο. Χαίροις, οὐρανὲ, καὶ γῆ καὶ γένος ἅπαν, καὶ ἡλικία πᾶσα, καὶ φύσις ἑκατέρα· ἄνδρες καὶ γυναῖκες, ζῶντες καὶ τεθνηκότες, ὅλη γενητὴ κτίσις ὁρατή τε καὶ ἀόρατος. Καὶ χαίρετε, οἶδ' ὅτι, τοῦ μεγάλου τούτου καὶ φλογεροῦ κήρυκος ὑπακούσαντες, ὥσπερ διὰ μιᾶς τῆς ἀρᾶς, οὕτω καὶ διὰ μιᾶς νῦν τῆς χαρᾶς B γυναικὸς, καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσι διαδοθείσης· μᾶλλον δὲ μὴ τῶν ῥημάτων ἀκούσαντες μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ τῶν πραγμάτων τῆς χάριτος ἀπολαύσαντες.

II. Et quidem quam magnum illud, quod et verbis enuntiatum, et simul opere completum est! Magnum vere ac tremendum, et quod neque sermonibus efferri, neque auditu percipi, neque intellectu comprehendi possit! Deus hodierna die fit homo, et homo fit Deus et inimicus fit ejusdem naturæ particeps ; et evadunt amicissima quæ inimicissima erant, et conjunctissima quæ prius dissitissima. Verbum, inquam, et caro, materia et flamma ; in unum coeunt temporale et quod expers est temporis, corporea moles et quod est immensum; et qui maledixerat, benedicit ; et qui ab Eden exsulabat, rursus Eden inhabitat, et maledictam assumit naturam, damnatumque subit uterum ; videlicet amissam Eden Adamus recuperat, utriusque vero ( Adæ et Eden) Creator terram ad ferendas spinas damnatam vicissim assumit, seu melius dixerim ille pro Eden cœlos accipit, hic vero cœlos relinquens ad inferna descendit.

Β'. Ὡς μέγα μὲν οὖν τὸ νῦν ῥηθέν τε ἅμα καὶ πραχθέν. Μέγα καὶ φρικτὸν, καὶ μήτε λόγῳ ῥητὸν, μήτε ἀκοῇ χωρητὸν, μήτε νῷ καταληπτόν. Ἄνθρωπος ὁ Θεὸς, καὶ Θεὸς ὁ ἄνθρωπος σήμερον, καὶ κοινωνὸς τῆς φύσεως ὁ ἐχθρὸς, καὶ φίλτατα μὲν τὰ πολεμιώτατα, συμφυέστατα δὲ τὰ πρὶν ἀμικτότατα, λόγος καὶ σὰρξ, ὕλη καὶ φλὸξ, χρόνος καὶ ὄγκος περὶ τὸ ἄχρονόν τε καὶ ἄπειρον· καὶ ὁ ἀρασάμενος εὐλογεῖ, καὶ ὁ τῆς Ἐδὲμ ἀποικήσας ἐνοικεῖ, καὶ C λαμβάνει τὴν ἀραθεῖσαν φύσιν τε καὶ νηδύν· καὶ ὁ μὲν Ἀδὰμ τὴν Ἐδὲμ, ὁ δὲ Δημιουργὸς ἀμφοῖν τὴν κατακριθεῖσαν τὰς ἀκάνθας ἀντιλαμβάνει· μᾶλλον δὲ, ὁ μὲν ἀντ' ἐκείνης τὸν οὐρανὸν, ὁ δὲ τὸν οὐρανὸν λιπὼν ἐπὶ τὸν ᾅδην χωρεῖ.

III. Alius itaque aliud quodpiam e mysteriis, atque aliam quampiam e solemnitatibus celebrandam eligat, et majori præ ista dignam admiratione habeat, multo prosequens honore ( Christum Dominum ) propter nos natum, vel manifestantem se,

Γ'. Ἄλλος μὲν οὖν ἄλλο τι τῶν μυστηρίων, καὶ ἄλλην τινὰ τῶν ἑορτῶν ἀγέτω πρὸ ταύτης· καὶ θαυμαζέτω, αἰδούμενος τὸν γεννώμενον δι' ἡμᾶς, ἢ φαινόμενον, ἢ μεταμορφούμενον, καὶ τῇ φωνῇ τοῦ Πατρὸς ἅμα καὶ τῇ μορφῇ τῆς Θεότητος μαρτυρού-

Digitized by Google

μενον· ἢ ἄλλο τι τῶν ἀνθρωπίνων ἢ θείων ἢ καὶ συναμφοτέρων οἰκονομούμενον, ἢ τὸ τελευταῖον, καὶ ἀνιστάμενόν τε καὶ ἀνυψούμενον, κἀμὲ συνανυψοῦντα, καὶ ἑαυτῷ μὲν τὸ τῆς οἰκονομίας, ἐμοὶ δὲ τῆς σωτηρίας πέρας πραγματευόμενον. Ἐμοὶ δὲ τὴν ῥίζαν τούτων ἁπάντων δότω, τιμᾷν καὶ προτιμᾷν τῶν λοιπῶν, κἀκεῖνα μὲν φάσκειν πάντα καὶ νοῦν καὶ λόγον καὶ πάντα τὰ πρὸ τοῦ θαύματα, ταύτην δὲ κἀκεῖνα νικᾷν τῷ θαύματι. Σαρκωθέντα μὲν γὰρ ἤδη Θεὸν γηννηθῆναι, καὶ γεννηθέντα, φανῆναι, καὶ φανέντα τοσούτων καὶ τηλικούτων τελεσιουργὸν θαυμάτων ἀποφανθῆναι, καὶ ἀναστῆναι, πάντα τῆς ἀκολουθίας, καὶ οὐδὲν οὕτω θαυμαστὸν, ὅτι Θεῷ σαρκωθέντι παραβαλλόμενον θαυμαστόν. Τὸ δὲ σαρκωθῆναι Θεὸν, καὶ τὸν ἀχώρητον χωρηθῆναι, καὶ τὸν βασιλέα πτωχεῦσαι, καὶ τὴν ἔχθραν λυθῆναι, καὶ μιχθῆναι τὰ ἄμικτα, φύσεις ἅμα καὶ γνώμας, τοῦτό ἐστιν, ὃ καὶ Παῦλος, καὶ πᾶσα τῶν ἄλλων ἡ φύσις ὑλική τε ἅμα καὶ ἄϋλος θαυμάζειν βούλεται μὲν, ἀδυνατεῖ δὲ ὅσον ἄξιον.

Δʹ. Ἄλλως τε καὶ εἰ τοὺς κλάδους θαυμάζειν εἰκὸς, πῶς οὐ τὴν ῥίζαν αὐτὴν πρὸ ἐκείνων, κἀκείνων αὐτῶν ἕνεκα θαυμασόμεθα; Ὥστε καὶ χωρὶς τῶν ἄλλων καὶ τῶν ἑαυτῆς, ὅσα ἄν τις περὶ τῶν ἄλλων μυστηρίων ἐρεῖ, ταῦθ' ἅμα συμφορήσας περὶ τῆσδε τῆς ἑορτῆς ἐρεῖ, παρ' ἧς κἀκεῖνα, καὶ αὕτη τῶν ἐκείνης καρπῶν ἡ ῥίζα, καὶ αὕτη τῶν ποταμῶν ἡ πηγή. Προσθήσω δ' ὅτι καὶ ἡ ἐμὴ ζωή. Τοσοῦτόν ἐστι τὸ Θεὸν ὀφθῆναι βροτὸν, τὸ δὲ καὶ θεουργηθῆναι βροτόν. Ὃ καὶ αὐτὸ τοῦ παρόντος ἔγνωμεν μυστηρίου πηλίκον. Ὡς κινδυνεύω τὴν ἑορτὴν ταῖς ἄλλαις, ὡς ἁπλῆν, παραβάλλειν ἐπιχειρῶν, εὑρίσκων διπλῆν, καὶ τῷ μέρει ταῖς ἄλλαις νικῶσαν, οὐκ ἔχειν, ὅπως τοῖς μέρεσιν αὐτὴ πρὸς ἑαυτὴν κριθῇ, μηδ' ᾧτινι τῶν μερῶν δώσει νικᾷν τῷ θαύματι, ἄνθρωπον τὸν Θεὸν, ἢ Θεὸν φανῆναι τὸν ἄνθρωπον.

Εʹ. Ἀλλά γε τὸ πᾶν ἀναπτύσσων, ἤδη καὶ τριπλῆν εὑρίσκω· καὶ ἡ πίστις ἐγγύς. Οὐ γὰρ εὐαγγέλια, καὶ ταῦτα διπλᾶ μόνον, ἀλλὰ καὶ φύσεως ἑορτάζω τὰ νικητήρια, μᾶλλον δὲ χάριτος· ἡ μὲν γὰρ ἡττᾶται, ἡ δὲ νικᾷ. Παρθένου σύλληψιν ἄγω, παρθένου κύησιν, παρθένου μετ' ὀλίγον καὶ γέννησιν. Παρθενία καὶ γεννᾷ, καὶ γεννᾶται· ἡ μὲν τὸν Λόγον, ἡ δὲ, τοῦ Λόγου νομοθετοῦντος, καὶ μετ' ὀλίγον, ἧπερ ἐτέχθη, καὶ ὅπερ ἐφάνη, καὶ τόκον διδόντος τοῖς πειθομένοις ὅμοιον. Νυνὶ δέ μοι συλλάβοις τὸν λόγον ὁ τοῦ Λόγου τὴν σύλληψιν ἑορτάζων, καὶ λογικῶς τι περὶ τῆς ἑορτῆς φιλοσοφήσοις, ἵν' ᾖ σοι καὶ τοῦτο τῶν περὶ τὴν ἑορτὴν εὐλογώτατόν τε ἅμα καὶ οἰκειότατον.

vel semet transfigurantem, ac testimonium accipientem tum a Patris voce tum a splendida Divinitatis specie, vel quodpiam aliud sive humanorum sive divinorum sive ad utrumque ordinem pertinentium operum perficientem, vel eumdem morientem, ac porro resurgentem, atque in cœlos ascendentem, et secum me quoque exaltantem, finemque tum œconomiæ sibi præstitutæ, tum salutis meæ operi imponentem. Ast mihi concedat, ut horum omnium radicem honore prosequar, eamque præ reliquis omnibus in honore habeam, tum etiam fidenter profitear, ea quidem omnia et mentis captum, et omnem vim dicendi, et quæcumque in antecessum perpetrata sunt mirabilia, superare; hanc nihilominus illis quoque ratione miraculi præcurrere. Nam quod Deus jam incarnatus in lucem editus sit, et quod natus semet manifestaverit, et quod manifesto cognitus tot tantorumque miraculorum patrator apparuerit, et quod e mortuis resurrexerit, hæc omnia consentanea prorsus sunt, atque adeo nil mirum, quod ab incarnato Deo mira prodeant. At vero, quod humanam carnem Deus assumpserit, quod incomprehensibilis fuerit comprehensus, quod rex factus sit mendicus, quod inimicitia sublata fuerit, quod in unum coiverint quæ invicem abhorrebant, scilicet naturæ simul et voluntates, hoc est quod et Paulus et quævis alia natura sive terrestris sive cœlestis, etsi maxime cupiat, mirari tamen ac celebrare pro dignitate non valet.

IV. Ad hæc si consentaneum est ramos admirari, qui radicem ipsam præ illis et illorum ipsorum causa non mirabimur? Adeo ut præter reliqua ac propria ejusdem festivitatis encomia, quæcunque demum de aliis mysteriis quispiam dixerit, hæc omnia in unum congerens de hac ipsa solemnitate, e qua et illa dimanant, dicturus sit, quippe quæ et horum ipsius fructuum est radix, et ipsa fluminum est scatebra. Adjiciam et illud, quod hinc est et vita mea. Tantumdem est Deum apparuisse mortalem, atque vicissim mortalem ad divinitatem fuisse provectum. Quo sane ipso quanta sit mysterii hujus magnitudo novimus. Etenim dum hanc solemnitatem, quasi una tantum sit, cum aliis comparare instituo, eam autem duplicem sic invenio, ut etiam altera tantum sui parte aliis festivitatibus antecellat, jam prope in eo sum, ut plane nesciam, quodnam de eadem, secum ipsa quoad partes suas collata, judicium ferri queat, et utri partium ratione miraculi victoria adjudicanda sit, an scilicet quod homo apparuerit Deus, an vero quod Deus factus sit homo.

V. Quanquam si penitus omnes mysterii partes evolvero, etiam triplicem jam invenio hanc esse festivitatem; et est in promptu quo id suadeatur. Non enim faustissima illa nuntia, eaque bina tantummodo celebranda occurrunt; sed triumphos præterea celebro naturæ, seu potius gratiæ; illa enim superatur, hæc autem triumphum agit. Virginem concipientem, virginem utero gestantem, virginem paulo post etiam parientem celebro. Virginitas et gignit, et gignitur; nam gignit quidem ea Verbum; Verbo autem legislatore paulo post etiam gignitur, quatenus ejusmodi quoque partum credentibus Verbo eodem tribuente. Virginitas, quod et perspicue apparuit, mundo effulsit. Nunc itaque quisquis conceptionem Verbi præsenti solemnitate celebras, sermonem, quem habiturus sum, fac excipias, ac sub-

Digitized by Google

. time quid de ipsa festivitate sentias, ut ex iis quæ ad eamdem spectant, hoc quoque tibi sit et veritati prorsus consentaneum et rei maxime accommodatum.

VI. Duplicem, ut norunt omnes, generationem Verbi profitemur; cœlestem alteram, eamque primam, alteram terrestrem eamque secundam; quanquam neque primam illam dixerim, sed potius et sæcula præcedentem et æternam; quomodo enim vel prima esset, quæ nullum unquam initium habuit? Nam primum inter ea habetur, quæ tempori subsunt. Sed et quarumnam prima hæc esset? Nulli prorsus aliarum ullatenus similis invenitur, ne isti quidem terrestri scilicet, quam sui propriam ipse habuit; sed superna illa, sola est, et quavis præcelsa generatione eminentior; altera vero terrestris est ea quidem; omnes tamen terrestres ac temporales ratione modi exsuperat. Atque illa quidem quemadmodum extra tempus omne est, ita et omnem captum excedit. Non enim solum tempus omne, sed omnem quoque modum prætergreditur. Sicuti autem incomprehensibilis, sic et ab omni materia est secreta; neque enim materialis esse potest eorum generatio, quæ incorporea sunt et incomprehensibilia. Quemadmodum vero omnis materiæ, sic profecto cujusvis quoque præcedentis conceptionis est expers; non enim prius est imperfecta, deinde perfecta. Et rursus sicut conceptionem nullam, sic et nullam habet causam, propter quam facta sit; non enim ex libera cujuspiam finis electione et prosecutione exsistentiam habet Filius, uti neque Pater, neque Spiritus; sed in principio erat, licet origine non careat: nam quomodo Filius esset, si neque esse acciperet ex Patre? Atque plane ita se habet et habebit, ut credi quidem semper possit, quando autem et quomodo sit, intelligatur nunquam. Illa vero (terrestris) similis et ipsa huic est ex parte, quatenus eadem et copulationem carnalem nescit, et passione caret, et captum superat; in cæteris vero ab ea discrepat; nam et corporea est, et adjunctam conceptionem habet, et temporalis est, et habet causam, quæ quidem causa fuit salus mea. Unica enim, cur Deus mortalitatem indueret, hæc causa fuit, ut homo particeps Deitatis evaderet. |

A ϛ'. Διπλῆν ἡμῖν γέννησιν ὁ λόγος οἶδε τοῦ Λόγου· τὴν μὲν ἄνω τε καὶ πρώτην, τὴν δὲ κάτω τε καὶ δευτέραν· μᾶλλον δὲ τὴν μὲν οὐδὲ πρώτην, ἀλλὰ καὶ προαιώνιόν καὶ ἀΐδιον· πῶς γὰρ ἂν εἴη καὶ πρώτη, μήτε ἀρξαμένη ποτέ; Τῶν γὰρ ὑπὸ χρόνον τὸ πρῶτον. Τίνων δὲ καὶ ταύτη; Μήτε μηδεμιᾷ τῶν ἄλλων ἐοικυῖα μηδὲν, μήτε δὲ τῇ ἑαυτοῦ ταύτῃ καὶ κάτω· ἀλλ' ἡ μὲν ἄνω μόνον καὶ ὑπὲρ ἄνω πάσης γεννήσεως· ἡ δὲ, κάτω μὲν, ὑπὲρ δὲ πάσας τὰς κάτω καὶ ὑπὸ χρόνον, διὰ τὸν τρόπον. Καὶ ἡ μὲν ὥσπερ ἄχρονος, οὕτω καὶ ἄληπτος. Οὐ γὰρ χρόνου μόνου κρείττων, ἀλλὰ καὶ τρόπου. Ὥσπερ δὲ ἄληπτος, οὕτω καὶ ἄϋλος· οὐ γὰρ ὑλικὴ τῶν ἀΰλων καὶ ἀλήπτων ἡ γέννησις. Ὥσπερ δὲ ἄϋλος, οὕτω δὴ καὶ ἀσύλληπτος· οὐ γὰρ ἀτελὴς πρότερον, εἶτα τέλειος. B Ὥσπερ δὲ ἀσύλληπτος, οὕτω δὴ καὶ ἀναίτιος· οὐ γὰρ ἵνα τόδε τι, διὰ τοῦτο Υἱὸς, ὥσπερ οὐδὲ Πατὴρ, οὐδὲ Πνεῦμα· τῇ δὲ ἀρχῇ, καὶ αἰτιατή· πῶς γὰρ ἂν καὶ εἴη Υἱὸς, μήτε τὸ εἶναι λαβὼν παρὰ τοῦ Πατρός; Καὶ ἡ μὲν οὕτως ἔχει καὶ ἕξει, πιστευομένη μὲν ἀεὶ, καταλαμβανομένη δὲ τῷ πότε, ἢ τῷ πῶς, οὐδέποτε. Ἡ δὲ τῷ μὲν ἀσυνδυάστῳ τε καὶ ἀπαθεῖ καὶ ἀλήπτῳ, καὶ ὅμοιος· τὰ δὲ λοιπὰ, διάφορος ὑλικὴ τε καὶ συλληπτὴ, χρονικὴ καὶ αἰτιατή· καὶ ἡ αἰτία, ἡ ἐμὴ σωτηρία. Τοῦ γὰρ Θεὸν βροτωθῆναι, τὸ βροτὸν θεωθῆναι, μόνη πρόφασις.

VII. Et sane non ideo solum Deus advenit, ut pœnam solveret, neque solum ut peccatum dimitteret; verum etiam ut nobis ex benignitate sua Divinitatis similitudinem largiretur, atque ita quod male per vanam tantummodo phantasiam excogitatum fuerat, hoc ipsum opere perbelle completum ostenderet. Nam posteaquam a principio invidus ille, ille impostor, malitiæque et mendacii pater Creatorem ipsum tanquam invidum et mendacem et impostorem traduxit, inquiens: [1] *Quid est quod præcepit vobis Deus de hoc uno ne comederetis?* et illud addens [2]: *In quocunque die comederetis ex eo, eritis sicut dii;* atque ita demum hominem a Deo creatum vanissima specie dignitatis, quæ præter naturam esset, ab ea quoque gloria, quæ est secundum gratiam, dejecit, universumque humanum genus pessumdedit; is, qui solus invidia prorsus est vacuus, et veracissimus, et potentissimus, et hominum amantissimus, sapientissimusque, tunc quidem et suam ipsius veracitatem, illius autem fallaciam invidiamque probavit, cum ligni esus eos mortales effecit; nunc vero, dum ipse lignum vitæ effectus,

C Ζ'. Οὐ γὰρ τὴν τιμωρίαν λῦσαι μόνον, οὐδὲ καταλῦσαι τὴν ἁμαρτίαν, ἀλλὰ καὶ χαρίσασθαι τὴν ἰσοθεΐαν, καὶ τὸ κακῶς φαντασθὲν μόνον, καλῶς ἀποτελεσθὲν ἔργῳ δείξων, Θεὸς ἐλήλυθεν. Ἐπειδὴ γὰρ φθονερὸν ὁ φθονερὸς, καὶ ψεύστην καὶ σοφιστὴν ὁ σοφιστὴς τῆς κακίας καὶ τοῦ ψεύδους πατὴρ ὑπέθετο τὴν ἀρχὴν τὸν Δημιουργὸν, λέγων· *Τί ὅτι ἐνετείλατο ὑμῖν ὁ Θεὸς ἀπὸ τούτου μόνου μὴ φαγεῖν;* καὶ τὸ, *Ἧ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγητε ἀπ' αὐτοῦ, ἔσεσθε ὡς θεοί·* καὶ οὕτω τὸν δημιουργηθέντα φαντασίᾳ δόξης τῆς παρὰ φύσιν, καὶ τῆς κατὰ χάριν ἐξέβαλε, καὶ τὴν φύσιν ἀνέτρεψεν, ὁ μόνος ἀφθονώτατος καὶ ἀληθέστατος καὶ δυνατώτατος, καὶ φιλανθρωπότατος καὶ σοφώτατος, οἷς τότε μὲν τὸ ξύλον αὐτοὺς ἐθανάτωσε, τὸ μὲν ἀψευδὲς ἑαυτοῦ, τὸ δὲ D ψεῦδος ἐκείνου καὶ τὸν φθόνον ἐξέλεγξεν· οἷς δὲ καὶ νῦν αὐτὸς αὐτοὺς τὸ τῆς ζωῆς ξύλον ἐθέωσε, τὸ θεοπρεπὲς ἑαυτοῦ καὶ ἀγαθώτατον ἐφανέρωσε· καὶ δι' ὧν μὲν τὸν τρόπον ὑπέδειξε τῆς θεώσεως, τὸ σοφώτατον παρεδήλωσε· δι' ὧν δὲ καὶ τοσοῦτον ἐκενώθη, καὶ οἷς αὐτὸν ἐνεδύθη τὸν ἄνθρωπον, τὸ φιλανθρωπότατον· οἷς δὲ καὶ τὰς φύσεις ἀφύρτως ἐκέρασε,

[1] Gen. III, 1. [2] Gen. III, 5.

Digitized by Google

ναὶ οἷς ἀῤῥήτως καὶ ἄμφω διέμεινε, τὸ δυνατώτατον· οἷς δὲ μηδ' ἁρπαγὴν ἢ μεταβολὴν τῆς δόξης ἐνόμισε, τὸ κατὰ φύσιν βασιλικώτατον.

A eosdem ad naturæ divinæ participationem evexit, profecto et opus Deo dignum, seseque benignissimum patefecit. Insuper dum naturæ divinæ participandæ rationem ostendit, summam sapientiam suam manifestavit; et dum semetipsum adeo exinanivit, ipsamque hominis naturam induit, maximum suum in homines palam fecit amorem. Denique dum naturas sine mistione conjunxit, et ineffabili prodigio unus simul et utrumque permansit, infinitam suam aperuit potentiam; dumque haud rapinam arbitratus est aut injustam gloriæ mutationem [a], nobilissimam regiamque naturæ suæ dignitatem prodidit.

Η'. Ἔχει μὲν οὕτω ταῦτα καὶ διὰ ταῦτα ἡ θεία σάρκωσις. Ἐπεὶ δὲ κατάλληλα καὶ ταῖς νόσοις ἔδει τεχνᾶσθαι τὰ φάρμακα, κατάλληλα καὶ τεχνάζεται. Καὶ διὰ ταῦτα πέμπεται μὲν ἄγγελος διὰ τὸν ἄγγελον, ὁ τοῦ φωτὸς διὰ τὸν τοῦ σκότους, ὁ ἄρχων διὰ τὸν κοσμοκράτορα, ὁ πτερωτὸς διὰ τὸν ἑρπηστήν. Ἐκλέγεται δὲ καὶ διὰ τὴν γυναῖκα γυνή, καὶ διὰ τὴν Εὔαν ζωή, διὰ τὴν φθαρεῖσαν παρθένος, διὰ τὴν πλανηθεῖσαν ἡ μὴ συναρπαγεῖσα, διὰ τὴν τῆς Ἐδὲμ ἐκπεσοῦσαν ἡ τῷ ναῷ προσαχθεῖσα, διὰ τὴν ἡδονῇ δελεασθεῖσαν ἡ μηδὲ λογισμοῖς ῥυπωθεῖσα, διὰ τὴν κακῶς τῷ δαίμονι ψιθυρίσασαν ἡ διηνεκῶς τῷ Θεῷ προσλαλήσασα καὶ τοῖς θείοις λογίοις ἐμμελετήσασα.

VIII. Et hoc quidem pacto et ista prorsus de causa hæc gesta sunt, et divina incarnatio in opus deducta est. Quoniam vero oportebat, ut consentanea morbis pharmaca pararentur, idcirco omnia ita peracta sunt, ut adamussim pars parti responderet. Et exinde angelus mittitur propter angelum, angelus B nempe lucis propter angelum tenebrarum, (cœlestis) princeps propter hujus mundi rectorem, aliger propter humi reptantem. Sed et propter mulierem mulier eligitur, et propter Evam vita, et propter corruptam integra virgo, et propter deceptam ea quæ cum illa simul direpta non fuerat; propter illam quæ excidit ex Eden, ea quæ ad templum fuit adducta; propter inescatam blandimentis voluptatis, ea quæ ne cogitationibus quidem contaminata est, propter illam quæ male cum dæmone sermones miscuit, ea quæ continenter Deum alloquebatur, et jugi oraculorum divinorum meditatione mentem exercebat.

Θ'. Ἤρα μὲν ἡ θυγάτηρ τοῦ βασιλέως, ἐπεθύμει δὲ καὶ τῆς θυγατρὸς τοῦ κάλλους ὁ βασιλεύς· ἣν καὶ πρὸς τὸν ὅσον οὔπω μεσίτην καὶ παρθένον Λόγον ἡ παρθένος μεσῖτις, καὶ ἡ δούλη θυγάτηρ γίνεται, καὶ ἡ θυγάτηρ νύμφη, καὶ μήτηρ ἡ νύμφη. Δέχεται μὲν τὴν χαρὰν διὰ τὴν ἀρὰν, τὸν Λόγον διὰ τὸν δόλον. Οὐχ ἅπτεται μὲν τοῦ φυτοῦ, ἅπτεται δὲ τὸ φυτὸν αὐτῆς, τὸ τῆς ζωῆς διὰ τὸ τῆς γνώσεως. Ἐπέρχεται μὲν ὁ νυμφίος, ἐφίσταται δὲ ὁ νυμφαγωγὸς, χαίρων ἅμα καὶ φρίττων· τὸ μὲν, ὡς εὐαγγέλια καὶ τηλικαῦτα τῇ τε κόρῃ καὶ τῇ φύσει πάσῃ διακονούμενος· τὸ δὲ, ὡς παρὰ Δεσπότου καὶ παρὰ δεσπότιν πεμπόμενος, καὶ ἅμα τὸ φρικτὸν τοῦ πράγματος ἐνδεικνύμενος. Καὶ ὁ μὲν δοῦλος, *Χαῖρε, κεχαριτωμένη*, φησὶν, *ὁ Κύριος μετὰ σοῦ*· ὁ Δεσπότης δὲ, τὸν τοῦ δούλου λόγον ὑπελθὼν, αὐτὸς, ἀληθῶς ὁ Λόγος καὶ Θεὸς, εἰσελθὼν ἦν αὐτεπάγγελτος.

IX. Filia porro diligebat regis pulchritudinem, et vicissim rex concupiscebat pulchritudinem filiæ; et Verbi mox mediatoris juxta ac virginis futuri virgo mediatrix fuit, et exinde ancilla evadit filia, filia vero sponsa, C et sponsa fit mater. Et hæc quidem propter illud (Evæ) maledictum accipit gaudium, ac propter veterem illum dolum recepit Verbum. Arborem ipsa sane non tangit; sed eam tangit arbor, arbor nempe vitæ propter illam arborem scientiæ. Adventat sponsus; astat etiam paranymphus, gaudio simul gestiens et tremore perculsus: gaudens sane, utpote qui fausta nuntia eaque tanti momenti, tum puellæ tum universo hominum generi ceu legatus defert: tremens vero, quippe qui a Domino mittitur ad Dominam, et quod in re sit maxime tremendum, annuntiat. Atque ille quidem ceu servulus, *Ave*, inquit, *gratia plena, Dominus tecum* [b]. At Dominus, servi sui verbo semet subinferens, ipse, qui vere et Verbum est et Deus, progrediens per se rem agebat.

Ι'. Ἀλλὰ μικρόν τι τοῖς εὐαγγελίοις τούτοις προσκαρτερήσωμεν, καὶ περιστησώμεθα τοὺς θαλάμους, καὶ περιβλεψώμεθα τὴν παστάδα, καὶ ἀναπτύξωμεν τοῦ νυμφίου τὸν πλοῦτον, ἢ καὶ τῆς νύμφης τὸ κάλλος, καὶ ἀκούσωμεν τῆς μυσταγωγίας. Τάχα τι μέγα καὶ αὐτοὶ τῆς ὁμιλίας ταύτης καὶ τῶν ὑμεναίων παρακερδήσομεν. Οἵας μὲν γὰρ ὁ νυμφαγωγὸς, ἢ ὁ νυμφίος ἅμα, καὶ μαρτυρεῖ καὶ ὑπισχνεῖται, καὶ παρέχει τῇ νύμφῃ τὰς δωρεάς; Οἵας δὲ καὶ ἡ νύμφη πρὸς αὐτὸν ἀφίησι τὰς φωνάς; *Χαῖρε, κεχαριτωμένη· ὁ Κύριος μετὰ σοῦ*. Τούτων τὰ μὲν τῆς νύμφης, τὰ δὲ τοῦ νυμφίου. ['Αμφότερα γὰρ ὁ ἄγγελος.] Τὰ μὲν γὰρ αὐτῇ μαρτυρεῖ, τὰ δὲ ὑπισχνεῖται. Τὸ μὲν γὰρ, καὶ ἤδη κεχαριτω-

D X. Verum hisce nuntiis expendendis tantisper immoremur, ac circa thalamos consistamus; tum conclave ipsum circumspiciamus, et sponsi divitias aut etiam sponsæ pulchritudinem revelemus, ac sacræ illius initiationis sermonem audiamus; magnum fortassis ex hoc colloquio et nuptialibus hymnis nos quoque fructum obiter percipiemus. Qualia enim paranymphus, vel sponsus simul, et attestatur, promittitque, et offert sponsæ dona? Quales vero etiam sponsa ad ipsum voces profert? *Ave, gratia plena, Dominus tecum.* Hæc partim quidem ad sponsam, partim vero pertinent ad sponsum. (Utrumque enim angelus præstat, et) alia quidem ipsi sponsæ testatur, alia autem pollicetur. Pri-

[a] Phil. II, 6. [b] Luc. I, 28.

Digitized by Google
Распознавание текста ABK/FR

mum namque est, ipsam per Spiritum sanctum jam gratia plenam esse, dignamque tam augustis sponsalibus effectam fuisse. O elata illius supra naturam natura, non animæ solum, sed etiam corporis, quam ob rem Spiritus sancti virtutem magis etiam quam sanctæ cæterorum animæ sibi attraxit! In istis enim vix ipsæ quoque animæ, utcunque spiritu admodum emundatæ, mirum quam exiguo splendore niterent. In hac vero vel ipsa caro plenitudinis Spiritus domicilium fuit, Filiique officina, seu potius ipsam huic materiam præbuit, et puritate temperavit.

XI. Verum ista quidem ad sponsam pertinent. [Hæc sunt, de quibus (angelus) Virgini fidem facit] Quod vero propter dolores olim intentatos [5] [ac propter veterem illam sententiam solvendam, hoc etiam gaudium ipsi jucunde exhibeat, ad pollicitationes id pertinet. Et illud quidem *Ave*, quasi nuptiale sponsi munus est, et arrha; quod autem nitore virtutum ipsa sit *gratia plena*, hæ sunt sponsæ divitiæ. Sed et illud, *Dominus tecum*, hoc ipsum potissimum est, quod promittitur, benedictus ipse sponsus, qui tanquam Verbum per verbum et simul cum verbo et supra quam verbis effari liceat, conjunctionem exsequitur, (et quod præterea cum ea ipse permaneat, hoc idem est omne donum, in hoc sunt omnes sponsi divitiæ, ut sponsa sponsum ipsum habeat). Et ipse quidem sponsus simul et Pater evadit et Filius, quippe qui et ipse sator est et ipse satus, seu potius, veluti coagulum virtute sua lac constringit, ipse integram sibi subjicit naturam, eamque efformans sibi circumdat. Qualis porro est et rei exitus, quam immensum simul opus est, et maxime compendiosum!]

[*Benedicta tu in mulieribus*, aperte præ omnibus pariter mulieribus. Sed et benedictæ prorsus in te mulieres, quemadmodum et viri in Filio tuo; seu potius benedicti utrique in utroque. Sicuti enim per unam et per unum, mulierem scilicet et virum, maledictio et luctus, sic etiam nunc per unum et per unam et benedictio et gaudium etiam in reliquos omnes effusum est (1).]

XII. Verum hic observa, quomodo præsentia ista antiquis illis omnia ex adverso se habeant. Illic, *In dolore paries filios* [6]; hic, *Ave*, et tristitiam ejiciens, et lætitiam in vicem illius inducens; illic tristitia præit parientis doloribus, dolores vero tristitiam excipiunt; iterumque dolores tristitia excipit, tristitiamque dolores [ac jugis ærumnarum vicissitudo]; semper enim *ad virum conversio* [7], et conceptus, filiorum simul ac dolorum gestatio, hic vero et gaudium puerperio præest, et gaudio ipsa est obstetrix gratia, et tum gestatio suavis, et suavior di-

σθαι ταύτην ἐκ Πνεύματος, καὶ ἀξίαν γεγενῆσθαι τῶνδε τῶν νυμφευμάτων. Ὢ τῆς ὑπὲρ φύσιν ἐκείνης φύσεως, οὐ ψυχῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ σώματος, ἣ καὶ πλέον τῶν παρ' ἄλλοις ἁγίων ψυχῶν ἔσπασε τοῦ Πνεύματος τὴν ἐνέργειαν. Ἐπ' ἐκείνων μὲν γὰρ μόλις καὶ αἱ ψυχαὶ, καὶ αὗται λίαν κεκαθαρμέναι τῷ Πνεύματι, μικρὸν ὅσον περιελάμφθησαν· ταύτῃ δὲ καὶ ἡ σὰρξ ὅλου τοῦ Πνεύματος οἰκητήριον καὶ ἐργαστήριον τοῦ Υἱοῦ· μᾶλλον δὲ καὶ τὴν ὕλην αὐτὴν αὐτῷ παρεχομένη, καὶ συγκιρνωμένη διὰ καθάρσεως.

ΙΑ'. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τὰ τῆς νύμφης. [Τοῦτο τῇ κόρῃ μαρτυρεῖ.] Τὸ δὲ καὶ αὐτὴν αὐτῇ χαρίζεσθαι τὴν χαρὰν [διὰ τὴν πάλαι λύπην, καὶ τὴν λύσιν τῆς ἀποφάσεως, τοῦτο ἡ ἐπαγγελία. Καὶ τὸ μὲν, *Χαῖρε*, οἱονεὶ μνῆστρον τοῦ νυμφίου ¡ καὶ ἀῤῥαβών· τὸ δὲ, κεχαριτῶσθαι ταῖς ἀρεταῖς, τοῦτο τῆς νύμφης ὁ πλοῦτος. Τὸ δὲ καὶ *Ὁ Κύριος μετὰ σοῦ*, αὐτὸ τῆς ἐπαγγελίας τὸ τέλος, αὐτὸς ὁ νυμφίος εὔλογος, ὡς Λόγος διὰ λόγου καὶ σὺν τῷ λόγῳ καὶ ὑπὲρ λόγον τὴν ἕνωσιν ἐργαζόμενος· (τὸ δὲ καὶ μετ' αὐτῆς αὐτὸν γενέσθαι, τοῦτο τὸ δῶρον πᾶν, τοῦτο πᾶς ὁ τοῦ νυμφίου πλοῦτος, τῇ νύμφῃ αὐτὸς ὁ νυμφίος.) Καὶ νυμφίος ὁ αὐτὸς ὁμοῦ καὶ Πατὴρ καὶ Υἱὸς γινόμενος, ὡς αὐτὸς μὲν σπείρων, αὐτὸς δὲ σπειρόμενος, μᾶλλον δὲ, ὥσπερ ὀπὸς γάλα, τὴν ὅλην φύσιν νικῶν, καὶ ἑαυτῷ περιπλάττων. Οἷον δὲ καὶ τὸ ἀκροτελεύτιον! ὡς πληρέστατόν τε ἅμα καὶ συντομώτατον!]

[*Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶ*, παρὰ πάσας ὁμοῦ δηλαδὴ τὰς γυναῖκας. Ἀλλὰ καὶ εὐλογημέναι πάντως ἐν σοὶ αἱ γυναῖκες, καθάπερ καὶ οἱ ἄνδρες ἐν τῷ Υἱῷ· μᾶλλον δὲ καὶ ἐν ἀμφοτέροις ἀμφότεροι. Καθάπερ γὰρ διὰ μιᾶς καὶ ἑνὸς, γυναικὸς καὶ ἀνδρὸς, ἡ ἀρὰ καὶ λύπη, οὕτω καὶ νῦν διὰ μιᾶς καὶ ἑνὸς ἡ εὐλογία τε καὶ χαρὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι διεδόθη.]

ΙΒ'. Ἀλλ' ὅρα, πῶς ἀντίθετα τοῖς πάλαι πάντα τὰ νῦν. Ἐκεῖ, *Ἐν λύπαις τέξῃ τέκνα*· ἐνταῦθα, *Χαῖρε*, καὶ τὴν λύπην ἐκβάλλων, καὶ ἀντεισάγων τὴν ἀγαλλίασιν· ἐκεῖ, λῦπαι μὲν προηγούμεναι τῶν ὠδίνων, ὠδῖνες δὲ τὰς λύπας διαδεχόμεναι· καὶ πάλιν τὰς ὠδῖνας λῦπαι, καὶ τὰς λύπας ὠδῖνες [καὶ κύκλος συμφορῶν·] ἀεὶ γὰρ ἡ *ἀποστροφὴ πρὸς τὸν ἄνδρα*, καὶ ἡ σύλληψις, καὶ ἡ ἐπικύησις καὶ τῶν τέκνων ἅμα καὶ τῶν ὠδίνων· ἐνταῦθα χαρὰ μὲν ἡγήτρια τῶν ὠδίνων· τῆς δὲ χαρᾶς ἡ χάρις αὐτὴ μαιεύτρια, καὶ γλυκεῖα μὲν ἡ κυοφορία, γλυκυτέρα

[5] Gen. III, 16. *Multiplicabo ærumnas tuas... et in dolore paries filios.* [6] Ibid. [7] Ibid.

(1) Tota hæc paragraphus sic paucis exhibetur in S. Thomæ catena aurea: *Hoc autem est totum legationis complementum. Dei enim Verbum ut sponsus supra rationem unionem efficiens, tamquam ipse germinans idemque germinatus, totam naturam humanam sibi ipsi conformavit. Ultimum vero ponitur tamquam perfectissimum et compendiosum:* Benedicta tu in mulieribus: *una scilicet præ cunctis mulieribus: ut etiam benedicantur in te mulieres, sicut mares in filio, sed magis uterque in utrisque. Velut enim per unam feminam et unum marem peccatum simul et tristitia intravit; sic et nunc per unam et unum benedictio revocata est et lætitia, et ad singulos est profusa.*

Digitized by Google

δὲ ἡ θεοτοκία, καὶ τῆς κοσμικῆς εὐτοκίας αὐτουργὸς ὁμοῦ καὶ προάγγελος.

ΙΓ′. [Ὅρα μοι τῆς Παρθένου τὴν καθαρὰν καὶ σοφὴν καὶ ψυχὴν ὁμοῦ καὶ φωνήν. Χαρὰν ἀκούσασα, οὐχ ἥπλωσε τὴν ἀκοὴν, ἀλλ' ἐβασάνισε τὴν φωνήν· καὶ οὔτε φανερῶς ἀντιπίπτει διὰ τὴν ἀπιστίαν, οὔτε παντελῶς εὐθὺς ὑποπίπτει διὰ τὴν εὐκολίαν· ἀλλ' ἐξίσης φεύγουσα καὶ τὴν ἁπαλότητα τῆς Εὔας, καὶ τὴν ἀπείθειαν τοῦ Ζαχαρίου, μέση χωρεῖ διὰ τὴν ἀσφάλειαν· καὶ διαταράττεται μὲν, ὡς εἰκός· οὐ διὰ τὰ ὁρώμενα μᾶλλον· τοσοῦτον αὐτῇ τὸ παράστημα· ἄλλως τε καὶ τούτων οὖσα τῶν θεαμάτων ἤδη συνήθης, ἀλλὰ διὰ τὰ λεγόμενα. Ταῦτά τοι καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς οὐ τῇ θεωρίᾳ μᾶλλον, ἀλλὰ τῇ ἐπαγγελίᾳ τὸν τάραχον ἀποδίδωσι. *Διεταράχθη* γὰρ, φησὶν, *ἐπὶ τῷ λόγῳ*.] .... [Οὐχ ὁ τοκετός· ἔτι γὰρ ἠγνόει τοῦ μυστηρίου τὸ μέγεθος. Ἀλλ' ὅμως ἐδεδοίκει καὶ ἔτρεμε τὴν θείαν ὁμιλίαν καὶ κοινωνίαν, καὶ καθ' αὑτὴν ἠπόρει, ποταπή τις αὕτη καὶ ὅπως· ἄρα πορνική τις καὶ ἄτοπος, ὡς ἐξ ἀνδρὸς πρὸς κόρην· ἢ θεία, ἐπειδὴ καὶ Θεοῦ μνήμη αὐτῇ σύνεστι, τὸ, Ὁ *Κύριος μετὰ σοῦ*.]

A vinus ille partus, qui totius mundi fecunditatis effector simul et nuntius exstitit.

XIII. [Sed præterea inspice, quæso, puram prudentemque Virginis mentem pariter ac linguam. Quamvis gaudii vox insonaret, non arrexit aures, sed sermonem diligenter perpendit; tum vero neque incredulitate aperte obnititur, neque statim nimia quadam facilitate omnino cedit; sed ex æquo et ab Evæ mollitie, et ab incredula Zachariæ duritie declinans, in medio caute prudenterque consistit. Et conturbatur illa quidem, prout res ferebat; non adeo sane ex visis, licet tam tremendum id esset, quod oculis ipsi obversabatur, præsertim cum cernendis ejusmodi quoque visionibus jam foret assueta; sed utique conturbatur ex dictis. Ita profecto et B evangelista, non tam ex visione, sed potius ex audito nuntio incussam esse turbationem tradit. Inquit enim: *Turbata est in sermone* [8].... [Itemque non eam in hunc angorem conjecit mentio partus; nondum enim perspectam magni illius mysterii rationem habebat. Verumtamen a divina illa allocutione conversationeque timebat, tremebatque, atque anxiis angebatur dubitationibus, cujusmodi illa foret, quove spectaret; num inhonesta ullo modo ac turpis, quippe quæ viri ad puellam, an vero divina, quoniam in ipso alloquio adjecta fuerat Dei mentio, illud nempe *Dominus tecum*.]

ΙΔ′. [Καίτοι τῆς κόρης μηδὲν εἰπούσης, ἀλλ' ἐν ἑαυτῇ περὶ τοῦ ἀσπασμοῦ διαλογιζομένης, ὁ χαροποιὸς νυμφοστόλος, οἷα νοῦς τὸν νοῦν αὐτῆς ὁρῶν, οὐκ ἐκβάλλει μόνον τὸν φόβον, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν ἀντεισάγει χαρὰν, καὶ μηνύει τὸν ἄφραστον τόκον· *Μὴ φοβοῦ*, φησί.] Τοῦτο διὰ τὸν πρὸ τοῦ τῶν ὠδίνων φόβον. *Τέξεις γὰρ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· — Αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ*. Οὐχ ὅσον οὐδὲν αὐτὴ, φησὶν, ἐκ τοῦ τόκου πείσῃ δεινὸν ἢ πικρὸν, ἀλλὰ καὶ ὁ τόκος ἔσται παντὶ τῷ κόσμῳ σωτήριος· καὶ δῆλον τὸ ἔργον ἐκ τοῦ ὀνόματος. [Τὸ μέντοι, *Ἰδοὺ* τὸ τάχος καὶ τὸ νῦν δηλοῖ· ἵνα καὶ διὰ τούτου τὴν διὰ λόγου καὶ σὺν λόγῳ ἐμφήνῃ σύλληψιν.].... [Ἐπειδὴ δὲ ἔστι καὶ ἐν γαστρὶ κατὰ τὸν προφήτην τῇ γε πνευματικῶς νοουμένῃ Πνεῦμα συλλαβέσθαι Θεοῦ, καὶ Πνεῦμα σωτηρίας ἀποτεκεῖν, ἀλλὰ σὺ, φησὶ, καὶ τέξεις υἱόν. [Σὺ οὖν, φησὶ, *καλέσεις* (οὐχ ὁ πατήρ· ἀπάτωρ γάρ τό γε κατὰ τὴν κάτω γέννησιν, ὥσπερ ἀμήτωρ κατὰ τὴν ἄνω), *σὺ καλέσεις Ἰησοῦν*. Ἀπὸ τῆς εὐεργεσίας ἡ ὀνομασία, ἀπὸ τῆς χρήσεως ἡ κλῆσις, ἀπὸ τῶν ἔργων ἡ εὐφημία· δι' αὐτοῦ γὰρ ἀνθρώποις ὁ τῆς σωτηρίας ἀνεξάντλητος ἐπιῤῥεύσει πλοῦτος.].... [Ἐπεὶ δὲ κοινὸν αὐτῷ τοῦτο καὶ πρὸς τὸν αὐτοῦ τύπον, τὸν στρατηγὸν καὶ δημαγωγὸν καὶ πρὸς τὴν τῆς ἐπαγγελίας γῆν ὁδηγὸν, διὰ τοῦτο δεικνὺς ὁ ἄγγελος, ὡς κατ' ἐκεῖνον ἔσται, ἐπάγει· *Οὗτος ἔσται μέγας*....] [*Δώσει τοίνυν αὐτῷ Κύριος τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ*, ὡς ἀνθρώπῳ, καὶ ὡς ἐντεῦθεν ἀρχομένῳ τῆς βασιλείας, διὰ τῶν πιστευόντων, οὓς καὶ οἶκον καὶ θρόνον ὀνομάζει Δαβὶδ τε καὶ Ἰακώβ. Οὐδενὸς δέ ἐστι τὸ βασιλεύειν εἰς τὸν

XIV. [Cum itaque Virgo nihil responderet, verum secum ipsa de salutatione illa sedulo disquireret, paranymphus gaudii minister, quippe qui mentem illius, utpote mens, pervidebat, non modo C timorem dispellit, sed plenum quoque gaudium contra ingerit, et ineffabilem ei partum annuntiat. *Ne timeas* [9], inquit.] Id enimvero dictum est propter timorem illorum dolorum qui parientibus olim intentati fuerunt. *Pariet enim filium, et vocabis nomen ejus Jesum* [10]; —*Ipse enim salvum faciet populum suum* [11]. Nedum, inquit, ipsa existimare possis, acerbum quidpiam aut molestum ex partu tibi impendere, imo vero partus tuus universo quoque mundo salutem afferet; et hujus quidem operis argumentum in ipso nomine prostat. [Enimvero illud *Ecce* declarat, nulla interposita mora et impræsentiarum rem actam; ut per id quoque palam faciat, conceptionem per verbum et cum verbo perfectam esse.]..... [At vero, quandoquidem juxta D prophetam contingit, ut in utero spirituali sane ratione intellecto, concipiatur etiam Spiritus Dei, ac pariatur Spiritus salutis, sed tu, inquit [12], paries etiam filium.] [Tu igitur, inquit, *vocabis*, non vero pater; neque enim patrem secundum terrenam generationem habet, quemadmodum secundum cœlestem non habet matrem. *Vocabis* eum *Jesum*. Ex beneficentia est nominis nuncupatio, ex tributa gratia compellatio, ex operibus nominis celebritas: nam per ipsum in universos homines indeficientes salutis divitiæ dimanabunt.]....[Quoniam vero commune hoc ei nomen erat cum illo, qui et typus ejusdem fuit, exer-

[8] Luc. I, 29. [9] Luc. I, 30. [10] ibid. 31. [11] Matth. I, 21. [12] Luc. I, 31.

Digitized by Google

cituum duce, et populi judice, atque in terram promissionis ductore (2), idcirco angelus, ut ostendat haud ei parem hunc fore, subdit: *Hic erit magnus*[13]...] [*Dabit* igitur *illi Dominus sedem David patris ejus*, tanquam homini, et quatenus regnum exinde auspicabitur e credentibus, quos etiam domum Jacob et thronum Davidis appellat. Nullius autem est regnare in æternum, nisi Dei solius; idcirco, etsi ratione incarnationis thronum Davidis accipere secundum formam hominis dicatur, attamen æternus quoque rex ipse agnoscitur in forma Dei, *et regni ejus non erit finis*[14], non modo quatenus est Deus, verum etiam quatenus homo, neque solum tanquam natura sua rex, sed regnum præterea adeptus ex voluntate primum quidem multorum, prorsus vero omnium ad finem seculi, quando *et omnia ipsi subjicientur*[15].]

αἰῶνα, εἰ μὴ Θεοῦ· ὥστε εἰ καὶ λαμβάνειν διὰ τὴν οἰκονομίαν ἀνθρωπίνως λέγεται τὸν θρόνον Δαβὶδ, ἀλλ' ἔστιν ὁ αὐτὸς καὶ θεϊκῶς βασιλεὺς ἀτελεύτητος, *καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος*, οὐ καθὸ Θεὸς μόνον, ἀλλὰ καθὸ καὶ ἄνθρωπος, καὶ ὡς οὐ κατὰ φύσιν μόνον βασιλεὺς, ἀλλὰ βασιλεύσων καὶ κατὰ γνώμην, καὶ νῦν μὲν πολλῶν, ἐπ' ἐσχάτων δὲ καὶ πάντων, ἡνίκα *καὶ ὑποταγήσεται αὐτῷ τὰ πάντα*.]

XV. Sed age jam, quod reliquum est videamus, scilicet sponsæ ipsius et verba simul et animum, et quousque sapiens ipsa fuerit ac virginitatis studiosa. Illa neque omnino fidem angelo, propter multa veritatis indicia, abnuere, neque rursus in tanto puritatis studio a virginitate desciscere animum inducit; sed media diffidentiam inter ac promptum voluntatis obsequium manet, modumque hujus præter fidem conceptus et partus exquirit. *Quomodo*, inquit, *erit hoc mihi, quoniam virum non cognosco*[16]? [Videlicet, quomodo opus ejusmodi, non modo tam divinum et admirandum et captum mentis excedens, verum etiam sibi adeo minus cohærens, in me implebitur? Nam et quod forte virum cognoscere ipsa possim, id contingere omnino nequit, quippe voti religione Deo consecrata sum: quod vero quæpiam concipere ac parere sine viri consortio queat, id ex æquo inter impossibilia reponendum. Porro quod addidit, *quoniam virum non cognosco*, id prorsus etiam ad Josephum referebat, quippe quæ nuptiarum cum ipso jura solum usque ad sponsalia noverat, seque, utpote donarium Deo sacrum ac propterea tangi nefas, a viri consuetudine integram non solum in præsens; sed in perpetuum servare decreverat. Atque ita plane fidem illi quoque traditioni faciebat, quæ ad nos devenit a Patribus, Virginem non modo nuptiarum usum, sed ne desiderium quidem ejusdem novisse. Nullum, inquit, viri desiderium novi, nulla mihi carnis voluntas est. Quod quidem vel ex omni femineo sexu singulare illi fuit, quoniam et præ omnibus, et ex proposito voluntatis hisce inquinamentis inaccessæ, castitas in ea refulsit.] Exinde duplicem ea verba explicationem habent: vel enim generatim incerta (Virgo) hæret de conceptu ipso, utpote qui sine viri consuetudine haberi nequeat, vel etiam modum conceptus exquirit, undenam scilicet futurus sit. Nam sponsum equidem, inquit, Josephum novi, at virum nullo modo, quem nec habeo, nec utique habitura sum. Non enim ipsi datum est, ut quæ intacta

ΙΕ'. Ἀλλ' ἴδωμεν λοιπὸν καὶ τῆς νύμφης αὐτῆς καὶ τὴν γλῶτταν ἅμα καὶ τὴν ψυχὴν, καὶ ὅσον αὕτη σοφή τε καὶ φιλοπάρθενος. Οὔτε τῷ ἀγγέλῳ διαπιστεῖν ἔχει διὰ τὸ ἀξιόπιστον, οὔτε πάλιν τὴν παρθενίαν ἀρκεῖσθαι διὰ τὴν καθαρότητα· ἀλλὰ μέση χωρεῖ τῆς ἀπιστίας τε καὶ τῆς εὐκολίας, καὶ ζητεῖ τὸν τρόπον τῆς παραδόξου ταύτης νυμφεύσεως ἢ κυήσεως. *Πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γιγνώσκω*; [Πῶς τοίνυν ἔσται μοι τοῦτο τὸ θεῖον οὕτω καὶ θαυμαστὸν καὶ ἀπερινόητον, καὶ οὐ ταῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀνακόλουθον; Τό τε γὰρ ἄνδρα με γνῶναι, καθάπερ Θεῷ καθιερωθεῖσαν, τῶν ἀμηχάνων· καὶ τὸ, χωρὶς ἀνδρὸς καὶ συλλαβεῖν καὶ τεκεῖν, τῶν ἀδυνάτων. Τὸ δὲ, *ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γιγνώσκω*, εἶπε πάντως μὲν καὶ πρὸς τὸν Ἰωσὴφ ἀναφέρουσα, ὡς μέχρι μνηστείας μόνον εἰδυῖα τὸν αὐτοῦ γάμον, καὶ ὡς οὐ νῦν μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τέλους ἄχραντος ἐγνωκυῖα μένειν ἀνδρὸς, οἷα καὶ θεῖον καὶ ἄψαυστον ἀφιέρωμα. Πάντως δὲ κἀκεῖνον βεβαιοῦσα τὸν λόγον, ὃς ἐκ πατέρων εἰς ἡμᾶς ἥκει, ὅτι μὴ τὴν πεῖραν τοῦ γάμου μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἔφεσιν ἡ Παρθένος ἠγνόησεν. Οὐκ ἔγνωκα, φησὶν, ἐπιθυμίαν ἀνδρὸς, οὐκ ἔχω θέλημα τῆς σαρκός. Ὃ δὴ καὶ κατὰ πάσης αὐτῇ τῆς γυναικείας ἐξαίρετον φύσεως, ὅτι καὶ ὑπὲρ πάσας αὐτῇ καὶ ἐκ γνώμης ὅλως ἀνεπιδέκτου τῆς τοιαύτης κακίας ἡ σωφροσύνη· ὥστε] διπλοῦς ὁ λόγος· ἢ γὰρ ὅλως διαπορεῖται περὶ τὴν σύλληψιν, ὡς οὐ δυνατὴν ἄνευ ἀνδρὸς, εἴτε καὶ τὸν τρόπον αὐτὸν ἐπιζητεῖ τῆς συλλήψεως, ἐξ οὗτινος ἂν καὶ γένοιτο. Τὸν γὰρ Ἰωσὴφ μνηστῆρα μὲν οἶδα, φησὶν, ἄνδρα δὲ οὐδαμῶς, οὔτ' ἔχουσα, τάχα δὲ οὔθ' ἕξουσα. Οὐ γὰρ δὴ δέδοται καὶ τὸ ψαύειν αὐτῷ τῶν ἀψαύστων, οὐδὲ τὸν ἀποκεκλεισμένον κῆπον ἀποσυλᾷν, οὐδὲ τὸ ἐσφραγισμένον βιβλίον ἀποσφραγίζεσθαι. Σύμφωνα ταῦτα τῶν ἐν ἀποκρύφοις ἱστορουμένων· ὅτι τοσοῦτον ἐξελέγη μόνον ὁ Ἰωσὴφ ἐπ' ὀνόματι τῆς μνηστείας τὴν φυλακὴν αὐτῆς ποιεῖσθαι τῆς παρθενίας· οὐ γὰρ δὴ καὶ τὸ κοινωνῆσαι γάμων αὐτῇ ποτε, μὴ καὶ ἱεροσυλίαν κατακριθῶσιν ἄντικρυς, ἀποσυλῶντες τοῦ Θεοῦ τὸ ἀνάθημα.

[13] Luc. I, 32. [14] Luc. I, 33. [15] I Cor. XV, 28: Ὅταν δὲ ὑποταγῇ αὐτῷ τὰ πάντα... *Cum autem subjecta fuerint illi omnia*, etc. [16] Luc. I, 34.

(2) Intellige Jesum filium Nave.

Digitized by Google

sunt tangat, neque ut hortum conclusum deprædetur, neque ut consignatum librum resignet. Consona hæc sunt cum iis quæ in apocryphis narrantur, Josephum videlicet in hunc solummodo finem electum fuisse, ut desponsationis nomine virginitatis ipsius custodiam haberet, haud vero sane, ut cum ipsa in connubii quoque consuetudinem aliquando veniret; absit enim ut in donarium Deo devotum manus injicientes continuo vel sacrilegii damnarentur.

ΙϚʹ. Τί οὖν ὁ νυμφαγωγός τε καὶ νυμφοστόλος; [Ὅρα, πῶς τῇ Παρθένῳ λύει τὴν ἀπορίαν ὁ ἄγγελος καὶ] πῶς αὐτῇ διερμηνεύει τὸν ἄφθαρτον γάμον, καὶ τὸν ἄφραστον τόκον [καὶ τὸν ἀκατάληπτον τρόπον], καὶ ἅμα μυσταγωγεῖ τὸ τῆς Τριάδος αὐτῇ μυστήριον· [Οὐ χρεία, φησὶν, ἀνδρός· οὐ γὰρ ὁμοίως ταῖς ἄλλαις τὰ σὰ, ὥσπερ οὐδὲ τὰ τοῦ Υἱοῦ τοῖς υἱοῖς. Οὐ γὰρ ἡ σὴ σύλληψις τῆς παρθενίας ἀφαίρεσις, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον σφραγὶς καὶ συντήρησις. Δέχου οὖν, ὦ Παρθένε, τὸ λεχθέν· μὴ ζήτει τὸ σιγηθέν. Τῷ τόκῳ μαρτυρῶ· τῷ τρόπῳ παραχωρῶ. Ἄγγελος γὰρ, οὐ διδάσκαλός σοι τῆς οἰκονομίας ἐλήλυθα· διάκονος καὶ κήρυξ τῆς Δεσποτικῆς ἀπεστάλην ἐπιδημίας, οὐχ ἑρμηνεὺς, οὐδ' ἐξηγητὴς τοῦ προστάγματος. Πῶς ἔσται τοῦτο, οἶδεν αὐτὸς ὁ παρών· ὅτι πάρεστιν, ἐπίσταμαι· τὸν δὲ τρόπον λέγειν, οὐ δύναμαι.] *Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ (καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι).* [Οὐ γὰρ ἀνδρὸς, ἀλλ' ἁγίου Πνεύματος ἡ ἐπέλευσις, καὶ αὐτῆς τῆς τοῦ Ὑψίστου δυνάμεως ἡ ἐπισκίασις. Τὸ μὲν οὖν Πνεῦμα, φησὶν, ἐπελεύσεται] προοδοποιοῦν τῷ Υἱῷ τὴν εἴσοδον καὶ προενοικοῦν καὶ προκαθαῖρον αὐτῷ τὸν θάλαμον, μᾶλλον δὲ καὶ προσκαλλωπίζον, εἰ καὶ προκεκάθαρται καὶ προκεκαλλώπισται.

XVI. Quid itaque ille sponsæ adductor, nuptiarumque auspex angelus? [Vide quomodo a Virgine dubitationes abigat et] quomodo incontaminatas ipsi nuptias ineffabilemque partum [et incomprehensibilem ejusdem rationem] quasi interpres exponat, ac mysterium simul Trinitatis eam edoceat. [Nihil, inquit, opus est viro; neque enim tua cum aliis mulieribus, sicuti nec quæ sunt filii tui cum aliis filiis, quidquam commune habent. Conceptio tua haud sane virginitatis est funus, sed e converso obsignatio potius et custodia. Tene igitur, o Virgo, quod tibi revelatum; quod silentio est obvolutum, ne quæras. De partu fidem facio; de modo dicere mitto. Nuntius enim tibi dispensationis, non magister veni: minister et præco Dominici adventus missus sum, non interpres, neque explanator mandati. Quomodo futurum id sit, novit ipse qui adest: nam adesse eum, perspectum habeo; at modum edicere, mihi non suppetit]. *Spiritus sanctus superveniet in te (et virtus Altissimi obumbrabit tibi* [17]*).* [Non enim viri, sed Spiritus sancti erit adventus, et ipsius virtutis Altissimi obumbratio. Spiritus, ergo inquit, superveniet] qui Filio viam ingressumque præparet, ac prior in te sistat, tum thalamum illi præmundet, seu potius jam antea mundatum et exornatum splendidiori adhuc decore exornet.

*Καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι·* τοῦτο, καὶ ὁ Υἱὸς ἅμα καὶ ὁ Πατήρ· ὁ μὲν, ἡ δύναμις, ὁ Υἱός· ὁ δὲ, οὗπερ ἡ δύναμις, ὁ Πατήρ. *Χριστὸς γὰρ Θεοῦ δύναμις καὶ Θεοῦ σοφία.*

Καὶ *ἐπισκιάσει σοι·* σκιάσει μὲν τὸ Πνεῦμα, ἐπισκιάσει δὲ Υἱὸς, καθάπερ ἐσκιαγραφημένοις τισὶν ἤδη παρὰ τοῦ Πνεύματος τοῖς χαρίσμασιν ἐπιβάλλων καὶ αὐτὰ τὰ χρώματα, αὐτὰ δὲ ἑαυτοῦ πάντα τὰ πατρικὰ γνωρίσματα· ἢ καὶ τὴν ἀθέατον αὐτοῦ, φησὶ, μορφὴν ἐν σοὶ καὶ σκιωδῶς περιγράψει, καὶ τὸ καθ' ἡμᾶς ἐν σοὶ μορφωθήσεται· ἢ καὶ ἡ τοῦ Πατρὸς αὐτὴ σφραγὶς, τὸ ἀπαύγασμα, τὸ ἀποσκίασμα, κἀν σοὶ διασημανθήσεται, πάσας ὁμοῦ τὰς πατρικὰς ἐνεργείας εἴτουν σκιὰς καὶ τοὺς χαρακτῆρας ἐν ἑαυτῷ περιφέρων [καὶ σὸς Υἱὸς, ὁ καὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς Υἱὸς, γινόμενος καὶ καλούμενος.]

*Et virtus Altissimi obumbrabit tibi;* id est, et Filius simul et Pater; Filius est enim, qui virtus appellatur; Pater vero, cujus ille virtus dicitur. Nam *Christus Dei virtus est et Dei sapientia* [18]. *Et obumbrabit tibi:* obumbrabit te quidem Spiritus sanctus, sed obumbrabit et Filius, gratiæ donis jam a Spiritu quodammodo adumbratis etiam suos (per se) adjiciens colores, ipsas utique a Patre acceptas sui ipsius proprietates omnes; seu etiam, inquit, invisibilem suam formam in te quadam velut umbra circumscribet, nostram scilicet formam in te assumet; seu etiam, ipsum Patris signaculum, splendor [19], adumbratio etiam in te manifestabitur, omnes pariter paternas virtutes, seu umbras atque lineamenta in seipso circumferens [et filius tuus exsistens et vocatus, qui etiam Dei ac Patris est Filius].

ΙΖʹ. Ἀλλὰ σκόπει μοι τὴν ἀκρίβειαν. Τοῦ μὲν Πνεύματος, φησὶν, ἡ ἐπέλευσις, μόνη ἡ κατὰ σχέσιν ἔλλαμψις· ἡ δὲ τοῦ Υἱοῦ καὶ ἐπισκίασις, ἤγουν ἡ κατ' οὐσίαν οἴκησις, ἢ καὶ ἡ τῆς σαρκὸς ἀνάληψις. *Διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον κληθήσεται Υἱὸς Θεοῦ.* Οὐ διὰ τὴν καθ' ὑπόστασιν μόνον ἕνωσιν, καὶ διὰ τὴν κατὰ χάριν θέωσιν ὁ αὐτὸς καὶ Υἱὸς Θεοῦ καὶ Υἱὸς ἀνθρώπου καὶ ὢν καὶ καλούμενος, ἀλλὰ

XVII. Verum inspice, quæso, accuratum sermonem. Sancti Spiritus, inquit, adventus illuminationem tantummodo dicit per habitum; adventus vero Filii est præterea obumbratio, videlicet inhabitatio secundum substantiam, seu ipsa etiam carnis assumptio. *Ideoque et quod nascitur sanctum, vocabitur Filius Dei* [20]. Tum Filius Dei tum Filius hominis ipse et est et vocatur, non solum

[17] Luc. I, 35. [18] I Cor. I, 24. [19] Hebr. I, 3. [20] Luc. I, 35.

Digitized by Google

propter unionem secundum hypostasim ac per deificationem secundum gratiam, sed etiam propter idiomatum communicationem; adeo ut et homini persæpe tribuantur, quæ natura sua sunt Dei propria, et vicissim Deo, quæ suapte natura sunt propria hominis, videlicet et propter arctissimam unionem et propter circuminsessionem.

A καὶ διὰ τὴν τῶν ὀνομάτων ἀντίπτωσιν, ὡς τοῦ μὲν ἀνθρώπου πολλάκις τὸ τοῦ φύσει Θεοῦ, τοῦ δὲ Θεοῦ τὸ τοῦ φύσει καλουμένου πάλιν ἀνθρώπου διὰ τὴν ἄκραν ἕνωσίν τε καὶ περιχώρησιν.

XVIII. [Curnam vero (angelus) non dixit, *quod generatur ex te*, sed simpliciter, *quod generatur*[21]? Quia noverat, non mulieris, sed proprie ac primario viri esse generationem. Et sane patris est generare; matris vero, cum receperit, generationem ad finem perducere, atque in lucem edere. Itaque ut ostenderet, prolem illam, generantem simul et genitam, non ipsi (Virgini) ex integro, neque etiam patri cuipiam, sed sibimetipsi deberi ut generaretur, propterea sic locutus est.] [Fidem, inquit (angelus), faustis hisce nuntiis alia faciant nuntia, hisce similia et miraculo stupenda, quæ per me et manifestantur et executioni demandantur. Horum autem probationem multiplici ex capite præsto habes, in nomine, in cognatione, in re ipsa, in tempore, in ipso demum prodigio. Ecce enim *Elisabet, cognata tua, concepit in senectute, quæ vocatur sterilis*[22] (eo usque enim indomitæ sterilitatis devenerat, ut infortunium cederet ei in nomen, quo denotaretur), et, quod etiam majus est, *quia nihil impossibile apud Deum*[23]].

ΙΗ'. [Διὰ τί δὲ οὐκ εἶπε, *τὸ γεννώμενον ὑπὸ σοῦ*, ἀλλ' ἁπλῶς, *τὸ γεννώμενον*; Ὅτι οἶδεν, οὐκ ἀπὸ γυναικὸς, ἀλλ' ἀπὸ ἀνδρὸς κυρίως καὶ πρώτως τὴν γέννησιν. Καὶ γεννᾷ μὲν ὁ πατὴρ, ἡ δὲ μήτηρ διαδεχομένη, τελεσφορεῖ καὶ προάγει τὴν γέννησιν. Ἵν' οὖν μήτε ἀπὸ ταύτης ὅλον, μήτε δὲ καὶ ἀπὸ πατρὸς, ἀλλ' ἀφ' ἑαυτοῦ δείξῃ τὸ γέννημα, καὶ γεννῶν ὁμοῦ καὶ γεννώμενον, διὰ τοῦτο οὕτως εἶπεν.] [Πίστις, φησὶ, τῶνδε τῶν εὐαγγελίων, ἕτερα εὐαγγέλια προσ-
B εμφερῆ καὶ ὑπερφυῆ, δι' ἐμοῦ καὶ γινωσκόμενα καὶ γινόμενα. Τούτων δέ σοι παρὰ πολλῶν ἀπόδειξις, ἀπὸ τοῦ ὀνόματος, ἀπὸ τῆς συγγενείας, ἀπὸ τοῦ πράγματος, ἀπὸ τοῦ χρόνου, καὶ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ θαύματος. Ἰδοὺ γὰρ *Ἐλισάβετ, ἡ συγγενής σου, συνέλαβεν ἐν γήρει, ἡ καλουμένη στεῖρα*· τοσοῦτον εἰς ἕξιν ἧκε τῆς ἀπαιδίας, ὥστε καὶ εἰς κλῆσιν αὐτῇ γνώρισμα εἶναι τὸ ἀτύχημα· καὶ δὴ πλέον, ὅτι *οὐδὲν ἀδυνατήσει παρὰ τῷ Θεῷ*].

XIX. [Et hic quidem perpende, quæso, Virginis mores, et quantam in juvenili admodum corpore et mentis et spiritus perfectionem gereret. Quamdiu enim suberat viri suspicio, in conceptionem nullatenus consensit. Sed licet, inquit, tu sis archangelus, licet superna quædam mihi et cœlestia nuntia deferas, at enim ut cum viro ipsa congrediar, concipiamque ac pariam, id impossibile. At postquam commonita est tum de sancti Spiritus adventu, tum de Dei Filio in ipsa inhabitaturo, acquiescit illa quidem et credit; nihil enim Deo impossibile esse; neque tamen inflatur propterea, atque extollitur, sed deprimitur potius, seseque demittit; et non modo ancillam se appellat, verum, ut consentaneum est, paratam quoque se esse ad ministerium affirmat; verumtamen cum propositum munus se ipsa sit altius, non tam illud assumit, quam se ei famulaturam esse pollicetur.] Alii itaque alia ex iis, quæ ad hoc mysterium pertinent, celebranda assumant, et Virginis demirentur alius quidem prudentiam, alius vero obsequium; alius, quod splendidis adeo ingentibusque fulgentis ac magni archangeli promissionibus capta non fuerit; alius, quod non plus æquo a fide temperando sese renitentem exhibuerit; sed perinde et a seductæ progenitricis, Evæ, inquam, imprudenti simplicitate, et a nupera increduli cognati Zachariæ diffidentia caverit. At mihi haud miranda minus (3); imo vero etiam maximo præ reliquis (si-

ΙΘ'. [Ὅρα μοι κἀνταῦθα τῆς Παρθένου τὸ ἦθος, καὶ ὅσην εἶχεν ἐν νεαρῷ κομιδῇ τῷ σώματι καὶ φρονήματος ὁμοῦ καὶ πνεύματος τελειότητα. Ἕως
C μὲν γὰρ ἀνδρὸς ὑπόληψις ἦν, τὴν σύλληψιν οὐκ ἐδέχετο. Ἀλλὰ κἂν ἀρχάγγελος ᾖς, φησὶ, κἂν ὑπερφυῆ μοί τινα καὶ οὐράνια κομίζῃς τὰ εὐαγγέλια, ἀλλ' ἐμὲ καὶ ἀνδρὶ συνελθεῖν καὶ συλλαβεῖν καὶ τεκεῖν, ἀμήχανον. Ἐπειδὴ δὲ καὶ τὴν παρουσίαν, καὶ τὴν ἐνοίκησιν, τὴν μὲν τοῦ Πνεύματος, τὴν δὲ τοῦ Υἱοῦ προσευηγγελίσθη, πείθεται μὲν καὶ πιστεύει· μηδὲν γὰρ ἀδύνατον εἶναι Θεῷ· φυσᾶται δὲ καὶ ἐπαίρεται οὐδὲ οὕτως, ἀλλὰ καταπίπτει μᾶλλον καὶ ὑποστέλλεται· καὶ δούλην μὲν ἑαυτὴν οὐκ ὀνομάζει μόνον, ἀλλὰ καὶ, ὡς εἰκὸς, ἑτοίμην εἶναι λέγει πρὸς τὸ ὑπούργημα· ὡς δὲ καὶ ὑπὲρ αὐτὴν ὄν, οὐ δέχεται μᾶλλον ἢ ἐπεύχεται τὸ ἐπάγγελμα.] Ἄλλος μὲν οὖν ἄλλο
D τι τῶν περὶ ταύτην τὴν μυσταγωγίαν ἐπαινείτω καὶ θαυμαζέτω τῆς κόρης, ὁ μὲν τὴν ἀσφάλειαν, ὁ δὲ τὴν εὐπείθειαν· ὁ μὲν, ὅτι μὴ συνηρπάγη λαμπραῖς οὕτω καὶ μεγάλαις καὶ παρὰ λαμπροῦ καὶ μεγάλου τοῦ ἀρχαγγέλου ταῖς ὑποσχέσεσιν· ὁ δ' ὅτι μὴ πέρα τοῦ μετρίου δυσπειθῶς ἐχρήσατο ταῖς ἐναντιώσεσιν· ἀλλ' ἐπίσης ἐξέφυγε καὶ τῆς προγονικῆς ἀπάτης, τῆς Εὔας, φημὶ, τὴν εὐήθειαν, καὶ τῆς συγγενικῆς ἀπιστίας τοῦ Ζαχαρίου πρὸ μικροῦ τὴν ἀπείθειαν. Ἐμοὶ δὲ καὶ τὸ ὕψος τῆς ταπεινοφροσύνης οὐχ ἧττον δοκεῖ θαυμαστὸν, ἀλλ' εἴπερ τι τῶν ἄλλων, ἐκπληκτικώτατον, δι' ἣν τάχα καὶ ἐπὶ

[21] Luc. I, 35. [22] Ibid. 36. [23] Ibid. 37.

(3) Sententia sane dignissima est quam præ oculis nunquam non habeat quisquis de sanctæ Virginis prærogativis absque erroris periculo dijudicare cupit. *Mira omnia fuerunt, quæ ad Mariam*

Digitized by Google

τοσοῦτον ὑψώθη, καὶ πρὸς ὑπουργίαν ἀφιερώθη *τοῦ ταπεινώσαντος ἑαυτὸν μέχρι καὶ σώματος καὶ θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ*. Τί γάρ φησιν; Οὕτω τοῦ ἀρχαγγέλου καὶ σχημάτων καὶ ῥημάτων τυχοῦσα, καὶ κεχαριτωμένη καὶ νύμφη ἀκούσασα τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῖς λεγομένοις πιστεύσασα, δούλην ἑαυτὴν ὅμως καλεῖ· καὶ τὴν ἐπαγγελίαν δέχεται μὲν καὶ συγκατατίθεται, ὡς δὲ μὴ κατ' αὐτὴν, ἀλλὰ κρείττονα καὶ προσδοκίας οὖσαν, ἐπεύχεται. *Ἰδοὺ ἡ δούλη Κυρίου, γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου*. Ταῦτά τοι κἀκεῖνος ἀπῆλθεν εὐθὺς ἀπ' αὐτῆς ὁ ἄγγελος, [οὐ μόνον ἀπαρτίσας ὅπερ ἐβούλετο, ἀλλὰ καὶ ὑπερθαυμάσας τοῦ παρθενικοῦ κάλλους τὴν ὡραιότητα, καὶ τῆς ἀρετῆς τὴν ὑπερβολὴν, καὶ μηδὲν ἐπὶ πλέον βασανίσαι θελήσας, ἀλλὰ τὴν ὁμολογίαν τῆς πίστεως ἐκείνης δεξάμενος.

quidem in Virgine aliud præ alio mirandum sit stupore digna videtur humilitatis profunditas, propter quam et ad sublimem adeo altitudinem facile evecta est, et sacrata divinitus fuit tremendo illius ministerio, qui *humiliavit semetipsum usque ad* (assumendum) corpus, et ad *mortem, mortem autem crucis* [24]. Quid enim ipsa fatur? Archangeli tum adspectu tum alloquio ad hunc modum dignata, et tum gratia plena tum Dei sponsa appellata, pro verissimis insuper illa, quæ dicebantur, plane habens, ancillam tamen semetipsam vocat; et iis, quæ sibi proponuntur, acquiescit illa quidem, et consensum præbet; tamen veluti quæ meritis suis celsiora sint, sed et præter omnem exspectationem fiant, ad ea mere officium famulæ pollicetur: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum* [25]. Sic ipsa quidem; et statim discessit ab ea angelus non solum munere, quod sibi cordi erat, feliciter perfunctus, sed insuper stupore perculsus præ virgineæ pulchritudinis venustate, præque virtutis eminentia, nihilque ulterius habens, quod sciscitaretur, sed jam assensus illius confessionem assecutus.

Κ'. Εὔδρομά μοι τὰ μέχρι τούτων· τὰ δ' ἐντεῦθεν εὔστομα κείσθω, ὡς οὐκ ἄῤῥητα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄληπτα, καὶ χρόνῳ μόνον, ἀλλ' οὐχὶ καὶ τρόπῳ τῆς ἄνω καὶ πρώτης γεννήσεως ἢ μόνης λειπόμενα. Καὶ τάχα ὥσπερ ἀνδρὸς ἄχραντον, οὕτω καὶ λόγων ἀμέθεκτον, ὁ τεχθεὶς Λόγος τὴν σύλληψιν διεφύλαξεν, ἄσπορον μὲν πιστευθῆναι θελήσας, ἄπορον δὲ ταύτην ἑρμηνευθῆναι διατηρήσας. Ἐκεῖνο δ' οὐκ ἄπορον, ἀλλὰ καὶ λίαν εὔπορον καὶ τῆς ἀμερίστου Τριάδος ἀμέριστον· ὡς ὅτι σαρκοῦται μὲν, οὐκ ἄλλος τις τῆς Τριάδος, ἀλλ' ὁ Υἱὸς, ἵνα καὶ πάλιν ὡς Υἱὸς μείνῃ, μὴ μετατιθεμένης τῆς ἰδιότητος· ἢ καὶ πάλιν Δημιουργὸς, καθάπερ κτίσας τὸ πρότερον, οὕτω καὶ ἀνακαινίσας τὸ δεύτερον· ἀλλὰ καὶ υἱοὶ γενώμεθα δι' Υἱοῦ, διὰ τοῦ φύσει, θέσει προσοικειούμενοι, καὶ δι' αὐτοῦ τοῦ κληρονόμου πρὸς τὴν συγκληρονομίαν παρακαλούμενοι.

XX. Plana mihi huc usque omnia; at quæ dein succedunt, silentio præstat transmittere, quippe quæ non modo verbis nullatenus enarrari, sed ne cogitatione quidem attingi possint, quæque a cœlesti illa ac prima, alioquin singularissima, generatione, etsi ratione temporis deficiant, at non deficiunt ratione modi. Et, ut facile patet, Verbum, nasci dignatus, conceptionem suam quemadmodum a viri opera puram, ita ratiocinationibus imperviam custodivit, volens nempe, ut factam sine semine fides eam crederet, et eamdem omni investigationi servans inaccessam. Illud tamen haud captu difficile, quinimo facile est et obvium, atque individuæ Trinitati prorsus necessario conveniens, quod non alia quæpiam Trinitatis persona, sed Filius carnem induat, ut et denuo, non mutata personali proprietate, tanquam Filius persistat; vel etiam ut naturæ Artifex quemadmodum prius creavit, ita nunc opificium suum secundo renovet; quin etiam ut filii per Filium efficiamur, per eum nimirum, qui Filius est natura, adsciscamur in filios adoptionis, perque eum, qui hæres est naturalis, in communionem hæreditatis vocemur.

Καὶ ὅτι ἑνοῦται μὲν τῇ σαρκὶ πᾶσα καὶ τελείως ἡ θεότης, οὐσιωδῶς· μόνος δὲ ὁ Υἱὸς, ὑποστατικῶς· εἴπερ καὶ ὁλικῶς μὲν ἡμῖν ἡ θεότης ἐν τῷ Πατρὶ, ὁλικῶς δὲ τῷ Υἱῷ, ὁλικῶς δὲ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι· καὶ οὕτως ὅλη μὲν ἡ τῆς θεότητος φύσις ὅλῃ τῇ ἀνθρωπίνῃ κραθεῖσα φύσει, τὸν θεάνθρωπον ἀπετέλεσεν. Οὐ μὴν ὥσπερ ὅλῃ τῇ φύσει τὴν φύσιν ὅλην, οὕτω καὶ τὰς ὑποστάσεις ὅλας ὅλαις ταῖς ἀνθρωπίναις ἑνωθῆναι λέγειν ἐκβιασθησόμεθα· ἄπαγε! οὐδὲ διανοηθησόμεθα. Ἀλλ' ὅλην μὲν ὅλῃ τῇ ἀνθρωπότητι τὴν θεότητα, ὡς πρὸς τὰς φύσεις, μόνον δὲ τὸν Υἱὸν μόνῃ τῇ τοῦ Υἱοῦ κεκρᾶσθαι σαρκὶ, ὡς πρὸς τὰς ὑποστάσεις ὁμολογή-

Illud præterea exploratum est, totam quidem divinitatem perfecte ac substantialiter, solum tamen Filium hypostatice, carni conjungi. Siquidem, ut fide tenemus, divinitas est integra in Patre, integra in Filio, integra et in Spiritu sancto; et sic profecto tota natura divinitatis, toti humanæ conjuncta naturæ, perfectum Deum hominem constituit. Neque tamen eo adducemur ut temere dicamus, quemadmodum totam naturam naturæ toti, sic etiam personas omnes (divinas) humanis omnibus unitas fuisse. Absit, ac ne leviter quidem id mentem subeat. Sed profiteamur, integram humanitati integræ divinitatem, quoad naturas qui-

[24] Philip. II, 8. [25] Luc. I, 38.

*pertinent, ac mira adeo, ut jure nescias, quid stupere in ipsa magis debeas.* At vero patiturne hæc sibi perpetuo constans miraculorum series, ut in ipsis ejusdem initiis communi cæterorum misero æque et abjectissimo fato obvoluta divina Virgo appareat? Essetne dubitandi locus, an aliquid sit in Virgine, quod præ aliis prærogativis minus stupendum videri possit?

Digitized by Google

dem attinet, unitam esse: quoad hypostases vero, solum Filium soli suimet ipsius carni conjunctum fuisse. At rursus non sicut hypostatice carnem assumit solus Filius, ita etiam in efficienda assumptione agit ipse solus, sed et cum beneplacito Patris, et cooperatione Spiritus; et sic mihi rursus in sua unitate Trinitas dignoscitur, et unus exsistens Deus, non divisim, sed conjunctim operatur.

σωμεν. Οὐ μὴν οὐδὲ πάλιν ὥσπερ ὑποστατικῶς ὁ Υἱὸς μόνος, οὕτω καὶ ἐνεργητικῶς, ἀλλ' εὐδοκίᾳ μὲν τοῦ Πατρὸς, συνεργίᾳ δὲ τοῦ Πνεύματος τὴν πρόσληψιν ἀπεργάζεται, καὶ οὕτω μοι πάλιν ἡ Τριὰς ἑνουμένη γνωρίζεται, καὶ ὁ εἷς Θεὸς πρὶν διαιρεθῆναι συνάγεται.

XXI. Præterea inter ea, quæ scitu maxime necessaria sunt, ac mysterii incarnationis quasi summam constituunt, illud etiam reponendum censeo, ne minimum quidem temporis prius carnem seu hominem exstitisse, postea vero Dei Verbi carnem seu etiam hominem evasisse, adeo ut dum hac ratione præexsistentem utramque pariter naturam profitemur, ex duplici et seorsim præexsistente singulatim natura, ad profitendam duplicem personam prolabamur; sed caro simul exstitit cum Verbo, et simul cum carne Verbum, et Deus cum homine, quamvis tanquam Verbum et Deus præexstiterit; hypostasis enim præexsistit ei, quod nunc fit, divinitas scilicet humanitati. Etenim ut nova hæc exsurgat creatura, ciet profecto Verbum naturam, quanquam non per sationis, sed per plasmationis opus eam cieat, prout inquit etiam quidam eorum, qui ante nos fuerunt; consistit autem in Verbo natura, tota toti copulata, et ea quidem sensibilis juxta ac rationalis, passibilis ac spiritualis; atque ita demum persona prodiit composita illa sane, sed non duplex, et e converso natura quidem duplex, non autem composita, quippe illarum utraque inconfusa manet. Et sane, quid erit tandem Christus, si omnino neque Deus sit, neque omnino homo, sed quidpiam sit ex utroque commixtum, nihilque cum alterutra natura commune habeat? Insuper ecqua tandem ei voluntas aut operatio (4), si neque humano neque divino, sed alio quodam modo permixto et velit et operetur? Nempe comparanda hæc iis erunt, quæ in fabulis de quibusdam animantibus narrantur, si tamen et ista vera sint, et non mere conficta, quemadmodum audimus et credimus.

ΚΑ'. Κἀκεῖνο δὲ τῶν ἀναγκαιοτάτων εἰδέναι, ὅτι καὶ τῶν τῆς οἰκονομίας οἴομαι συνεκτικωτάτων, ὅτι μηδ' ὅσον οὖν πρῶτον σὰρξ, μηδὲ ἄνθρωπος, εἶτα Θεοῦ Λόγου σὰρξ ἢ καὶ ἄνθρωπος, ἵνα οὕτω προϋποστάσας καὶ ἄμφω τὰς φύσεις ὁμολογήσαντες, εἰς διπλῆν κατενεχθῶμεν ὑπόστασιν ἐκ τῆς διπλῆς καὶ ἰδίᾳ προϋποστάσης ἑκατέρῳ φύσεως· ἀλλ' ἅμα μὲν τῷ Λόγῳ ἡ σὰρξ, ἅμα δὲ τῇ σαρκὶ ὁ Λόγος, καὶ ὁ Θεὸς τῷ ἀνθρώπῳ, εἰ καὶ προῆν, ὡς Λόγος τε καὶ Θεός· ὑπόστασις δὲ τὸ προὸν τῷ νῦν, ἡ θεότης τῇ ἀνθρωπότητι. Περὶ γὰρ τὸ ὂν τὸ γινόμενον, κινεῖ μὲν γὰρ ὁ Λόγος τὴν φύσιν· κινεῖ δὲ δημιουργικῶς, ἀλλ' οὐ σπερμαντικῶς, ὥς τις ἔφη καὶ τῶν πρὸ ἡμῶν· συνίσταται δὲ καὶ περὶ τὸν Λόγον ἡ φύσις, ὅλη πρὸς ὅλον, αἰσθητή τε καὶ λογική, παθητή τε καὶ νοερά· καὶ οὕτω προῆλθεν ὑπόστασις, σύνθετος μὲν, οὐ διπλῆ δέ· καὶ φύσις διπλῆ μὲν, οὐ σύνθετος δέ· ἄφυρτα γὰρ καὶ ἑκάτερα. Τί γὰρ καὶ ἔσται Χριστὸς, εἰ μήτε καθαρῶς ἄνθρωπος ἔσται, μήτε καθαρῶς ἔσται Θεὸς, ἀλλ' ἵν' ἀμφότερα συμπεφυρκὼς ᾖ, καὶ ἀμφοτέρων ἐκτὸς ᾖ; τί δὲ καὶ ὅλως ἐθελήσει καὶ δράσει, μήτ' ἀνθρωπίνως, μήτε θείως, ἀλλ' ἄλλον τινὰ τρόπον σύνθετον ἐθέλων καὶ δρῶν; ἢ ταῦτα μὲν ἔσται τὰ μυθώδη τῶν ζώων, εἴγε κἀκεῖνα ἔσται, καὶ μὴ ἐν ἐπινοίαις μόνον, καθάπερ ἀκούομεν καὶ πιστεύομεν.

Cosmas Vestitor, natione Græcus, in aula Constantinopolitana inter primos enituit, ea ætate qua imperium Orientale cum gloria et laude Leo VI imperator, cognomento *Sapiens* et *Philosophus*, administrabat. Dictus *Vestitor* seu Βέστητορ apud Græcos ætatis sequentis, quod sub imperatore isto officium *vestitoris* seu *protovestiarii* nobile obtineret, cujus partes erant ut ipsi imperatori vestiendo adesset, ac vestibus imperialibus tum comparandis, tum custodiendis præfectus esset. (Vide Georgium Codinum Curopalaten in libro *De officialibus palatii CP.*, 1 cap. 2 et 5.) Ætatem illius scriptoris assecutus sum ex Anonymo qui *Vitam sancti Joannis Chrysostomi* ex diversis auctoribus conscripsit circa annum 950, aliquanto post Constantini Porphyrogeniti tempora, quem profert Henricus Savilius in editione Græca Operum D. Joannis Chrysostomi omnium (tomo VIII, pag. 293), Etonæ facta. Collegit hic Anonymus *Vitam Chrysostomi* ex scriptoribus viginti antiquioribus, quorum catalogum operi suo juxta rationem temporum præmittit, atque una velut ejusdem temporis, *Cosmam Vestitorem* loco decimo quarto, *Leonem imperatorem* loco decimo quinto, qui ambo de Chrysostomi laudibus ante se egerant, conjungit (*a*). Cum itaque Leo imperator, Sapiens dictus, multas homilias et encomia in laudem sanctorum atque festorum et solemnitatum Ecclesiæ ex ante dictis collegisset, Cosmas Vestitor seu Vestiarius, dominum imperatorem suum imitatus, cujus lateri assidebat, opuscula quoque in laudem sanctorum nonnulla Græce composuit, quæ adhuc mss. in bibliothecis Anglicis atque aliis inveniuntur. Juxta Allatium in Diatriba *De Symeonum scriptis*, pag. 95, *Cosmæ Vestitoris in sanctos Joachim et Annam parentes Deiparæ* (*b*), Εἰς τοὺς ἁγίους Ἰωακεὶμ καὶ Ἄνναν τοὺς γονεῖς τῆς Θεοτόκου, incipit : Ἡ χθὲς τῆς Θεοτόκου γενεθλιακὴ πανήγυρις τῆς κοσμικῆς χαρᾶς, etc., *Hesterna Deiparæ nativitatis panegyris, sæculari seu mundano gaudio*, etc. Inter mss. codices Bodleianæ bibliothecæ in mss. codicibus Baroccianis, codice 234, num. 1 : *Cosmas Vestitor in Zachariam prophetam*, pag. 1 : Μύστα τῶν ἀῤῥήτων. Inter mss. codices Ecclesiarum Angliæ cathedralium et aliarum ejusdem regni insignium bibliothecarum codice 5950, in mss. codicibus Thomæ Galei Græcis, codice 116, num. 1 : *Cosmæ Vestitoris encomium Zachariæ prophetæ*. Leo Allatius in Diatriba *de Symeonum scriptis*, pag. 100 : *Cosmæ Vestitoris* λόγος ἐγκωμιαστικὸς εἰς τὸν προφήτην καὶ ἀρχιερέα Ζαχαρίαν, incipit : Μύστα, etc. Inter mss. codices Bodleianæ bibliothecæ, codice 269, in mss. codicibus Thomæ Roe, codice 23, num. 3 : *Cosmæ Vestitoris de reportatis Joannis Chrysostomi Constantinopolim reliquiis* fragmentum, pag. 161 : Ἤκουσται πάντως ὑμῖν, etc., et inter mss. codices ecclesiarum Angliæ cathedralium et aliarum ejusdem regni insignium bibliothecarum, codice 6043, in manuscriptis codicibus ejusdem Thomæ Galei, codice 209 : *Sermo Cosmæ Vestitoris in Joannis Chrysostomi reliquias Constantinopolim reportatas*. Leo Allatius pag. 94 loco citato : *Cosmas Vestitor de relatione corporis S. Joannis Chrysostomi Constantinopolim*, Εἰς τὴν ἐπάνοδον τοῦ λειψάνου τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου, incipit : Ἤκουσται πάντως ὑμῖν, etc. Inter mss. codices Bodleianæ bibliothecæ, codice 3561, in mss. codicibus in Hyperoo Codleiano exsistentibus, littera A, codice 71, num. 1 : *Cosmæ Vestitoris Canon in Theophaniam Domini nostri Jesu Christi die 6 januarii*, pag. 1, ad 8. Agunt porro de Cosma Vestitore Henricus Savilius in editione Græca illa omnium D. Joannis Chrysostomi operum, quam anno 1613, VIII voll. in-folio Etonæ procuravit, tomo VIII, pag. 293, et pagg. 943 et 944, ubi testatur se habuisse in manibus *Encomium Cosmæ Vestitoris Græcum* in reportatas S. Joannis Chrysostomi reliquias ad urbem Constantinopolim, atque alia ad eumdem spectantia, quibus edendis abstinuerit. Leo Allatius in Diatriba *de Symeonum scriptis*, pagg. 94, 95 et 100.

(*a*) Hæc tamen meræ conjecturæ inniti notat Remigius Cellier in *Hist. génér. des auteurs eccl.* tom. XIX : et R. P. Antonius Ballerini in *Sylloge monumentorum ad mysterium Conceptionis immaculatæ Virginis Deiparæ illustrandum*, Oudini assertionem falsitatis arguit : « Et falsum est in primis, ait, quod velut fundamentum statuitur, in describendo illorum auctorum catalogo ordinem temporis ab Anonymo servatum fuisse. Theodoretus enim, Nilus ac Isidorus Pelusiota præponuntur Joanni Damasceno, qui sæculo VIII floruit.... Palam est ergo non eo ordine auctores illos describi ex quo inferri possit quisnam prius, quisnam posterius floruerit. » Concludit vir doctus, « nullum adhuc indicium suppetere vi cujus Cosmas Vestitor e censu scriptorum incertæ ætatis eximi queat. »

(*b*) Edita est in Sylloge supralaudata Patris Ballerini, Romæ 1856.

Digitized by Google

# ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΚΟΣΜΑ

## ΤΟΥ ΒΕΣΤΗΤΟΡΟΣ

## *ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΑΓΙΟΥΣ ΙΩΑΚΕΙΜ ΚΑΙ ΑΝΝΑΝ ΤΟΥΣ ΕΝΔΟΞΟΥΣ ΓΟΝΕΙΣ ΤΗΣ ΘΕΟΤΟΚΟΥ ΜΑΡΙΑΣ*

## ΛΟΓΟΣ.

—

# BEATI COSMÆ VESTITORIS

## IN SS.

## JOACHIMUM ET ANNAM GLORIOSOS DEI GENITRICIS MARIÆ PARENTES

## SERMO.

(Ex codice Vaticano n. 455 edidit Ant. Ballerini in *Sylloge monumentorum ad mysterium Conceptionis immaculatæ Virginis Deiparæ illustrandum.* Romæ, 1856.

—

Εὐλόγησον, Πάτερ.

A

Α'. Ἡ χθὲς τῆς Θεοτόκου γενεθλιακὴ πανήγυρις τῆς κοσμικῆς χαρᾶς ἡμῖν τὴν ἑορτὴν εὐφήμοις δεδοξολόγηκεν ὑμνῳδίαις. Ἡ δὲ σήμερον ἡμέρα τὴν εὐχαριστίαν τοῖς γεννήτορσι προσφέρει τῆς Θεοτόκου· δι' ὧν ἀπαρχὴ τῆς πάντων γέγονεν σωτηρίας. Τοίνυν τῆς θυγατρός ἐστιν ἡ τῶν γονέων πανήγυρις. Ὥσπερ γὰρ ἐπὶ δόξῃ μητρὸς συνδοξάζεται τέκνον, οὕτως καὶ ἐπὶ εὐλογίᾳ τέκνου συνδοξάζεται μήτηρ. Ἦν οὖν ἡ χθὲς ἡμέρα *θαυμαστὴ ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν*· καὶ ἡ σήμερον εὐφροσύνη μνήμη δικαίων μετ' ἐγκωμίων.

Β'. Ἐγένετο ἐν τοῖς πάλαι καιροῖς ἀνὴρ δίκαιος ἐκ φυλῆς Ἰούδα, ᾧ ὄνομα Ἰωακείμ· ἀνὴρ ἔνδοξος ἐν ὁσιότητι καὶ δικαιοσύνῃ· ἀνὴρ ἐπίσημος ἐν εὐγενείᾳ B καὶ πλούτῳ· ἀνὴρ ἁπλόψυχος ἐν προσαγωγαῖς θυσιῶν· ἀνὴρ ἐν πᾶσιν εὐάρεστος τῷ Θεῷ· ἀνὴρ ἐπιθυμειῶν τῶν τοῦ Πνεύματος· ὅτιπερ ἄτεκνος ὢν καὶ ἐν ἐπιθυμίᾳ περὶ τέκνου συνεχόμενος, τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος γεγέννηκεν νύμφην· ἀνὴρ ὡς ἀληθῶς ἐπιτυγχάνων, ὅτιπερ εἰσήκουσεν ὁ Θεὸς τῶν εὐχῶν αὐτοῦ, δωρησάμενος τούτῳ τὴν *ὑπὲρ πάντα τὰ σκηνώματα Ἰακώβ*· λέγειν δὲ μᾶλλον, τὴν ὑπὲρ ὅλα τὰ πλήματα τῶν ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων ὑψηλοτέραν ἀξίως θυγατέρα.

Γ'. Καὶ τῷδε ἦν γυνὴ θεοσεβής· ὄνομα αὐτῆς Ἄννα, ἐκ τῆς βασιλικῆς καὶ αὐτὴ φυλῆς τοῦ Ἰούδα, ἤτοι τοῦ Δαβὶδ καταγομένη· γυνὴ παντὸς ἀπεχομένη κακοῦ· γυνὴ πιστῶς τὰ πρὸς τὸν Θεὸν συνοικοῦσα τῷ ἀνδρί· γυνὴ προσευχαῖς, καὶ νηστείαις, καὶ προσφοραῖς μεγαλοδώροις, σὺν τῷ ἰδίῳ συμβίῳ, τῷ ναῷ

Benedic, Pater.

I. Hesterna Dei Genitricis natalis festivitas solemnem diem gaudii, universo mundo communis, faustissimis laudibus nobis coronavit. Hodierna vero dies grati animi canticum offert Dei Matris genitoribus; per quos communis omnium salutis primitiæ in lucem prodierunt. Et quidem festum filiæ festum est parentum. Quemadmodum enim ex gloria matris simul glorificatur proles, sic et ex prolis laudatione simul glorificatur mater. Fuit igitur hesterna dies *mirabilis in oculis nostris* [1], hodierna vero lætitia memoriam justorum cum laude celebrat.

II. Fuit in prisca illa ætate vir justus ex tribu Judæ, cui nomen Joachim; vir sanctitate ac justitia celebris; vir nobilitate et divitiis insignis; vir in sacrificiorum oblatione sincere pius; vir in cunctis studens Deo bene placere; vir desideriorum, quæ sunt ex Spiritu: quandoquidem cum liberorum expers esset, ac desiderio prolis teneretur, sancti Spiritus sponsam genuit, vir votorum suorum felicissime compos, quoniam preces ejus exaudivit Deus, eique illam dono dedit, quæ præstat *super omnia tabernacula Jacob* [2], seu melius dixerim, filiam dedit, quæ supra universas creaturas cœlestes juxta ac terrestres merito extollitur.

III. Atqui illi pia erat uxor, cui nomen Anna, et ipsa ex regia tribu Judæ, quippe quæ e Davide originem ducebat; mulier ab omni malo abstinens; mulier, in iis quæ ad Dei cultum pertinent, fideli viro suo comes; mulier in precibus, et jejuniis, et splendidis oblationibus cum conjuge suo in templo

[1] Psal. CXVII, 23. [2] Psal. LXXXVI, 2.

Digitized by Google

Dei assidua; mulier, quæ per concordiam animi corporisque temperantiam pari semper cum viro suo sapientia enitebat. Secundum enim (primam illam mulieris) formationem ex eo, qui datus ipsi conjux a Deo fuit, os illud viri ab omni detrimento servavit integrum, conjugalem nempe illi affectum propter amorem Dei sartum tectumque custodiens.

IV. Non enim in perniciem viri, ut olim Eva, versa est; sed adjutricem se illi præbuit tum per jugem virtutum exercitationem, tum per preces quotidie ad Deum effusas. Nam pari studio ambo illi conjuges precibus e desiderio prolis insistebant, non secus atque agricola simul cum uxore sua asperam terram diligenter excolentes, dum projiciunt semen, uberem fructum consecuturos se per precationes exspectant. Non instar Evæ cum Adam, versabatur cum viro suo, sed veluti ipsi comes in operibus Deo acceptis, ac simul cum eo in benefactis spiritualibus collaborans; atque ut portio viri prorsus bona, connubii fructum ipsi eximium protulit. Et profecto Eva quidem propter arboris fructum universo mundo causam se mœroris præbuit; at conjux Joachimi Anna per fructum uteri gaudio Creatori fuit.

V. Omnibus porro exploratum est, Mariæ Dei Genitrici faustum illud nuntium delatum fuisse in Galilæa gentium, in domo Josephi Fabri, qui ad eludendas diaboli machinationes datus etiam Virgini conjux fuerat. At rursus compertum est, ipsam Christum peperisse in Bethleem; quandoquidem hæc ipsa urbs, habita matris ratione, etiam patria ipsius erat, prouti sermo inferius demonstrabit; nam paterna ejus domus Hierosolymis erat, quæ circumcingebat probaticam, ut vulgo appellabatur, piscinam (1), in qua Christus ac Deus noster paralyticum a triginta et octo annis ibi jacentem surgere jubens sanavit; velut qui ex illa domo allegorice egressurus erat pastor ovium rationalium. Deinde et in illius aquæ piscina symbolice expressam novimus baptismi gratiam; nam et diuturni erroris ægritudo, quæ, non secus ac in corporis membris fieri solet, animas hominum quadam veluti paralysi debilitaverat, purificante Spiritu per aquam sanata est; quemadmodum etiam in figura Bethleem eum cernimus, qui fermentatus est spiritualis panis vitæ. Ibi Christus et sub angeli specie visus est Abrahæ, qui pariter in forma angeli cum Jacobo luctatus est. Ipse est enim, qui ad evangelizandum

τοῦ Θεοῦ προσκαρτεροῦσα· γυνὴ ἐν ὁμονοίᾳ ψυχῆς καὶ σωφροσύνης σώματος τὸ μονότροπον ἀεὶ τῆς γνώσεως μετὰ τοῦ ἀνδρὸς κτησαμένη. Κατὰ γὰρ τὴν πλάσιν τοῦ συζευχθέντος αὐτῇ παρὰ τοῦ Θεοῦ, τὸ ὀστοῦν διέσωσεν ἀσυντρίπτως τοῦ ἀνδρὸς, διὰ τὸ φιλόθεον τὸ φιλάνθρωπον αὐτῷ παραφυλάττουσα τῆς ξυνωρίδος.

Δ'. Οὐ γὰρ βλαπτικῶς, ὡς ἡ Εὔα, μετεποιήθη, ἀλλὰ βοηθὸς τῷ ἀνδρὶ συνηρμόσθη ἐπί τε τοῖς τῶν ἀρετῶν πολιτεύμασιν, ἐπί τε ταῖς διὰ τὴν πρὸς Θεὸν ἱκεσίαις. Ἴσως γὰρ οἱ δύο περὶ τὴν δέησιν τῆς ἐπιθυμίας ἀπέκαμον τοῦ τέκνου· καθ' ὃν τρόπον γεωργὸς ἅμα τῆς αὐτοῦ γυναικὸς, χώραν καλλιεργήσαντος χέρσον, τὸν σπόρον καταβαλλόμενοι, τὴν εὐφορίαν τῶν καρπῶν ἐπιτυχεῖν δι' εὐχῆς ἀπεκδέχονται. Οὐχ ὡς ἡ Εὔα συζήσασα τῷ Ἀδὰμ, ἀλλ' ὡς συνεργὸς εὐχαριστίας, καὶ συμπονοῦσα μετ' αὐτοῦ ταῖς ψυχικαῖς εὐεργεσίαις· καὶ ὡς ἀληθῶς ἀγαθὴ μερὶς τελεσφορήσασα τὴν κοίτην τῷ ἀνδρί. Ἡ μὲν γὰρ Εὔα διὰ καρπὸν φυτοῦ τῷ κόσμῳ λύπης ἐγένετο πρόξενος· ἡ δὲ τοῦ Ἰωακεὶμ Ἄννα διὰ καρπὸν κοιλίας τῷ Κτίστῃ κεχρημάτικεν χαρά.

Ε'. Πᾶσιν μέντοι γνωστὸν, ὡς ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ τῶν ἐθνῶν ἡ Θεοτόκος εὐηγγελίσθη Μαρία ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ τέκτονος Ἰωσὴφ, τοῦ καὶ χρηματίσαντος, κατὰ συναρπαγὴν τοῦ διαβόλου συζύγου τῆς Παρθένου. Εὔδηλον δὲ πάλιν, ὅτι ἐν Βηθλεὲμ γεγέννηκεν τὸν Χριστόν· ὅτι καὶ πατρὶς αὐτῆς αὐτὴ ἡ πόλις ἐτύγχανεν ὡς ἀπὸ μητρὸς, καθὰ παρακατιὼν ὁ λόγος παραστήσει. Ὁ γὰρ πατρικὸς αὐτῆς οἶκος, ὁ τὴν προβατικὴν περικλείων ἐν Ἱερουσαλὴμ ὑπῆρχεν, ὡς λόγος εἰπεῖν, κολυμβήθραν, ἐν ᾗ τὸν ἐν τριάκοντα καὶ ὀκτὼ χρόνοις κατακείμενον παραλυτικὸν ὁ Χριστὸς καὶ Θεὸς ἡμῶν ἐθεράπευσεν ἐξεγείρας, ὡς ἐξ ἐκείνου μέλλων τοῦ οἴκου ἐκπορεύεσθαι συμβολικῶς ποιμὴν τῶν λογικῶν προβάτων. Εἶτα καὶ διὰ τῆς ἐκεῖσε τοῦ ὕδατος κολυμβήθρας τοῦ βαπτίσματος προτυπωθῆναι τὸ χάρισμα· καὶ γὰρ χρονίας πλάνης ἡ νόσος τὰς τῶν ἀνθρώπων, ὡς ἐν τάξει μελῶν, παραλύσασα ψυχὰς, καθάρσει τοῦ πνεύματος δι' ὕδατος ὑγιώθη· ὥσπερ καὶ ἐν προσώπῳ τῆς Βηθλεὲμ ὁ ἄρτος ἐζυμώθη ὁ νοητὸς τῆς ζωῆς. Ἔνθα καὶ ὁ Χριστὸς ἀγγελοφανὴς ὑπεδείχθη τῷ Ἀβραὰμ, ὁ καὶ τῷ Ἰακὼβ προσπαλαίσας ἐν ἀγγέλου μορφῇ. Αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ ἐλθὼν εὐαγγελίσασθαι τοῖς μακρὰν καὶ τοῖς ἐγγύς· αὐτός ἐστιν τὸ εὐαγγέλιον τῆς δικαιοσύ-

(1) Paternam Deiparæ domum eodem modo designat etiam S. Joannes Damascenus, inquiens (De Fid. Orthod. lib. IV, cap. 14): *Itaque gratia (nam hoc sonat Annæ vocabulum) Dominam parit (id enim Mariæ nomine significatur, quæ vere omnis creaturæ domina facta sit, cum mater Creatoris exstitit); nascitur autem in domo probaticæ Joachim, atque ad templum adducitur* (Τίκτεται δὲ ἐν τῷ τῆς προβατικῆς τοῦ Ἰωακεὶμ οἴκῳ, καὶ τῷ ἱερῷ προσάγεται). Ad quem Damasceni locum hæc adnotat Lequinius (in not. ad h. l.): *Nascitur autem in domo probaticæ: hoc est in ædibus pecuariis. Probaticæ nomen græcum servavi propter celebre templum sanctæ civitatis, quod Probatica nuncupant, in quo Damascenus sermones habuit in Natali B. Virginis. Ibidem aiunt, probaticam illam piscinam fuisse. At nullam prorsus domum Hierosolymis post excidium stetisse locupletissimus est testis Josephus*, etc. Verum quæ habet Cosmas, suadent, appellationem τῆς προβατικῆς nihil ad templum Virginis aut ad domum, quæ superstes manserit excidio Hierosolymitano, pertinere.

Digitized by Google

A νης· αὐτός ἐστιν ὁ δι' ἀγγέλων τὸ πρόσταγμα τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός· αὐτός *ἐστιν ὁ τῆς μεγάλης βουλῆς Ἄγγελος*, ᾧτινι ὁ Πατὴρ σύμβουλος γεγονὼς εἰρήκει· *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ἡμετέραν*. Οὗτός ἐστιν καὶ τῆς ἀληθινῆς ζωῆς ὁ ἄρτος, ἐν τῷ τῆς Βηθλεὲμ ὀνόματι προκηρυχθείς· Βηθλεὲμ γὰρ ἑρμηνεύεται Οἶκος ἄρτου· ὁ ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ Ἀβραὰμ ἐγκρυφίας πεφθείς, ἤγουν ἐν μυστηρίῳ ζυμωθεὶς ἄρτος, τοῦτ' ἔστιν ἡ γεννητικὴ σὰρξ τοῦ Σωτῆρος ἐκ τῆς Παρθένου καὶ Θεοτόκου Μαρίας.

Ϛʹ. Πρόσφορον οὖν εἰπεῖν διὰ ταῦτα· Εὐλόγησεν Κύριος τὸν οἶκον Δαυῒδ τοῦ βασιλέως διὰ τὴν προέγγονον αὐτοῦ καὶ ζωοτόκον Μαρίαν. Εὐλόγησεν τὸν οἶκον Ἰωακεὶμ καὶ Ἄννης τῶν δικαίων διὰ τὴν τούτων ἡγιασμένην θυγατέρα. B Εὐλόγησεν τὸν οἶκον Ἰωσὴφ διὰ τὴν χρηματικῶς καὶ μόνον παραδοθεῖσαν νύμφην, τὴν ὄντως ἁγνὴν καὶ ἀειπάρθενον τοῦ Χριστοῦ Μητέρα καὶ Θεοτόκον Μαρίαν.

Ὅθεν διὰ ταῦτα τρισμακάριοι τῆς Θεομήτορος οἱ γονεῖς, οἷς πᾶς ὁ κόσμος χρεωστεῖ· οἱ μὲν γὰρ προφῆται, δι' αὐτῶν ὅτιπερ ἀψευδῶς ἐχρημάτισαν περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Χριστοῦ· οἱ ἀπόστολοι, ὅτι διὰ τῆς αὐτῶν θυγατρὸς υἱοὶ φωτὸς ἀνεγεννήθησαν· οἱ ἅγιοι μάρτυρες, ὅτι ἐστεφανώθησαν· οἱ ὅσιοι καὶ δίκαιοι, ὡς τῶν μελλόντων ἀγαθῶν κληρονόμοι· οἱ ἁμαρτωλοί, ὡς διὰ τῶν πρεσβειῶν τῆς Θεοτόκου ἐλεούμενοι.

Ζʹ. Οἷς καὶ βοῶμεν εὐχαρίστως· Χαῖρε, πάνσεπτε πάτερ τῆς μετὰ Θεὸν ἐλπίδος ἡμῶν, Ἰωακείμ· C χάρις τῇ ὀσφύϊ σου. Χαῖρε, πάντιμε μῆτερ τῆς μητρὸς τῆς ζωῆς ἡμῶν, Ἄννα· δόξα τῇ κοιλίᾳ σου. Χαῖρε, πάτερ ἀγαθοσπόρε, καὶ τοῦ πολυσπόρου γεννήματος γεωργέ. Χαῖρε, μῆτερ μεγαλόκαρπε, τῆς σωτηρίας ἡμῶν ῥίζα. Χαῖρε, πάτερ, τοῦ εὐφόρου βότρυος ἀμπελουργέ· χαῖρε, μῆτερ, τῆς ἀγαθῆς γῆς ἑκατονταπλάσιον ἄρουρα. Χαῖρε, πάτερ, τοῦ ἐμψύχου παραδείσου φυτουργέ. Χαῖρε, μῆτερ, τοῦ ἀνεγκλήτου κλάδου δένδρον. Χαῖρε, πάτερ, τοῦ ἀσπίλου μαργαρίτου κόγχη. Χαῖρε, μῆτερ, τοῦ καθαροῦ σμαράγδου πέτρα. Χαῖρε, πάτερ, τῆς ζωοῤῥύτου πηγῆς φλέψ. Χαῖρε, μῆτερ, τῆς τεκνογόνου δίψης ὑδρία.

D Πληροῦται τὸ στόμα ἡμῶν τοῦ ὑμνῆσαι τῆς ἁγιοσύνης ὑμῶν τὰ ἐξαίρετα· ἀλλ' οὐκ ἐσμὲν ἱκανοὶ τὴν θεόζευκτον ὑμῶν ὑμνῆσαι δυάδα, εἰ μή γε κατὰ τὴν φωνὴν τοῦ ἐγγόνου ὑμῶν κατὰ σάρκα Χριστοῦ μακαρίσαι τοὺς ἀμφοτέρους, καὶ εἰπεῖν· *Χαίρετε καὶ*

[a] Isa. IX,6 sec. LXX. [b] Gen. I, 16.

venit tum iis qui procul, tum iis qui prope erant; ipse est læta justitiæ annuntiatio; ipse per angelum promulgatio est legis Dei ac Patris; ipse *Angelus* est *magni consilii* [a], cui Pater consiliarius exsistens, dixit: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram* [b]. Hic est et panis veræ vitæ, per nomen Bethleem prænuntiatus; nam Bethleem explicatur Domus panis; subcinericius est panis in tabernaculo Abrahæ apparatus, hoc est, in mysterio fermentatus, caro videlicet Salvatoris ex Virgine et Dei Matre Maria progenita.

VI. Has igitur ob causas consentaneum est exclamare: Benedixit Dominus domui Davidis regis propter Mariam ejusdem proneptem, ac matrem vitæ. Benedixit domui justorum Joachimi et Annæ propter sanctificatam eorum filiam. Benedixit domui Josephi propter traditam in potestatem illius, jure licet dumtaxat sponsali, plane puram ac semper virginem Christi Matrem et Deiparam Mariam.

Beatissimi proinde hac de causa Dei Matris parentes, quibus universus se mundus obstrictum profitetur; et prophetæ quidem propterea quod veracissima eos de incarnatione Christi oracula edidisse, per ipsos apparuit; apostoli, quia per eorum Filiam nova generatione facti sunt filii lucis; sancti martyres, quia coronati sunt; pii ac justi, tanquam futurorum hæredes bonorum; peccatores, utpote per Deiparæ preces misericordiam consequentes.

VII. Et nos itaque grato animo iisdem acclamemus: Salve, Joachim, augustissime illius pater, quæ spes est nostra post Deum; lumbis tuis sint gratiæ. Salve, Anna, summe honoranda illius mater, quæ mater est vitæ nostræ; utero tuo sit gloria. Salve, pater, optimi sator, cultorque uberrimam promens segetem. Salve, mater, immenso fructu læta radix illius, quæ salus nostra evasit. Salve, pater, ex culta a te vinea opimum præbens racemum. Salve, mater, terræ bonæ fertilissimum arvum. Salve, pater, animati paradisi plantator. Salve, mater, arbor ramum vitii expertem habens (2). Salve, pater, immaculatæ margaritæ concha. Salve, mater, integri a nævo smaragdi petra. Salve, pater, vena fontis manantis vitam. Salve, mater, hydria sitim suscipiendæ prolis exstinguens.

Impletur os nostrum laudibus eximiæ sanctitatis vestræ; at vestrum Deo auspice initum conjugium (3) celebrare nequaquam pares sumus, nisi usurpando voces Christi, vestri secundum carnem nepotis, beatos vos ambo prædicemus ac dicamus: *Gaudete*,

(2) Poteratne apertius immaculata Virginis origo significari?

(3) Nequaquam est obscurum, hoc loco δυάδα poni pro δυασμόν, ac significare conjugalem actum, ex quo beata Virgo concepta est. Præterquam quod enim nullus alius probabilis sensus in contextus adjunctis occurrit, ejusdem contextus ratio id plane postulat; unde et concluditur illis verbis, *satis esse ad ipsorum laudem, quod Matrem Dei genuerint*. Nihil porro illustrius juxta et aptius ad laudandam Dei Genitricis conceptionem dici potuit, quam generationis opus Deo auspice fuisse susceptum. Quod sane congruit cum iis, quæ apud Isidorum legimus (*Hom. in Præsent. Deip.* § XIII, *oportuisse* scilicet, *ut ad congressum, unde Virginis processit conceptio, nil aliud quam congressus cum Deo impelleret atque adduceret*.

Digitized by Google

*et exsultate, quoniam merces*, fructus uteri vestri, A *in cœlis est* [a]. Vos enim estis, qui cum justi essetis, propter sterilitatem opprobriis fuistis impetiti, et iniqua adversum vos verba audivistis. At paulo post lætissime de suscepta prole gavisi estis, et satis est vobis ad laudem, quod Matrem Dei genueritis.

Prorsus enim divino prædefinitum fuerat decreto, ut justi illi Deiparæ genitores cognatione cum Christo secundum carnem devincirentur tanquam digni, et honoribus cohonestarentur tanquam nobilitate generis, regii nempe et sacerdotalis, insignes. Ex utraque enim duarum illarum tribuum, quæ jam inde ab initio diversis modis permistæ fuerant, genus suum Deipara ducit.

VIII. Ceterum de genitoribus Deiparæ et ista hic adjici possunt [4]. Zacharias, Joannis Baptistæ B pater, fratrem consacerdotem habuit, Aggæi nomine appellatum, qui et ipsi præmortuus est. Hujus Aggæi filiam in matrimonium duxit Joseph faber; e qua quatuor suscepit filios, ac duas filias, quorum unus fuit Jacobus, cognominatus frater Christi, qui et primus exstitit Hierosolymorum episcopus; nomen autem uxoris ipsius erat Salome, non quidem Obstetrix, sed alia. Porro post hujus mortem Joseph sponsam accepit Mariam Deiparam, quæ genere materno originem trahebat e Mathan sacerdote, qui et ipse erat ex stirpe Salomonis, filii David, ut habet Evangelium Lucæ, ubi genealogiam dominicam describit. Iste enim Mathan ex Maria uxore sua tres habuit filias, quarum nomina sunt Maria, Sobbe, C Anna. Maria itaque Salomen Obstetricem genuit; Sobbe genuit Elisabet, Joannis Baptistæ matrem; Anna vero in Bethleem genuit Deiparam Mariam, quæ ex nomine aviæ et materteræ Maria appellata est; adeo ut Elisabet, Annæ quidem ex sorore neptis, Deiparæ vero consobrina fuerit. Quod quidem utrumque confirmat Evangelium, ubi ad indicandum Christi secundum carnem paternum genus, *Erat*, inquit, *Jesus incipiens quasi annorum triginta, ut putabatur, filius Joseph, qui fuit Heli, qui fuit Mathan* [e]; de materno autem genere, *Ecce*, inquit, *et Elisabet cognata tua* [f]. Quorum gratia, gloria sit benignissimæ Dei charitati nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

A *ἀγαλλιᾶσθε, ὅτι ὁ μισθὸς* τοῦ καρποῦ τῆς γαστρὸς *ὑμῶν ἐν τοῖς οὐρανοῖς*. Ὑμεῖς γάρ ἐστε οἱ διὰ τὴν ἀτεκνίαν ὀνειδισθέντες ἅγιοι, καὶ ῥημάτων ἀκούσαντες πονηρῶν. Ἀλλ' εὐφρανθέντες μετ' ὀλίγον ἐπὶ τεκνογονίαν, καὶ ἀρκεῖ ὑμῖν πρὸς ἔπαινον τὸ μητέρα Θεοῦ γεγεννηκέναι.

Ἀληθῶς γὰρ, ὡς ἄξιοι, προωρίσθησαν οἱ δίκαιοι τῆς Θεοτόκου γεννήτορες, συγγενιᾶσαι Χριστῷ κατὰ σάρκα, καὶ ὡς ἐκ γένους ἐπισήμου, βασιλικοῦ λέγω καὶ ἱερατικοῦ, τιμηθῆναι. Ἐξ ἀμφω γὰρ ἡ Θεοτόκος γενεαλογεῖται ἐπιμίκτων τῶν δύο φυλῶν ἀπ' ἀρχῆς κατὰ διαφόρους τρόπους γενομένων.

Η'. Ἔνθα λοιπὸν καὶ ἐπὶ τῶν τῆς Θεοτόκου γονέων B οὕτως. Ζαχαρίας, ὁ πατὴρ Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ, ἀδελφὸν ἔσχεν συνιερέα, καλούμενον Ἀγγαῖον, πρὸ αὐτοῦ τετελευτηκότα. Τούτου τοῦ Ἀγγαίου θυγατέρα πρὸς γάμον ἤγαγεν Ἰωσὴφ ὁ τέκτων· ἐξ ἧς ἐγέννησεν τέσσαρας υἱοὺς καὶ δύο θυγατέρας· ὧν εἷς ἦν Ἰάκωβος, ὁ ἐπικληθεὶς ἀδελφὸς τοῦ Χριστοῦ, ὁ καὶ πρῶτος ἐπίσκοπος Ἱεροσολύμων· καὶ τὸ ὄνομα τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Σαλώμη, οὐχ ἡ Μαῖα, ἀλλ' ἑτέρα. Μετὰ θάνατον δὲ αὐτῆς μνηστεύεται ὁ Ἰωσὴφ τὴν Θεοτόκον Μαρίαν τὴν κατὰ τὸ μητρικὸν γένος κατ-αγομένην ἀπὸ Ματθὰν τοῦ ἱερέως, καὶ αὐτοῦ ἀπὸ Σολομῶντος, τοῦ υἱοῦ Δαυΐδ, ὥς φησιν τὸ κατὰ Λουκᾶν Εὐαγγέλιον γενεαλογούμενον. Οὗτος γὰρ ὁ Ματθὰν τρεῖς ἔσχεν θυγατέρας, ἐκ Μαρίας τῆς γυναικὸς αὐτοῦ· ὧν ὀνόματα Μαρία, Σοββή, Ἄννα. C Ἡ οὖν Μαρία γεννᾷ Σαλώμην τὴν Μαῖαν· ἡ Σοββὴ γεννᾷ τὴν Ἐλισάβετ, τὴν μητέρα Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ· ἡ δὲ Ἄννα γεννᾷ τὴν Θεοτόκον Μαρίαν ἐν Βηθλεὲμ, τὴν κατὰ τὸ ὄνομα τῆς μάμμης καὶ θείας ἐπικληθεῖσαν Μαρίαν· ὡς εἶναι τὴν Ἐλισάβετ ἀνεψιὰν μὲν τῆς Ἄννης, ἐξαδέλφην δὲ τῆς Θεοτόκου. Κυροῦντος τὰ ἑκάτερα τοῦ Εὐαγγελίου, διὰ τὸ μὲν πατρῷον γένος καὶ σαρκικὸν τοῦ Χριστοῦ· *Ἦν*, φησὶν, *ὁ Ἰησοῦς ἀρχόμενος ὡς ἐτῶν τριάκοντα, υἱὸς ὡς ἐνομίζετο τοῦ Ἰωσὴφ, τοῦ Ἠλὶ*, τοῦ *Ματθάν*· διὰ δὲ τὸ μητρικόν· *Ἰδοὺ*, φησὶν, καὶ *Ἐλισάβετ ἡ συγγενής σου*. Ὧν ἕνεκεν δόξα τῇ συγκαταβάσει τοῦ Θεοῦ νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Matth. v, 12. [e] Luc. iii, 23. [f] Luc. i, 36.

4. Nullius sane frugis videbitur, ea, quæ sequuntur, oculis subjecisse, præsertim quod in historia hac genealogica texenda de castissimo Deiparæ sponso ea auctor commemoret, quæ communi fidelium sententiæ adversantur, quæque jam inde a quarto Ecclesiæ sæculo S. Hieronymus (*Advers.* D *Helvid.* n. 19) refutaverat. At cum eamdem hanc paragraphum jam in editis haberemus apud Coterium (*PP. Apost.* tom. I, pag. 279 *in not. ad lib.* iii *cap.* 6 *Constit. Apost.*), nulla aderat ratio, cur eam cum homilia non vulgaremus.

Digitized by Google

Распознавание текста ABK/FR

# APPENDIX AD COSMAM VESTITOREM.

—

ΚΑΝΩΝ ΕΙΣ ΤΗΝ ΕΟΡΤΗΝ

## ΤΗΣ ΣΥΛΛΗΨΕΩΣ ΤΗΣ ΥΠΕΡΑΓΙΑΣ ΘΕΟΤΟΚΟΥ

*ΟΥ Η ΑΚΡΟΣΤΙΧΙΣ ΚΑΤΑ ΑΛΦΑΒΗΤΟΝ* (1).

—

CANON IN FESTIVITATEM

## CONCEPTIONIS SANCTISSIMÆ DEIPARÆ

*CUJUS ACROSTICHIS ALPHABETUM SEQUITUR*

(Ant. Ballerini ubi supra, p. 698.)

—

### ΩΔΗ Α'.

A

Ἁγνὴν Παρθένον Θεόπαιδα, Μητέρα ἐσομένην τοῦ Κτίσαντος, γαστρὶ δεξαμένη ἔχαιρεν ἡ Ἄννα ἀναβοῶσα· Τοῦ Ἰσραὴλ πᾶσαι αἱ φυλαὶ, μοὶ συνευφράνθητε· ἰδοὺ κἀγὼ συνέλαβον.

Βιβλίον, ὅπερ προέφησε προφήτης σφραγισθὲν θείῳ Πνεύματι, λαγόσιν αὐτῆς κατέχουσα Ἄννα, πᾶσιν ἐβόα· Ἣν αἱ Γραφαὶ πᾶσαι προδηλοῦσι, μεγαλύνομαι ἐγὼ φύουσα σήμερον.

Γαστρὶ χωρεῖται καὶ πλάττεται ναὸς ὁ θεϊκὸς καὶ σωτήριος· λαγόσι μητρὸς φυτεύεται κλίμαξ, ἡ πρὸς τὰ ἄνω πάντας βροτοὺς ἐπαναγαγοῦσα· ἧς τὴν σύλληψιν πιστῶς πανηγυρίσωμεν.

B

### ΩΔΗ Γ'.

Δέχεται ἐξ ὕψους προσεδρεύων Κυρίῳ ὁ Ἰωακεὶμ πεποθημένην ἀγγελίαν, ἐπιστάντος τοῦ ἀγγέλου αὐτῷ, καὶ λέγοντος· Ἄπιθι, τὰς σὰς ἐντεύξεις, ὁ πάντων Θεὸς, δίκαιε, ἐπλήρωσεν.

Ἐπικαλουμένη τὸν Θεὸν τῶν ἁπάντων ἡ Ἄννα, ποτὲ ἐν παραδείσῳ ἱσταμένη, ἐπιστάντα ἑώρα αὐτῇ ἄγγελον καὶ λέγοντα· Μὴ ἀθυμήσῃς· Μητρὸς γὰρ Θεοῦ μήτηρ μέλλεις ἔσεσθαι.

Ζηλοῦσα τὴν Ἄνναν τὴν πρὸ σοῦ, ἱκεσίας προσῆξας Θεῷ· καὶ τὴν ἀσπόρως δεξαμένην τὸν ἀχώρητον Λόγον ἁγνὴν ἐν μήτρᾳ συνέλαβες, τῇ εὐτεκνίᾳ σου πάντας ἡμᾶς χαριτώσασα.

C

### ΩΔΗ Γ'.

Ἤνοικται ἡ μήτρα σου, τὸ πρὶν ἡ ἄγονος, καὶ δέδεκται, Ἄννα, νεφέλην τὴν οὐράνιον· ἐξ ἧς ἡμῖν ὁ

### ODE I.

Virginem innocentem Dei filiam, futuram Creatoris Matrem, cum Anna in utero concepisset, lætitia gestiens exclamabat: Congratulamini mihi, omnes tribus Israel; ecce et ego concepi.

Cum Anna in sinu suo illum, quem propheta prædixerat, divino obsignatum Spiritu, librum contineret, clamans ad omnes inquiebat: Summam ego adipiscor gloriam, quippe hodierna die eam progermino, quam Scripturæ omnes præsignant.

Divinum ac salutare templum utero recipitur ac formatur; in matris visceribus plantatur scala, quæ mortales omnes ad superna reducet; fideliter hujus Conceptionem solemni conventu celebremus.

### ODE III.

Dum Domino Joachimus vacat, desideratum e cœlis nuntium accipit; quippe illi se angelus sistit et inquit: Abi, postulationes tuas, o juste, universorum Deus ratas habuit.

Cum Anna in horto aliquando commorans Deum universorum deprecaretur, astantem sibi cernit angelum ac dicentem: Animum ne despondeas; mox enim mater Matris Dei eris.

Antiquæ illius Annæ æmula, preces, o Anna, obtulisti Deo; et eam, quæ incomprehensibile Dei Verbum sine semine conceptum continuit, immaculatam in utero concepisti, et de nobis omnibus fecunditate tua es optime merita.

### ODE IV

Apertus est, o Anna, uterus tuus, generandi antea impos, et cœlestem excepit nubem; e qua

(1) Hunc canonem e veteribus menæorum editionibus depromptum censui hic subjiciendum, quia cum in recentioribus editionibus per schismaticos curatis omissum fuerit, recitatum tamen a catholicis olim fuisse consuetudo monasterii Cryptoferratensis luculenter testatur.

Digitized by Google

splendidus nobis sol exoriens, fulgore veritatis universos illuminavit, et profundas impietatis tenebras disjecit.

Igniformis thronus Dei tuis, o beata Anna a Deo vocata, visceribus infunditur; in quo ille sedens requievit, laboresque piorum omnium abstulit, atque cœlestem erroris expertem scientiam effudit.

Ecce lectulum, quem vero Regi in generis humani restauratione ad divinitus discumbendum prorsus servatum Salomon prædixit, sinu tuo, o Anna, concepisti; propterea quotquot sumus fideles, te prædicamus beatam.

## ODE V.

E monte descendit Joachimus, non jam legis tabulas, sed quam lex præmonstrabat, quamque omnes prophetarum prædictiones indigitabant, immaculatam Dei Matrem adeptus; et exsultans exclamabat: Exaltatum est cor meum.

Ubi Anna tandem aliquando persensit visceribus suis illam insitam esse vitem fructiferam, e qua racemus effloruit, qui ad maturitatem perductus vinum nobis, videlicet immortalitatem, copiose stillat, Quid tibi, exclamabat; misericors Domine, retribuam?

Cum pietate sterilem naturam cernere Joachimus non ferret, effundebat preces, ut Annæ sterilitas auferretur, eamque prolem ipsa sortiretur e qua daretur filius ille altissimus, qui universos mortales Patri suo filios efficeret.

## ODE VI.

Magnificans Anna Israelis Deum, clamabat lætabunda: Prætereunt procul dubio umbræ legis; ecce enim splendor divinæ gratiæ apparet, Virgo scilicet, nubes illa e qua fulgidus sol Deitatis vere enascitur.

Ubi angelum Anna audivit nuntiantem se parituram esse infantem, Novum sane, inquit, spectaculum, si et ego, prius infecunda et partus nescia, jam concepero; hinc exclamabat: Euge, proh felix nuntium, si verba exitus sequatur.

Ubi Anna se concepisse persensit, exclamabat: Lætentur montes et colles, campi et mare, angelorum multitudo et universum mortalium genus: divinum enim Domini delubrum initium novæ ædificationis sumpsit.

## ODE VII.

Quem Moyses olim in Sina vidit rubum flammiferum, hunc Anna sinu concepit, et infecundatis ignominiam, qua urebatur, quemadmodum deinde impietatem exstinguit eorum qui canunt: Benedictus es, Deus Patrum nostrum.

Mirum in modum, o Anna, nunc illa depluit in sinum tuum stilla, quæ totam intus se excipiet aquam vitæ, irrorantem eos, qui fide accensi ad eum clamant: Benedictus es, Deus patrum nostrorum.

Passerculorum nidum, o Anna, cum aspiceres, spiritu sursum evolasti; et precibus immaculatam

A φαιδρὸς ἀνατείλας ἥλιος, πάντας φωτισμῷ τῆς ἀληθείας κατηύγασε, καὶ βαθὺ σκότος ἀθείας ἐξήλασεν.

Θρόνος ὁ πυρίμορφος Θεοῦ λαγόσι σου ἐνίδρυται· ἐν ᾧ καθίσας ἀναπέπαυται, καὶ πάντων τῶν εὐσεϐῶν τὸν κόπον ἀφείλετο, καὶ τὴν καθαρὰν θεογνωσίαν ἐνίδρυσεν ἐπὶ γῆς, Ἄννα μακαρία θεόληπτε.

Ἴδε, ἣν προέφη Σολομὼν, ἐν μήτρᾳ κλίνην εἴληφας, τετηρημένην ἀληθέστατα τῷ ἀληθεῖ Βασιλεῖ θείαν πρὸς ἀνάκλισιν γένους τῶν βροτῶν ἐπανακλήσει· διό σε χαρμονικῶς, Ἄννα, οἱ πιστοὶ μακαρίζομεν.

## ΩΔΗ Ε'.

Κατῆλθεν ἐξ ὄρους ὁ Ἰωακεὶμ, οὐχὶ πλάκας τοῦ
B νόμου δεξάμενος, ἣν νόμος δὲ προέγραψε, καὶ πᾶσαι προφητῶν ἐδήλωσαν αἱ ῥήσεις, Θεοῦ ἁγνὴν Μητέρα· καὶ σκιρτῶν ἀνεϐόα· Ἐμεγαλύνθη ἡ καρδία μου.

Λαγόσιν ὡς ᾔσθετο Ἄννα ποτὲ φυτευθεῖσαν τὴν εὔκαρπον ἄμπελον, ἐξ ἧς ὁ βότρυς ἤνθησεν ὁ πέπειρος ἡμῖν οἶνον, ἀθανασίαν, πλουσίως ἀποστάζων, Τί σοι ἀνταποδώσω, εὔσπλαγχνε Κύριε, ἐφθέγγετο.

Μὴ φέρων τὴν κτίσιν ὁ Ἰωακεὶμ καθορᾷν εὐσεϐὴς στειρεύουσαν, τὴν στείρωσιν ἱκέτευε τῆς Ἄννης παρελθεῖν, καὶ ταύτην ἕξειν παῖδα ἐξ ἧς υἱὸς ἐδόθη πάντας υἱοθετήσας τῷ ἑαυτοῦ Πατρὶ ὁ ὕψιστος.

C

## ΩΔΗ Ϛ'.

Νόμου αἱ σκιαὶ σαφῶς παρατρέχουσιν. Αὐγὴ γὰρ ἰδοὺ τῆς θείας χάριτος ἐμφανίζεται, ἡ Παρθένος, νεφέλη ἐξ ἧς ὁ φαιδρὸς τῆς θεότητος ἀντίσχει ὄντως ἥλιος, Ἄννα γηθομένη ἔκραζε, τὸν Θεὸν Ἰσραὴλ μεγαλύνουσα.

Ξένον, εἰ κἀγὼ συλλήψομαι, θέαμα, ἡ ἄγονος πρὶν, καὶ ἡ οὐ τίκτουσα, Ἄννα ἔλεγε, φθεγγομένου ἀγγέλου ὡς ἤκουσεν, ὅτι τέξεται παιδίον, καὶ ἐκραύγαζεν· Εὖγε τοῦ καλοῦ ἀκούσματος, εἰ τῶν λόγων ἔκϐασις γένηται.

Ὄρη καὶ βουνοὶ, πεδία καὶ θάλασσα, ἀγγέλων πληθὺς καὶ πᾶσα φύσις βροτῶν, εὐφραινέσθωσαν· τοῦ Δεσπότου τὸ θεῖον γὰρ τέμενος ἀπαρχὴν ἀνα-
D δομήσεως ἐδέξατο. Ἄννα ὁπηνίκα ᾔσθετο ἑαυτὴν συλλαϐοῦσαν, ἐφθέγγετο.

## ΩΔΗ Ζ'.

Πυρφόρον πάλαι βάτον Μωϋσῆς ἐν Σινᾷ ἣν ἑώρακεν, Ἄννα συνέλαϐε γαστρὶ, ἀπαιδίας πῦρ σϐεννύουσα, ὡς ἐσύστερον δυσσέϐειαν τοῖς μέλπουσιν· Ὁ τῶν πατέρων Θεὸς, εὐλογητὸς εἶ.

Ῥανὶς τῇ σῇ νηδύϊ παραδόξως νῦν, Ἄννα, ἐξέϐλυσεν· ἥτις τὸ ὕδωρ τῆς ζωῆς ὅλον ἔνδον εἰσεδέξατο, τὸ δροσίζον τοὺς πιστῶς αὐτῷ κραυγάζοντας· Ὁ τῶν πατέρων Θεὸς, εὐλογητὸς εἶ.

Στρουθίων ὡς ἑώρας καλιὰν, ἀνεπτερώθης πνεύματι· καὶ προσευχῇ περιστερὰν ἐκομίσω τὴν ἀμίαν-

Digitized by Google

τον, κάρφος φέρουσαν Χριστὸν ἐλαίας, Ἄννα, ἡμᾶς A κατακλυσμοῦ νοητοῦ ἐλευθεροῦντα.

assecuta es columbam, quæ ramum olivæ, Christum nempe e spirituali cataclysmo nos liberantem, gerit.

ΩΔΗ Η'.

Τί μοι μήτραν ἀπειργάσω ἀτεκνοῦσαν, καὶ μαστοὺς ξεροὺς, καθὼς προέφης ἐν προφήταις, Δέσποτα; ἀνεβόα Ἄννα ποτέ. Ἀτεκνίας μου τὸ ὄνειδος διάλυσον, καὶ δός μοι καρπὸν, μεθ' οὗ βοήσομαι· Εὐλογείτω ἡ κτίσις πᾶσα τὸν Κύριον, καὶ ὑπερυψοῦτε εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Ὑπῆλθε τὴν σὴν, Ἄννα, μήτραν λυχνία, τὸ λαμπάδιον, ἥτις τὸ θεῖον μυστικῶς ἐχώρησε τὸ φωτίσαν πᾶσαν πνοὴν φρυκτωρίαις μυστικαῖς τῆς θείας γνώσεως· διὸ γηθοσύνως ἀνεκραύγαζες· Εὐλογείτω ἡ B κτίσις πᾶσα τὸν Κύριον, καὶ ὑπερυψοῦτε εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Φέρουσιν ὡς ὡραιότατον νῦν ζεῦγος θείαν δάμαλιν, ἐξ ἧς ὁ μόσχος ὡραῖος ἔλαμψεν, ὑπὲρ πάντων σφαγιασθεὶς, ὁ κλεινὸς Ἰωακεὶμ καὶ Ἄννα μέλποντες· Εὐλογείτω ἡ κτίσις πᾶσα τὸν Κύριον, καὶ ὑπερυψοῦτε εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

ODE VIII.

Clamabat aliquando Anna : Quid mihi, Domine, uterum sobolis infecundum, atque arentia fecisti ubera, quemadmodum in prophetis prædixisti? Solve sterilitatis meæ opprobrium, et fructum mihi tribue, cum quo clamabo : Benedicant Domino creaturæ omnes, et superexaltat eum in omnia sæcula.

Sinum tuum, o Anna, candelabrum subiit, quod mystice divinam lampadem, omni spiritui divinæ scientiæ lumen mysticis facibus affundentem, in se excepit; propterea cum gaudio clamabas : Benedicant Domino creaturæ omnes, et superexaltate eum in omnia sæcula.

Inclytus Joachimus cum Anna, quippe conjugum par nobilissimum, divinam nunc gignunt juvenculam, e qua ortus est Filius in omnium salutem mactatus; atque adeo concinunt : Benedicant Domino creaturæ omnes, et superexaltate eum in omnia sæcula.

ΩΔΗ Θ'.

Χορεύσατε, πᾶσαι ψυχαὶ, καὶ σκιρτήσατε· γῆ νῦν πεπλαστούργηται, ἥτις καρπογονεῖ ἀνηρότως στάχυν ζωηφόρον, ἐξ οὗ φαγόντες οὐ πεινάσουσί ποτε, μεγαλύνοντες αὐτοῦ τὴν ἀγαθότητα.

Ψαλτήριον μετὰ κιθάρας ἀνάλαβε, Δαυῒδ, μελ- C ψῴδησον· ἰδοὺ κιβωτὸς ἀνεφάνη Θεοῦ, ἣν προέφης σαφῶς ἐσομένην εἰς ἀνάπλασιν, δι' ἧς ἐξανέστημεν ἡμεῖς τοῦ παραπτώματος.

Ὡς μέγιστοι δύο ἀστέρες ἠνέγκατε τὴν αὐγὴν τὴν πάμφωτον· ἥτις ἐξανατείλῃ τὸν μέγαν ἥλιον τῷ κόσμῳ· διὸ εὐφημοῦμεν καὶ δοξάζομεν ὑμᾶς, Ἰωακεὶμ καὶ Ἄννα, ὡς θεόφρονας.

ODE IX.

Lætamini, omnes animæ, et exsultate; nunc condita illa est terra, quæ nescia aratri fert spicam vitæ; e qua quotquot manducaverint, magnificantes bonitatem ejus non esurient amplius.

Sume, o David, psalterium cum cithara, et concine : ecce apparuit arca Dei, quam futuram in restaurationem perspicue prædixisti, per quam nos e lapsu resurreximus.

Velut bina maxima astra auroram totam lucidam attulistis, quæ magnum mundo solem afferat; propterea vos, Joachim et Anna, tamquam divina mente præditos celebramus et glorificamus.

---

ANNO DOMINI CMX.

# LEO PATRICIUS

## NOTITIA

(Mai *Biblioth. nov. Patr.*, tom. VI, pag. 541.)

Leonis Patricii exstat in bibliotheca Vaticana codex maximus Bibliorum Græcorum, plurimis splendidisque ad miraculum decoratus picturis, cum ipsius Leonis fratrisque Constantini imagine. Hic nimirum Leo auctor est eclogarum sacra Biblia illustrantium, quod nos opus in alio cod. Vat. observavimus. Sunt autem eclogæ Commentariorum in Octoteuchum, in libros quatuor Regum et in duos Paralipomenon; item in Matthæum, Lucam, Joannem et Actus apostolorum; denique in Epistolas, unam Jacobi, duas Petri, tres Joannis ( quarum in prima deest testimonium cœleste), unam Judæ. Nos hujus copiosi operis specimen, eclogarum nempe ad primum Geneseos capitulum, nunc in lucem efferemus.

Digitized by Google

# ΛΕΟΝΤΟΣ ΠΑΤΡΙΚΙΟΥ

ΕΠΙΤΟΜΗ

## *ΕΡΜΗΝΕΙΑΣ ΕΙΣ ΤΗΝ ΓΕΝΕΣΙΝ ΑΠΟ ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΠΑΤΕΡΩΝ.*

—

# LEONIS PATRICII

## EPITOME INTERPRETATIONIS IN GENESIN EX VARIIS PATRIBUS.

—

Moyses theologiam non instituit propter spiritualem eorum infantiam, sed creationem ait factam ne eam pro Deo haberent homines. Ideo de angelorum creatione silet ne deificarentur; nec usque ad Abraham leges angelum alicubi missum.

Quod quidam angelos aiunt cœlo et terræ præexstitisse, alii cum cœlo creatos, cum in loco sint et sine loco esse demonstrari non possit, circumscripti enim sunt.

Quod non docet Deum aquas tunc fecisse; sed in Sabbato, inquit, quia in sex diebus Dominus Deus fecit cœlum et terram et mare et omnia quæ in eis sunt.

Quod si Deus lucem creavit, non item tenebras: contraria enim sunt; contraria autem non sunt, sed lux quidem substantia, tenebræ ascititium quid; cœli enim et terræ obumbratio sunt; secundum gentiles, umbra terræ.

Quod Spiritus qui ferebatur aer est physicus supra aquas exsistens, cujus naturam mobilem et fluxam bene demonstrant verba *ferebatur* et *supra*. Quod autem Spiritum Dei dicit, audi David: *Flabit Spiritus ejus*, id est Spiritus Dei, *et fluent aquæ* [1]; et, *Domini est terra et plenitudo ejus* [2]; et, *Cœlum cœli Domino* [3]. Quidam autem hoc de Spiritu sancto intelligunt; vox autem *ferebatur*, id est quasi incubabat aquis et eas vivificabat.

Quod propter hoc dicitur: Vidit Deus quia erant bona, ne quis vituperare auderet quæ divina sententia bona dixerat.

Quod duo cœli sunt: unum in principio factum, alterum ex aquis formatum; id est unum ex non entibus, alterum ex jam exsistentibus.

Quod illud, *Laudate, cœli cœlorum*, et *aqua quæ cœlo superstat*, plures cœlos non inducit; sed Hebræorum dialectus non solet voces *cœlum* et *aquam* singulariter exprimere; ut nec Græci *Athenæ* et *Thebæ*; et nemo *urbem Delphum* dicit, sed *Delphos*; et in alio *cœlum cœli* veritatem ratam facit.

[1] Psal. CXLVII, 18. [2] Psal. XXIII, 1. [3] Psal. CXIII, 16.

A Οὐ προτέταχε θεολογίαν ὁ Μωσῆς διὰ τὴν νηπιότητα αὐτῶν, ἀλλὰ τὴν κτίσιν λέγει γενητήν, διὰ τὸ θεὸν αὐτὴν μὴ ἔχειν τοὺς ἀνθρώπους· διὰ τοῦτο περὶ ἀγγέλων οὐκ εἶπε κτίσεως, ἵνα μὴ θεοποιηθῶσιν αὐτούς· οὐδὲ μέχρι τοῦ Ἀβραὰμ εὑρήσεις ἄγγελον πεμφθέντα που.

Ὅτι οἱ μὲν προϋπάρχειν λέγουσιν ἀγγέλους οὐρανοῦ καὶ γῆς· οἱ δὲ σὺν αὐτῷ γεγενῆσθαι, ἐπεὶ καὶ ἐν τόπῳ εἰσί· καὶ ἄνευ τόπου εἶναι τούτους οὐκ ἂν ἐνδέχοιτο· περιγραπτοὶ γάρ εἰσιν.

Ὅτι οὐ διδάσκει ὅτι καὶ τὰ ὕδατα ἐποίησεν ὁ Θεὸς ἐνταῦθα· ἐν δὲ τῷ Σαββάτῳ, φησὶν, ὅτι ἐν ἓξ ἡμέραις ἐποίησε Κύριος ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν, καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς.

B Ὅτι εἰ τὸ φῶς ὁ Θεὸς ἐδημιούργησεν, οὐκ αὐτὸς τὸ σκότος· ἐναντία γάρ· οὐκ ἔστι δὲ ἐναντία, ἀλλὰ τὸ μὲν οὐσία, τὸ δὲ συμβεβηκός ἐστιν· οὐρανοῦ γὰρ καὶ γῆς ἐστιν ἀποσκίασμα· ὡς δὲ οἱ ἔξω, σκιὰ γῆς.

Ὅτι τὸ Πνεῦμα ὃ ἐπεφέρετο, ἀήρ ἐστιν ὁ φυσικὸς ἐπάνω ὑδάτων ὤν· δικαίως δὲ καὶ τὸ *ἐπεφέρετο* τό τε *ἐπάνω* δηλοῖ καὶ κινητικὸν αὐτοῦ καὶ ἄστατον· ὅτι δὲ Θεοῦ αὐτὸ λέγει, ἄκουε τοῦ Δαβίδ· *Πνεύσει τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ*, ἤγουν τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, καὶ *ῥυήσεται ὕδατα*. Καί· *Τοῦ Κυρίου ἡ γῆ καὶ τὸ πλήρωμα*. Καί· *Ὁ οὐρανὸς τοῦ οὐρανοῦ τῷ Κυρίῳ*. Οἱ δὲ, περὶ τοῦ παναγίου Πνεύματος τοῦτο νοοῦσι· τὸ δὲ *ἐπεφέρετο*, ἀντὶ τοῦ, ὥσπερ ἐπωάζον περιέθαλπε καὶ ἐζωογόνει τὰ ὕδατα.

C Ὅτι διὰ τοῦτο πρόσκειται, ὅτι εἶδεν ὁ Θεὸς ὅτι καλὰ, ἵνα μηδεὶς δύνηται ψέξαι ἃ ἡ θεία ψῆφος εἶπε καλά.

Ὅτι δύο οὐρανοί εἰσιν, εἷς ὁ ἐν ἀρχῇ γεγονὼς, καὶ ἕτερος ὁ ἐξ ὑδάτων συνεστώς· ὥστε ὁ μὲν ἐξ οὐκ ὄντων, ὁ δὲ ἐξ ὄντων.

Ὅτι τὸ, *Εὐλογεῖτε, οἱ οὐρανοὶ τῶν οὐρανῶν*, καὶ τὸ ὕδωρ τὸ ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν, οὐ πολλοὺς οὐρανοὺς λέγει, ἀλλὰ ἡ Ἑβραίων γραφὴ τόν τε *οὐρανὸν* καὶ τὸ ὕδωρ οὐκ οἶδεν ἑνικῶς ὀνομάζειν· ὥσπερ οὐδὲ οἱ Ἕλληνες τὸ Ἀθῆναι, καὶ τὸ Θῆβαι· καὶ τὴν *Δελφὸν πόλιν* οὐδεὶς λέγει, ἀλλὰ *Δελφοὺς* λέγει· ἐπεὶ *ὁ οὐρανὸς τοῦ οὐρανοῦ* ἐν ἄλλῳ κυροῖ τὴν ἀλήθειαν.

Digitized by Google
Распознавание текста АВК/FR

Ὅτι πῶς καὶ μία ἡ ὑδάτων συναγωγὴ καὶ πολλαί; A Τὸ μὲν, ὅτι *ἥνωνται* · τὸ δὲ, ὅτι *κοῖται* καὶ πελάγη κεχωρισμένα εἰσίν.

Ὅτι τὰς οὐκ ἐδωδίμους βοτάνας βλαστῆσαι προσέταξεν ὁ Θεὸς, καὶ τὰ ἰοβόλα διά τε τὰς μελλούσας ἐκ τῆς ἁμαρτίας ἀῤῥωστίας ἐγγίνεσθαι, καὶ διὰ τὸ ἐπιφόβους ἡμᾶς εἶναι ἐν παντὶ καὶ τόπῳ καὶ χρόνῳ, καὶ συστέλλεσθαι, καὶ τὸν Θεὸν ζητεῖν ἐκ τούτου.

Ὅτι ἐκ τοῦ πρώτου φωτὸς ὁ ἥλιος ἔλαβε, καὶ ἡ σελήνη, καὶ οἱ ἀστέρες, καὶ εἴ πού ἐστι πῦρ ἄλλο· ὥσπερ καὶ τὸ ὕδωρ εἴς τε τοὺς ποταμοὺς, καὶ τὰς πηγὰς, καὶ τὰς λίμνας, καὶ τὰς θαλάσσας εἰς τὰ ὑπερῷα τοῦ δευτέρου οὐρανοῦ διενεμήθη.

Ὅτι τὰ φυτὰ πρὸ τῶν φωστήρων ἐποίησε, δεικνύων ὅτι τὴν ζωογόνον δύναμιν πρὸ ἡλίου ἔχουσιν.

Ὅτι τὰ θηρία ἔσχατον τοῦ φωτὸς ἐποίησεν · οὐ γὰρ B ἂν ἤνεγκεν ἀθρόως τοῦ φωτὸς τὴν ἔλλαμψιν.

Ὅτι τὰ μὲν φυτὰ οὐκ εὐλόγησεν, ἐπειδὴ εὐθὺς τὴν γῆν τούτων ἐπλήρωσε πάντων κατακύρως· τὰ δὲ θηρία καὶ τὰ κτήνη ἀνὰ δύο παρήγαγεν · εἰκότως οὖν τὸ *Αὐξάνεσθε* εἶπεν.

Ὅτι τὸ, *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν*, ἡμεῖς μὲν τὸν Υἱὸν, οἱ δὲ Ἰουδαῖοι οἱ μὲν, τοὺς ἀγγέλους, οἱ δὲ, πρὸς ἑαυτόν · ἄλλοι δέ τινες τῶν αἱρετιζόντων, Ἀττικὴν εἶπον τὴν σύνταξιν · καὶ γὰρ οἱ τὰς μεγίστας πεπιστευμένοι ἀρχὰς, Γράφομεν, λέγουσι, καὶ, Προστάττομεν· οἱ δὲ ἀπολογούμενοι λέγουσιν, ὅτι τὰ πλεῖστα ὁ Θεὸς μονοπροσώπως λέγει ἐν πάσῃ τῇ Γραφῇ · ὧδε δὲ, καὶ εἰς τὸ, *Δεῦτε, καταβάντες συγχέωμεν αὐτῶν τὰς* C *γλώσσας*, δύο προσώπων παράστασιν ποιεῖται · ὥστε τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα δεῖ ἐννοεῖν. Τί ἐστι τὸ *κατ' εἰκόνα*; οἱ μὲν τὸ ἀόρατον τῆς ψυχῆς· οἱ δὲ τὸν νοῦν, διὰ τὸ πανταχοῦ διήκειν · οἱ δὲ τὸ ἄρχειν τῶν κάτω, ὥσπερ Θεὸς, καὶ τῶν ἄνω · οἱ δὲ διὰ τὸ ἐργάζεσθαι αὐτὸν, καὶ οἷα Θεὸν δημιουργεῖν· οἱ δὲ διὰ τὸ νοῦν λόγον καὶ πνεῦμα ἔχειν, οἷα ὁ δημιουργήσας τοῦτον Θεός.

Quomodo singularis aquarum collectio et plures? Juxta illud, *Congregentur*, et, Flumina a maribus dividentur.

Quod plantas non esibiles germinare jussit Deus, et venenosas nasci, hoc propter morbos ex prævaricatione superventuros, et per hoc quod in omni loco et tempore in timore et gemitu vivimus, hinc Deum quærendi locus esset.

Quod ex luce primigenia sol, luna, astra et ignis si quis alius, lucem acceperunt; ut aqua ad fluvios, fontes, paludes et maria in superioribus secundi cœli permanebat.

Quod plantas ante luminaria fecit, hoc demonstrat, ea virtutem vivificam ante solem habuisse.

Quod animantia post lucem creavit: non enim lucis fulgorem repentinum tulissent.

Quod plantas quidem non laudavit, quia statim eas per totam terram germinare fecit; bestias autem et pecora conjunxit: convenienter autem *Crescite* dixit.

Quod per hoc, *Faciamus hominem ad imaginem nostram*, nos Filium quidem: ex Judæis autem quidam illud ad angelos, alii ad Deum referunt. Ex hæreticis quidam Atticum dicunt loquendi modum; ii enim penes quos est summa potestas, Scribimus, aiunt, et mandamus; qui veritati adhærent, dicunt, plerumque in Scriptura Deum in persona singulari loqui; hoc autem loco, et in illo: *Venite, descendentes confundamus linguas eorum*, duplicem personam inducit, ita ut Filium et Spiritum sanctum oporteat intelligere. Quid est, *secundum imaginem*? Alii quidem interiorem animam; alii mentem intelligunt propter ejus quocunque pervadendi virtutem; hi super terrena et cœlestia potestatem quæ Dei est; alii ejus operationem et creationem, alii mentem quæ rationalem spiritum habet ut Deus qui creavit eam.

---

ANNO SÆCULI X INCERTO.

# ATHANASIUS

## CORINTHIORUM EPISCOPUS

## NOTITIA.

(Lequien, *Oriens Christianus*, tom. II, pag. 163.)

In Synaxario quod Basilii imperatoris nomen præfert et a Papebrochio editum est, die 5 Maii legitur: *Commemoratio S. P. N. Athanasii, episcopi Corinthiorum, qui obdormivit pie et sancte diebus imperii Basilii et Constantini*. Inter codices bibliothecæ Augustanæ, quorum index ab Antonio Rainero anno 1675 editus est, pag. 30 memoratur *Athanasii cujusdam archiepiscopi Corinthiorum quæstio, Cur Christus in cruce, nec alio genere supplicii mortuus sit, ejusque solutio*.

Digitized by Google
Распознавание текста АВК/FR

# ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ ΚΟΡΙΝΘΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ

ΕΚ ΤΗΣ

*ΤΕΤΡΑΒΙΒΛΟΥ ΖΩΤΟΥ ΙΑΚΩΒΙΤΟΥ.*

—

# ATHANASII CORINTHI ARCHIEPISCOPI

## *E QUATUOR LIBRIS ZOTI JACOBITI.*

(Luc. XXIV, 43.)

—

Inquirimus utrum ciborum saturatio in Christo evacuationem produxerit. Si ergo dicitis evacuationem produxisse, Nestoriani estis, merum hominem Christum supponentes. Si vero dixeritis evacuationem non produxisse, quomodo intelligatur hominem admitti saturatum, et non evacuatum? —*Responsio.*— Apostolus summam unitatem monstrare volens divinitatis et humanitatis, in omnibus similem nobis hominem assumi sine pecato inquit; sed hic quidem ob summam unitatem illud dixit; nos vero supra hominem Christum exstitisse admittimus. Nam quod e Virgine natus fuerit, Deum illum esse et supra hominem ostendit; et oportebat, secundum sanctæ Scripturæ regulam, nec ad dexteram declinare nec ad sinistram, sed stare his quæ scripta sunt, neque aliquid amplius exquirere. Verumtamen ne videamur ob responsionis carentiam silere, dicemus, meliore parte præstante, aliud esse corpus ejus divinum magis, quod nempe in saturatione secundum nos fuerit, in evacuatione vero supra nos. Ostendit id etiam ante incarnationem beata Trinitas apud Abraham comedens, et saturata, et non evacuata. Similiter quoque post resurrectionem Salvator noster saturatus est, evacuatione non occurrente, sed per inhabitantem divinam naturam saturatione consumpta; hæc quidem nos intelligimus secundum nostræ cognitionis debilitatem; ille autem incarnatus cognoscit proprios saturationis et evacuationis suæ modos, sicut noscit modum ineffabilis duarum naturarum unionis et distinctionis in una persona.

Ζητοῦμεν εἰ ἡ πλήρωσις τῶν βρωμάτων ἐπὶ Χριστοῦ ἐκέκτητο καὶ κένωσιν. Εἰ οὖν λέγετε κεκτῆσθαι κένωσιν, Νεστοριανοί ἐστε, ψιλὸν ἄνθρωπον ὑποτιθέμενοι τὸν Χριστόν· εἰ δὲ ἐρεῖτε μὴ κεκτῆσθαι κένωσιν, πῶς ἂν νοηθείη ἄνθρωπον προσλαβέσθαι πληρούμενον, καὶ μὴ κενούμενον; —*Ἀπόκρισις.*— Ὁ Ἀπόστολος τὴν ἄκραν ἕνωσιν θέλων δηλῶσαι θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος, κατὰ πάντα ὅμοιον ἡμῖν ἀναλαβέσθαι ἄνθρωπον χωρὶς ἁμαρτίας φησίν· ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν διὰ τὴν ἄκραν ἕνωσιν τοῦτο εἶπεν· ἡμεῖς δὲ καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον γεγενῆσθαι αὐτὸν καταλαμβάνομεν. Τὸ γὰρ ἐκ Παρθένου γεννηθῆναι, τὸ Θεὸν αὐτὸν εἶναι, καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον, δείκνυσι· καὶ ἔδει κατὰ τὸν τῆς ἁγίας Γραφῆς κανόνα μὴ ἐκκλῖναι δεξιὰ ἢ ἀριστερὰ, ἀλλὰ στοιχεῖν τοῖς γεγραμμένοις, καὶ μηδὲν πλέον περιεργάζεσθαι· ὅμως ἵνα μὴ δόξωμεν ἀποκρίσεως ἀποροῦντες σιγᾷν, ἐροῦμεν ὅτι τοῦ κρείττονος ἐκνικήσαντος, ἄλλο εἶναι σῶμα τὸ ἐκείνου θεοειδέστερον, ὅπερ ἐν μὲν τῇ πληρώσει καθ' ἡμᾶς ἦν, ἐν δὲ τῇ κενώσει ὑπὲρ ἡμᾶς. Δηλοῖ δὲ καὶ πρὸ τῆς σαρκώσεως ἡ μακαρία Τριὰς παρὰ τῷ Ἀβραὰμ ἐσθίουσα, καὶ πλήρωσιν δεχομένη, καὶ μὴ κενουμένη· ὁμοίως καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ὁ Σωτὴρ ἡμῶν πλήρωσιν δεχόμενος, κενώσεως μὴ ὑπαρχούσης, ἀλλ' ὑπὸ τῆς ἐνοικούσης θείας φύσεως τῆς πληρώσεως ἐκδαπανωμένης· ταῦτα μὲν ἡμεῖς κατὰ τὴν ἡμετέραν τῆς γνώσεως ἀσθένειαν· αὐτὸς δὲ ὁ σαρκωθεὶς ἐπίσταται τοὺς οἰκείους τρόπους τῆς πληρώσεως καὶ τῆς κενώσεως· καθὼς οἶδε καὶ τὸν τρόπον τῆς ἀποῤῥήτου τῶν δύο φύσεων μίξεώς τε καὶ κράσεως ἐν ἑνὶ προσώπῳ.

Digitized by Google

# OPUSCULA GRÆCA

## INCERTÆ ÆTATIS.

*MONITUM. — Per codices mss. vagantur opera multa anonyma et incertæ ætatis, quibus litteratos viros carere amplius non volumus. Ea autem quæ ad sæculum* IX *et* X *referenda videntur et vere lectu digna sunt, hic colligimus et edimus.*

—

## OPUSCULA SCRIPTURISTICA.

—

## OCTATEUCHI DIVISIO IN CAPITA.

(Bandini *Bibl. Medic. Laurent.* tom. I, cod. XXXVII, decimo sæculo conser., Plut. V.)

—

***Geneseos divisio sequens est :***

| | |
|---|---|
| α'. Περὶ τῶν δύο φωστήρων. A | 1. De duobus luminaribus. |
| β'. Περὶ τῶν ἑρπετῶν καὶ πετεινῶν. | 2. De reptilibus et volucribus. |
| γ'. Περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου ποιήσεως. | 3. De hominis creatione. |
| δ'. Περὶ τῆς τοῦ Σαββάτου καταπαύσεως. | 4. De Sabbati requie. |
| ε'. Περὶ τῆς γῆς, καὶ τοῦ Ἀδὰμ, καὶ τοῦ παραδείσου τοῦ ποταμοῦ. | 5. De terra, Adamo, et paradisi fluvio. |
| ς'. Περὶ τῶν ποταμῶν. | 6. De fluviis. |
| ζ'. Περὶ τοῦ Ἀδὰμ καὶ τῆς Εὔας. | 7. De Adamo et Eva. |
| η'. Περὶ τῆς τοῦ ὄφεως ἀπάτης. | 8. De serpentis fraude. |
| θ'. Περὶ τῆς κατάρας τοῦ ὄφεως. | 9. De maledictione serpentis. |
| ι'. Περὶ τῆς κατάρας τῆς γυναικὸς καὶ τοῦ Ἀδὰμ. | 10. De maledictione mulieris et Adami. |
| ια'. Περὶ τῶν δερματίνων χιτώνων. | 11. De pelliceis tunicis. |
| ιβ'. Περὶ τῆς ἐκβλήσεως τοῦ Ἀδὰμ ἐκ τοῦ παραδείσου. | 12. De eiectione Adami e paradiso. |
| ιγ'. Τὰ κατὰ Ἀδὰμ, καὶ Κάϊν, καὶ Ἄβελ. B | 13. Quæ ad Adamum, Cain et Abel attinent. |
| ιδ'. Περὶ τῆς κατάρας τοῦ Κάϊν. | 14. De maledictione Cain. |
| ιε'. Περὶ τῆς γενεαλογίας τοῦ Κάϊν. | 15. De genealogia Cain. |
| ις'. Τὰ κατὰ Λάμεχ. | 16. Quæ ad Lamech attinent. |
| ιζ'. Περὶ τοῦ Σὴθ, καὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἐνὼς [sic, lege Ἐνώχ] | 17. De Seth, et filio ejus Henos (sic, lege Henoch). |
| ιη'. Περὶ τῆς γενεαλογίας τῆς ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως Νῶε. | 18. De genealogia ab Adamo ad Noe. |
| ιθ'. Τὰ κατὰ Ἐνώχ | 19. Quæ ad Henoch attinent. |
| κ'. Περὶ τῶν λαβόντων ἑαυτοῖς γυναῖκας ἀπὸ πασῶν ὧν ἐξελέξαντο, καὶ περὶ τῶν γιγάντων. | 20. De accipientibus sibi uxores ex omnibus quas elegerant, et de gigantibus. |
| κα'. Πρῶτος χρηματισμὸς πρὸς Νῶε περὶ τῆς κιβωτοῦ. | 21. Prima revelatio ad Noe de arca. |
| κβ'. Περὶ τοῦ κατακλυσμοῦ. | 22. De diluvio. |
| κγ'. Περὶ τῆς τοῦ κόρακος ἀποστολῆς. | 23. De corvi emissione. |
| κδ'. Δεύτερος χρηματισμὸς πρὸς Νῶε. | 24. Secunda revelatio ad Noe. |
| κε'. Περὶ τοῦ θυσιαστηρίου Νῶε, καὶ τῆς ὁλοκαυτώσεως. C | 25. De altari Noe, et Holocausto. |
| κς'. Περὶ τοῦ ἐσθίειν πᾶν κρέας μὴ ἐν αἵματι, καὶ περὶ τοῦ ἐκχέοντος αἷμα ἀνθρώπου. | 26. De licentia comedendi omnem carnem quæ non sit in sanguine, et de effundente sanguinem hominis. |

Digitized by Google
Распознавание текста АВК/FR

27. Tertia revelatio ad Noe de fœdere.

A κζ'. Τρίτος χρηματισμὸς περὶ διαθήκης πρὸς Νῶε.

28. Quæ ad filios Noe attinent, et de ejus ebrietate.

κη'. Τὰ κατὰ τοὺς υἱοὺς Νῶε, καὶ περὶ τῆς μέθης αὐτοῦ.

29. De maledictione Chanaan.

κθ'. Περὶ τῆς κατάρας τοῦ Χαναάν.

30. De morte Noe.

λ'. Περὶ τῆς τελευτῆς Νῶε.

31. De genealogia filiorum Noe.

λα'. Περὶ τῆς γενεαλογίας τῶν υἱῶν Νῶε.

32. De ædificatione urbis et turris.

λβ'. Περὶ τῆς οἰκοδομηθείσης πόλεως, καὶ τοῦ πύργου.

33. De confusione linguarum.

λγ'. Περὶ τῆς συγχύσεως τῶν γλωσσῶν.

34. De genealogia a Sem ad Abraham.

λδ'. Περὶ τῆς γενεαλογίας τῆς ἀπὸ τοῦ Σὴμ ἕως τοῦ Ἀβραάμ.

35. Quæ ad Thare, et illos ejus attinent, quos educit e regione Chaldæorum.

λε'. Τὰ κατὰ Θάῤῥαν, καὶ τοὺς ἐξ αὐτοῦ, οὓς ἐξήγαγεν ἐκ τῆς χώρας τῶν Χαλδαίων.

36. Prima revelatio ad Abraham.

λς'. Πρῶτος χρηματισμὸς πρὸς Ἀβραάμ.

37. Secunda revelatio ad Abraham in terra Chanaan.

B λζ'. Δεύτερος χρηματισμὸς πρὸς Ἀβραὰμ, ἐν τῇ Χαναάν.

38. De descensu Abraham, in Ægyptum, et quæ ad Saram attinent et Pharaonem.

λη'. Περὶ τῆς ἐν Αἰγύπτῳ καταβάσεως τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ τὰ κατὰ τὴν Σάῤῥαν καὶ Φαραώ.

39. De ascensu Abraham ex Ægypto, et quæ ad Lot attinent.

λθ'. Περὶ τῆς ἐξ Αἰγύπτου ἀναβάσεως τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ τὰ κατὰ τὸν Λώτ.

40. *Deest fortasse quod in antecedenti continebatur.*

μ'. *Λείπ.*

41. Tertia revelatio ad Abraham.

μα'. Τρίτος χρηματισμὸς πρὸς Ἀβραάμ.

λήψεως Ἡλιοῦ. Περὶ τῶν ἁλμυρῶν ὑδάτων. Περὶ A τῆς γυναικὸς, καὶ περὶ τῆς εὐλογίας τῶν σκευῶν τοῦ ἐλαίου. Περὶ τῆς γυναικὸς τῆς Σουναμίτιδος. Περὶ τῆς τολύπης, καὶ περὶ τῶν προφητῶν. Περὶ τῶν ἄρτων καὶ τῶν καλαθῶν. Περὶ Νεεμὰν τοῦ Σύρου. Τὰ περὶ Γιεζί. Περὶ τοῦ σιδηρίου. Περὶ τοῦ πολέμου τοῦ βασιλέως Συρίας, καὶ περὶ τῆς ἀορασίας. Περὶ τῆς λιμοῦ Σαμαρείας, καὶ περὶ τῶν γυναικῶν τῶν τὰ ἴδια νήπια βεβρωκυιῶν, καὶ περὶ τῶν τεσσάρων λεπρῶν. Περὶ τοῦ συμπατηθέντος καὶ ἀποθανόντος. Περὶ τῶν ἑπτὰ ἐτῶν τοῦ λιμοῦ, καὶ περὶ τῆς Σουναμίτιδος. Περὶ τοῦ υἱοῦ Ἄδερ. Περὶ Ἰωράμ. Περὶ τῆς βασιλείας Ἰηοῦ, ιε' βασιλέως Ἰσραήλ. Περὶ τοῦ τέλους Ἰεζάβελ. Περὶ τῆς σφαγῆς τῶν ο' υἱῶν Ἀχαάβ. Περὶ τῆς σφαγῆς πάντων τῶν θεραπόντων τοῦ Βάαλ. Περὶ Ἰωάς. Περὶ Ἰωάχαζ, ις' βασιλέως Ἰσραήλ. B Περὶ Ἰωὰς β', ιζ' βασιλέως Ἰσραήλ. Περὶ Ἐλισσαιὲ καὶ Ἰωάς. Σημεῖον περὶ τοῦ τέλους Ἐλισσαιέ. Περὶ Ἱεροβοὰμ υἱοῦ Ἰωάς, ιη' βασιλέως Ἰσραήλ. Περὶ Ἀζαρίου, υἱοῦ Ἱεροβοὰμ, ιθ' βασιλέως Ἰσραήλ. Περὶ Σελλοὺμ, κ' βασιλέως Ἰσραήλ. Περὶ Μαναὴμ, κα' βασιλέως Ἰσραήλ. Περὶ Φακεσίου, κβ' βασιλέως Ἰσραήλ. Περὶ Φακεὲ, κγ' βασιλέως Ἰσραήλ. Περὶ Ἰωαθάμ. Περὶ Ἀχάζ. Περὶ Ὠσηὲ, κδ' βασιλέως Ἰσραήλ. Α' αἰχμαλωσία. Περὶ τῶν λεόντων. Ποιηταὶ πόλεων. Περὶ Ἐζεκίου, ὅτι ἕως Ἐζεκίου ὑπῆρχεν ὁ χαλκοῦς ὄφις. Περὶ Σενναχηρίμ. Περὶ τῆς μαλακίας Ἐζεκίου βασιλέως Ἰούδα. Περὶ τῶν ἀποσταλέντων παρὰ Μαρωδὲχ πρὸς Ἐζεκίαν. Περὶ Μανασσῆ. Περὶ Ἀμώς. Περὶ Ἰωσίου. Περὶ τοῦ βιβλίου τοῦ νόμου, οὗ εὗρε Χελκίας ἐν οἴκῳ Κυρίου. Περὶ Ἰωαχάζ. Περὶ Ἐλιακὶμ τοῦ καὶ Ἰωακίμ. Περὶ Ναβουχοδονόσορ. Περὶ Ἰωακὶμ υἱοῦ Ἐλιακίμ. Β' αἰχμαλωσία. Περὶ Σεδεκίου υἱοῦ, Ἰωακίμ. Γ' αἰχμαλωσία. Περὶ Ναβουζαρδάν. Δ' αἰχμαλωσία.

ptione Eliæ. De aquis salinis. De muliere, et benedictione vasorum olei. De muliere Sunamitide. De olla et prophetis. De panibus et sportis. De Naaman Syro. De Giezi. De ferramento. De bello regis Syriæ, et de cæcitate. De fame Samariæ, et de mulieribus proprios parvulos comedentibus, et de quatuor leprosis. De conculcato et mortuo. De septem annis famis, et de Sunamitide. De filio Ader. De Joram. De regno Jehu, decimi quinti regis Israel. De interitu Jezabel. De cæde septuaginta filiorum Achab. De cæde omnium servorum Baal. De Joas. De Joachaz, decimo sexto rege Israel. De Joas II, decimo septimo rege Israel. De Elisæo et Joas. Signum de morte Elisæi. De Jeroboam filio Joas, decimo octavo rege Israel. De Azaria filio Jeroboam, decimo nono rege Israel. De Sellum, vigesimo rege Israel. De Manahem, vicesimo primo rege Israel. De Phacesio, vicesimo secundo rege Israel. De Phacee, vicesimo tertio rege Israel. De Joatham. De Achaz. De Osee, vicesimo quarto rege Israel. Prima captivitas. De leonibus. Fundatores urbium. De Ezechia, quod usque ad Ezechiam mansit serpens æneus. De Sennacherim. De ægrotatione Ezechiæ regis Juda. De missis a Merodac ad Ezechiam. De Manasse. De Amos. De Josia. De libro legis, quem invenit Chelcias in domo Domini. De Joachaz. De Eliacim eodem ac Joacim. De Nabuchodonosor. De Joacim, filio Eliacim. Secunda captivitas. De Sedecia filio Joacim. Tertia captivitas. De Nabuzardan. Quarta captivitas.

C

## ΠΑΡΑΛΕΙΠΟΜΕΝΩΝ Α'.

Βασιλεῖς. Ἡγεμόνες. Σαούλ. Περὶ Σολομῶντος.

## PARALIPOMENON I.

Reges. Duces. Saul. De Salomone.

## ΠΑΡΑΛΕΙΠΟΜΕΝΩΝ Β'.

Ἀμασίας. Ὀζίας. Ἄχαζ. Ἐζεκίας. Μανασσῆς. Ἀμώς. Ἰωσίας. Ἰωαχάζ. Ἐλιακίμ. Ἰεχονίας. Σεδεκίας.

## PARALIPOMENON II.

Amasias. Ozias. Achaz. Ezechias. Manasses. Amos. Josias. Joachaz. Eliacim. Jechonias. Sedecias.

## ΕΣΔΡΑ Α'.

Περὶ τῆς τελευτῆς Ἰωσίου. Περὶ Ἀχάζ. [Περὶ Σεδεκίου. Περὶ τοῦ προστάγματος Κύρου. Περὶ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν σκευῶν τῶν ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ. Περὶ τῶν καταγραψάντων Ἰουδαίων. Περὶ Δαρείου, καὶ περὶ τῶν γ' νεανίσκων τῶν τὰ προβλήματα γραψάντων. Περὶ τοῦ αἰτήματος Ζοροβάβελ, καὶ ὅπως ἔγραψε Δαρεῖος τὴν ἐλευθερίαν εἰς τὴν Ἱερουσαλὴμ τοῖς Ἰουδαίοις. Περὶ τῶν ἀναβάντων ἀπὸ τῆς αἰχμ- D αλωσίας. Ἀντίγραφον ἐπιστολῆς ἧς ἔγραψε Δαρείῳ, καὶ ἀπέστειλεν. Σισίννης, κ. τ. λ. Ὅτι ἓξ καὶ δέκατος ἀπὸ Ἀαρὼν ὁ Ἔσδρας. *Liber hic numerationem habet* ρθ' στίχων, 109 *versiculorum quibus constat.*

## ESDRÆ I.

De morte Josiæ. De Achaz. De Sedecia. De edicto Cyri. De numero vasorum quæ ablata erant in captivitate. De inscribentibus Judæis. De Dario, et de tribus juvenibus problemata scribentibus. De petitione Zorobabel, et quomodo scripsit Darius libertatem Judæis in Jerusalem. De regressis a captivitate. Exemplar epistolæ quam scripsit Dario et misit ad eum. Sisinnes, etc. Quod decimus sextus ab Aron erat Esdras.

## ΕΣΔΡΑ Β'.

*(Hic liber nulla habet capitum argumenta, versuum tamen numerationem, ut superior, exhibet,* πα' στίχων, *vers.* 81.*)*

Digitized by Google
Распознавание текста АВК/FR

# ΠΕΡΙ ΤΕΣΣΑΡΩΝ ΤΟΥ ΠΑΡΑΔΕΙΣΟΥ ΠΟΤΑΜΩΝ.

—

# DE QUATUOR FLUMINIBUS PARADISI.

(Auct. anonymo. BANDINI I, 466.)

—

Ister flumen, dictum Phison apud divinam Scripturam, et e Paradiso exiens, ut cætera Tigris, Euphrates et Geon flumina, et penetrans in terræ abyssos, et in occidentem tendens, currit ex Apennino monte qui a mari Siculo dirigitur usque ad Germanos qui sunt juxta Borealem oceanum; et inde vertitur ad orientem, et fluit in Pontum Euxinum per ora quatuor. Istud flumen in Oriente vocatur Galles; mutat autem nomen in Occidente, Ister appellatum, et a Thracibus Danubius etiam vocatum. Et maximum quidem est fluminum; per se quidem Nilo minus, sed recipiens influentes ad se fluvios, Nilo majus efficitur. Decem et septem fluvii in illud influunt. Sunt autem isti : E Scythia quinque, Paratas idem ac Pyretus, Tiarantus, Ararus, Naparis, Ordessus. Ex Agathyrsis autem Maris ...... tres, Atlas, Auras, Timisis. E Thracibus Crobyzis tres, Atax, Noes, et Artanes. E Pæanis et monte Rhodope Chius fluvius medius dividitur Hæmo. Ex Illyriis montibus ad boream ventum vergens in Triballicum agrum, Angrus fluens in Brongum, Brongus autem in Istrum. E regione Ombricorum Calpis et Alpis. Influunt autem etiam alii in ipsum, e quibus fit omnium fluminum maximum. Æquale autem sibi fluit in æstate et hieme, quia parum ipsa terra irrigatur; nivibus autem totum alitur. In æstate vero quæ in hieme cecidit nix abundans omnino liquefacta, in Istrum defluit. Quantum autem aquæ sol extrahit in æstate vel in hieme, tantum flumina quæ in Istrum confluunt præstant, multo majora in æstate quam in hieme. Substitutis ita his aquis, fit compensatio, ita ut semper illud sit sibi æquale. Ister proprium nomen servat usque ad Sirmium antiquam Romanorum fortunatam urbem, ultimo autem sub Gepidum regionem, amittit apud indigenas prius nomen, Danubiusque vocatur. Ita vero ipsi Thraces vocaverunt, quia in montibus versus arctum et Thraciam nebulosus aer propter subjacentem humoris abundantiam, illis causa perpetuæ pluviæ videtur. Danubium autem quasi nebulosam cervicem isti patria lingua vocant. Inde immutavit Ister suam appellationem, Danubiusque vocatus est. Minime autem mirum est si Ister e Paradiso dilabens, et apud Scripturam Phison vocatus, ex occidentali monte, Apenninum dico, videatur retrofluere.

A "Οτι ὁ Ἴστρος ὁ ποταμὸς, λεγόμενος Φισὼν παρὰ τῇ θείᾳ Γραφῇ, καὶ τοῦ Παραδείσου ἐξιὼν, ὥσπερ καὶ οἱ λοιποὶ Τίγρις, Εὐφράτης, καὶ Γηὼν, καὶ ὑποδὺς τοὺς μυχοὺς τῆς γῆς, καὶ εἰς δύσιν ἀπεργόμενος, ἐκδιδοῖ τοῦ Ἀπεννίνου ὄρους τοῦ διήκοντος ἀπὸ τῆς Σικελικῆς θαλάσσης ἕως τῶν Γερμανῶν τῶν πρὸς τῷ βοῤῥείῳ ὠκεανῷ· κἀκεῖθεν σύρεται πρὸς ἀνατολὴν, καὶ χέει εἰς τὸν Εὔξεινον Πόντον διὰ ε' στομάτων. Οὗτος ἐν τῇ Ἀνατολῇ ὀνομάζεται Γάλλης· ἀλλάσσει δὲ τὸ ὄνομα ἐν τῇ Δύσει, Ἴστρος προσαγορευθεὶς, καὶ ὑπὸ Θρᾳκῶν Δανούβιος πάλιν καλούμενος. Καὶ οὗτος μὲν μέγιστός ἐστι ποταμῶν, ἀλλὰ καθ' αὑτὸν μὲν ἥττων τοῦ Νείλου, ὑποδεχόμενος δὲ τοὺς εἰσρέοντας ἐν αὐτῷ, καὶ τοῦ Νείλου μείζων γίνεται. Ιζ' γὰρ ποταμοὶ εἰσβάλλουσιν ἐν B αὐτῷ. Εἰσὶ δὲ οὗτοι· ἐκ μὲν Σκυθίας ε', Παράτας, ὁ καὶ Πυρετὸς, Τιάραντος, Ἄραρος, Νάπαρις, Ὀρδησσός· ἐκ δὲ Ἀγαθύρσων Μάρις..... τρεῖς, Ἄτλας, Αὔρας, Τίμισις· ἐκ δὲ τῶν Θρᾳκῶν τῶν Κρωβύζων τρεῖς, Ἄταξ, Νόης, καὶ Ἀρτάνης· ἐκ δὲ Παιόνων καὶ ὄρους Ῥοδόπης Κίος ποταμὸς μέσος σχίζεται τὸν Αἷμον· ἐκ δὲ Ἰλλυριῶν ὀρῶν τὸν πρὸς βοῤῥᾶν ἄνεμον βάλλων εἰς τὸ Τριβαλλικὸν πεδίον, Ἄγγρος ἐκχέων εἰς τὸν Βρόγγον, ὁ δὲ Βρόγγος εἰς τὸν Ἴστρον· ἐκ δὲ τῆς χώρας τῶν Ὀμβρικῶν Κάλπις καὶ Ἄλπις. Εἰσβάλλουσι δὲ καὶ ἕτεροι εἰς αὐτὸν, ἐξ ὧν γίνεται πάντων ποταμῶν μέγιστος. Ἴσος δὲ ῥεῖ αὐτὸς ἑαυτῷ ἐν θέρει καὶ χειμῶνι, ὅτι ὀλίγον βρέχεται αὕτη ἡ γῆ· νιφετῷ δὲ πάντα κρᾶται. Ἐν θέρει δὲ C ἡ ἐν τῷ χειμῶνι πεσοῦσα χιὼν πολλὴ τηκομένη πάντοθεν, εἰσβάλλει τῷ Ἴστρῳ. Ὅσον δὲ ὕδωρ ὁ ἥλιος ἐφέλκεται ἐν τῷ θέρει, ἢ ἐν τῷ χειμῶνι, τοσοῦτον τὰ συμμιγόμενα τῷ Ἴστρῳ πολλαπλάσιά ἐστι τοῦ θέρους ἢ τοῦ χειμῶνος· ἀντιτιθέμενα δὲ ταῦτα, ἀντισήκωσις γίνεται, ὡς ἀεὶ ἴσον αὐτὸν εἶναι ἑαυτῷ. Οὗτος ὁ Ἴστρος τὴν ἰδίαν προσηγορίαν φυλάττει ἕως Σιρμίου τῆς πάλαι Ῥωμαίων εὐδαίμονος πόλεως, ἔσχατον δὲ ὑπὸ Γηπέδων οἰκουμένης, ἀποβάλλει μέντοι παρὰ τοῖς ἐπιχωρίοις τὸ ἔμπροσθεν ὄνομα, Δανούβιος μετακληθείς. Οὕτω δὲ αὐτὸν οἱ Θρᾷκες ἐκάλεσαν, διότι εἰς τὰ πρὸς Ἄρκτον καὶ Θρᾳκίαν ὄρη συννεφὴς ὁ ἀὴρ ἐκ τῆς ὑποκειμένης τῶν ὑγρῶν ἀμετρίας, αἴτιος αὐτοῖς συνεχοῦς ἐπομβρίας νομίζεται. Δανούβιον δὲ τὸν νεφελοφόρον ἐκεῖνοι καλοῦσι πατρίως. Ἐντεῦθεν μεταβέβληκεν ὁ Ἴστρος τὴ·

Digitized by Google

ἑαυτοῦ ὀνομασίαν, Δανούβιος μετακληθείς. Οὐδὲν δὲ A θαυμαστὸν ὁ Ἴστρος ἐξορμώμενος τοῦ παραδείσου, καὶ παρὰ τῇ Γραφῇ λεγόμενος Φισὼν, ἐκ τοῦ τῆς δύσεως ὄρους, λέγω δὴ τοῦ Ἀπεννίνου φαίνεται ἀναῤῥέων. Καὶ γὰρ καὶ ὁ Νεῖλος ὁ λεγόμενος Γηὼν ἐκ τοῦ αὐτοῦ παραδείσου προϊὼν, μίαν μὲν πηγὴν ἔχει εἰς Λιβύην, ἑτέρας δὲ δύο εἰς τὴν ἄνω Αἰθιοπίαν κατὰ Νότον, ὧν μισγομένων πλημμυρεῖ τὸ ὕδωρ αὐτοῦ, καὶ ποτίζει τὴν Αἴγυπτον Αὐγούστου μηνός. Καὶ τοῖς μὲν πολλοῖς δοκεῖ ἀπορίας πολλὰς τίκτειν, πῶς ἐν καιρῷ αὐχμώδει πλημμυρεῖ, ἡνίκα λειψυδρία ὑπάρχει τῷ παντί. Τοῖς δὲ τὰ τῆς Γραφῆς ἀσκοῦσιν οὐδεμίαν τίκτει ἀμφιβολίαν. Ὅθεν καὶ παρὰ τοῖς ἱεροτελεσταῖς τῶν Αἰγυπτίων, ὡς ἐρευνῶσι τὰ κρύφια, Ἀστάσπους ὀνομάζεται, ὃ ἑρμηνεύεται κατ' Αἰγυπτίους ἐκ σκότους ὕδωρ, διὰ τὸ B ἄδηλον τῆς ἀναδόσεως αὐτοῦ ἀπὸ τῆς γῆς. Οἱ γὰρ μὴ ταῦτα περὶ αὐτοῦ δοξάζοντες εἰς μυρίας ἐκπίπτοντες ἀπορίας, μένουσιν ἕως τέλους τῆς ἀληθείας ἀποπλανώμενοι. Καὶ μέντοι καὶ περὶ Τίγριδος καὶ Εὐφράτου τὸ αὐτὸ δοξάζεται. Ἐκ τοῦ παραδείσου γὰρ ἑκάτεροι τὴν γένεσιν ἔχοντες, ὑποδύντες τὴν γῆν ἀναφαίνονται κατὰ τὸν Ταῦρον τὸ ὄρος, καὶ ὁ μὲν Εὐφράτης δήλην ἔχει τὴν ἀνάλυσιν· κατιὼν δὲ ἐκ τῶν βορείων μερῶν πρὸς τὰ νότια πλησιάζων τῷ Περσικῷ κόλπῳ ἕλη ἐμποιεῖ καὶ καλαμώδη τέλματα, καὶ περὶ αὐτὰ μὲν εἱλούμενος, ἀδήλως ἀφανίζεται. Ὁ μέντοι Τίγρις ἀπό τινος λίμνης λεγομένης Θωνίτιδος ἀδήλως ἐξιὼν, καὶ αὐτὸς οἴχεται πρὸς τὰ νότια μέρη, καὶ διακόπτων τὸν Ταῦρον τὸ ὄρος περὶ C Μασαβάτας ἑνοῦται τῷ Εὐφράτῃ, καὶ διασχίζων τὴν Βαβυλῶνα, καὶ κατιὼν πλησίον Τερηδόνος, εἰσβάλλει εἰς τὸν Περσικὸν κόλπον. Πρὸ δὲ τοῦ ἑνωθῆναι τῷ Εὐφράτῃ, ἀμφότεροι ἀλλήλων διῃρημένοι ῥέοντες ποιοῦσι τὴν λεγομένην Μεσοποταμίαν ἔχουσαν πλάτος ἀπὸ Εὐφράτου μέχρι Τίγριδος μίλια υκη', καὶ στάδια ͵δ κατὰ τὴν ἀναμέτρησιν Ἐραστοθένους τοῦ πολυμαθοῦς. Ἐπεὶ δὲ τὴν ἀρχὴν ἐκ τοῦ Ἴστρου ποιησάμενοι ὠλισθήσαμεν καὶ περὶ τοῦ Νείλου εἰπεῖν, οὐκ ἄκαιρον ἡγούμεθα καὶ ἑτέρου μνησθῆναι κεφαλαίου καταλλήλου ὑπάρχοντος τοῦ περὶ τῆς ἐκροίας αὐτοῦ. Καὶ γὰρ τὸν καιρὸν τῆς ἀνόδου τοῦ Νείλου ἀνεῴγνυσαν οἱ Ῥωμαῖοι τὰ μεγάλα τῶν δημοσίων λουτρῶν, καὶ διότι ἡ ἀνάχυσις αὐτοῦ γίνεται ἡλίου ὄντος ἐν Λέοντι, τοὺς κρουνοὺς τῶν ὑδάτων λεοντοειδεῖς ἐποίουν· ὅθεν ἐξ ἐκείνου ἐπεκράτησε, καὶ τῶν ὑποληνίων τοὺς κρουνοὺς λεοντοπροσώπους κατασκευάζουσι, ὅτι ἡ τοῦ οἴνου ἀπόῤῥοια μιμεῖται τὴν τοῦ Νείλου χύσιν, ὅτι ἐν τῷ τρύγῃ ὁ ἥλιος τὴν πάροδον αὐτοῦ ἐν τῷ Λέοντι ποιεῖται κατὰ τοὺς εὐκράτους τόπους.

Etenim et Nilus dictus Geon, e Paradiso eodem prodiens, unum quidem fontem habet in Libya, alios autem duos in superiore Æthiopia versus Notum, quibus immistis crescit ejus aqua, et rigat Ægyptum mense Augusto. Multis quidem videtur multa dubia parere, quod in tempore siccitatis crescat, quando ardens calor omnia occupat. His autem qui scripturam callent nullam istud parit hæsitationem. Inde etiam apud sacras Ægyptiorum doctrinas, ut arcana inquirunt, Astaspus nominatur, quod interpretantur Ægyptii aquam e tenebris, ob obscuritatem ejus e terra emersionis. Qui enim talia de Nilo non sentientes in mille dubia cadunt, manent perpetuo a veritate errantes. Et quidem de Trigide et Euphrate idem quoque sentitur. E Paradiso enim uterque originem ducens, terram subpenetrantes apparent circa Taurum montem; et Euphrates quidem perspicuum habet cursum; descendens autem e borealibus partibus, ad noticas tendens versus Persicum sinum paludes et calamis referta cœna efficit, et hæc circa effusus, clam subducitur. Tigris autem e quadam palude Thonitide vocata, incognitus exiens, ipse quoque movetur ad noticas partes, et Taurum montem secans juxta Masabatas jungitur Euphrati, Babylonem dividit, et dilabens circa Teredonem, in Persicum sinum se conjicit. Priusquam autem se cum Euphrate conjunxerit, ambo ab invicem distincte currentes efficiunt regionem Mesopotamiam dictam, cujus latitudo, ab Euphrate ad Tigrim, millia habet 428, et stadia 4,000 secundum Eratosthenis polymathi mensurationem. Cum autem initium ab Istro fecerimus, et devenerimus ad loquendum de Nilo, non inopportunum judicamus alterius meminisse capitis ad utrumque spectantis de istius cursu. Nam tempore ascensionis Nili aperiebant Romani magna publica balnea, et quia illius inundatio fit quando sol est in Leone, aquarum fistulis leonis vultum dabant. Inde ex hoc usus viguit, ut torcularium fistulis leonis vultum etiam præstiterint, quia vini fluxus imitatur Nili fluentum, quia in vindemiæ tempore sol suum in Leone transitum efficit in temperatis locis.

Digitized by Google

## *ΣΥΝΑΓΩΓΗ ΕΞΗΓΗΣΕΩΝ ΕΙΣ ΤΟΝ ΠΡΟΦΗΤΗΝ ΗΣΑΙΑΝ.*

*Ἐκ διαφόρων ἁγίων Πατέρων καὶ διδασκάλων συλλεχθεῖσα παρὰ τοῦ ἀρχιεπισκόπου Κύπρου, κυροῦ Νικολάου τοῦ Μουζᾶν, τοῦ μεγάλου βασιλέως προθεώρου*

—

## *COLLECTIO INTERPRETATIONUM IN PROPHETAM ISAIAM.*

***E diversis sanctis Patribus et Doctoribus adunata per archiepiscopum Cypri, D. Nicolaum Mazan, magni regis protheorum.***

—

### PRÆFATIO.

A Ordientes nos expositionem prophetæ Isaiæ verborum, orare oportet, ut accipiamus sapientiæ, scientiæ et doctrinæ gratiam; ita ut omnia simul convenientia duci nostro Domino formam induant veritatis omnis quæ prophetatur. Est quidem opus verbo scientiæ ad cernendum Spiritus arcana; verbo autem sapientiæ ad explicandum et complendum quæ concise in sermonibus brevibus sunt exprompta. Proprium enim est sapientiæ sermonem extendere. Extendi enim, inquit, sermones, et non exaudistis. Deinde doctrinæ gratia opus est ad ædificationem audientium. Sciendum est enim inprimis oportere ut a communibus sententiis festinantes in Deo contradictoria quantum in sermone insunt
B agnoscere, non sentiant: quasi secundum communem intelligentiam foret divinam naturam bonam et placidam et justam agnoscere. Si enim iratum vel dolentem vel pœnitentem vel non secundum votum alieni utentem Scriptura dicit, quærere convenit vocis significationem, et meditari quo modo hanc restituere possimus, non autem pervertere dignas de Deo suppositiones, et ita sine offensione recurramus ad Scripturas, ex expeditis quidem utilitatem haurientes, ex obscuris autem non damnum percipientes. Si quis vero incusat divinam Scripturam, tanquam non doctrinalem, non adjuvantem hos qui possunt proficere, discat omnem humanarum rerum dispositionem, non in spiritualibus tantum, sed et in inferioribus et ad vitam spectantibus re-
C bus constare: quia brutis quidem facilem ad vivendum opem escas spontaneas, et ad naturalem vestitum pilorum et plumarum tegumenta, illa quæ omnia disposuit potentia largita est. Hominem autem nudum producens, rationem pro omnibus illi dedit, per quam utiles vitæ artes conferuntur, architectura, textura, agricultura, metallurgia, corporibus necessaria administrante! mente rationis ope. Ut enim non nobis invidens has ad vivendum opes, pariter ac bruta animalia nos nasci omnino Creator noster non concessit, sed ad procurandum necessaria intelligentiæ palæstram instruxit; ita et in Scripturis obscuritatem ad utilitatem mentis excitans, ejus energiam comparavit. Primo

### ΠΡΟΛΟΓΟΣ.

Ἀρχομένους ἡμᾶς τῆς διασαφήσεως τῶν τοῦ προφήτου Ἡσαΐου ῥημάτων, εὔχεσθαι χρὴ, λαβεῖν τὸ τῆς σοφίας καὶ τὸ τῆς γνώσεως καὶ τὸ τῆς διδασκαλίας χάρισμα, ὥστε πάντα ὁμοῦ συνδραμόντα τῷ ἡγεμόνι Κυρίῳ ἡμῶν ἐντυπῶσαι τὴν πάσης τῆς προφητευομένης ἀληθείας μόρφωσιν. Ἔστι δὲ τοῦ μὲν λόγου τῆς γνώσεως χρεία πρὸς τὸ θεωρεῖν τοῦ Πνεύματος τὰ ἀπόῤῥητα· τοῦ δὲ λόγου τῆς σοφίας πρὸς τὸ κατασκευάσαι καὶ ἐξεργάσασθαι τὰ συνεστραμμένως ἐν βραχυλογίαις ἐκδεδομένα. Ἴδιον γὰρ τῆς σοφίας τὸ ἐκτείνειν λόγον. Ἐξέτεινα γὰρ, φησὶ, λόγους, καὶ οὐ προσείχετε. Ἔπειτα τοῖ τῆς διδασκαλίας χαρίσματος εἰς οἰκοδομὴν τῶν ἀκουόντων. Ἰστέον γὰρ πρὸ πάντων, ὡς χρὴ ἀπὸ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν ὡρμημένους ἐπὶ Θεῷ τὰ ἐναντιούμενα ὅσον ἐπὶ τῇ λέξει ὁμολογεῖν, μὴ νοεῖν· οἷον κατὰ τὰς κοινὰς προλήψεις ἐστὶ τὴν θείαν φύσιν ἀγαθὴν καὶ ἀόργητον καὶ δικαίαν ὁμολογεῖν. Ἐὰν γὰρ ὀργιζόμενον ἢ λυπούμενον ἢ μεταμελόμενον ἢ μὴ κατ' ἀξίαν τινὶ χρώμενον ἡ Γραφὴ λέγει, ζητεῖν προσήκει τὸ τῆς λέξεως βούλημα καὶ μεριμνᾷν, τίνα τρόπον ἀποκαταστῆσαι δυνηθῶμεν, οὐχὶ δὲ ἀνατρέπειν τὰς ἀξιολόγους περὶ Θεοῦ ὑπολήψεις, καὶ οὕτως ἀπροσκόπτως ἐντευξόμεθα ταῖς Γραφαῖς, ἀπὸ μὲν τῶν εὐλήπτων ὠφελούμενοι, ἐκ δὲ τῶν ἀσαφεστέρων μὴ βλαπτόμενοι. Ἐὰν δέ τις ἐγκαλῇ τῇ θείᾳ Γραφῇ, ὡς οὐ διδασκαλικῇ, οὐδὲ εὐεργετικῇ τῶν ὠφελεῖσθαι δυναμένων, καταμανθανέτω πᾶσαν τὴν τῶν ἀνθρωπίνων διακόσμησιν, οὐκ ἐν τοῖς πνευματικοῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ὑποδεεστέροις καὶ τοῖς κατὰ τὸν βίον πράγμασιν· ὅτι τοῖς μὲν ἀλόγοις εὔκολον τὴν πρὸς τὸ ζῆν ἀφορμὴν τροφὰς αὐτομάτους, καὶ σκέπην αὐτοφυᾶ καὶ τὰ ἐκ τριχῶν καὶ πτερῶν ἐνδύματα, ἡ τὰ σύμπαντα οἰκονομοῦσα δύναμις ἐχαρίσατο. Τὸν δὲ ἄνθρωπον γυμνὸν παραγαγοῦσα λόγον ἔδωκεν ἀντὶ πάντων, δι' οὗ αἵ τε ποριστικαὶ συνέστησαν τέχναι, οἰκοδομικὴ, ὑφαντικὴ, γεωργικὴ, χαλκευτικὴ, τὸ τοῖς σώμασιν ἐνδέον ἀναπληρούσης τῆς ψυχῆς τῇ παρουσίᾳ τοῦ λόγου. Ὥσπερ γὰρ ἐν τούτοις οὐχὶ βασκαίνων ἡμῖν τῶν πρὸς τὸ ζῆν ἀφορμῶν παραπλησίως τοῖς ἀλόγοις συναπογεννηθῆναι πάντα ὁ Δημιουργὸς ἡμῶν οὐ συνεχώρησεν, ἀλλὰ τὴν ἔνδειαν τῶν ἀναγκαίων γυμνάσιον ἡμῖν τῆς διανοίας ἐμηχανήσατο, οὕτω καὶ τὴν ἐν

Digitized by Google
Распознавание текста ABK/FR

ταῖς Γραφαῖς ἀσάφειαν ἐπ' ὠφελείᾳ τοῦ νοῦ διεγείρων αὐτοῦ τὴν ἐνεργείαν ἐπετήδευσε· πρῶτον μὲν, ἵνα τούτοις ἐνασχολούμενος τῶν χειρόνων ἀφέλκηται· ἔπειτα, ὅτι τὰ πόνῳ κτηθέντα μᾶλλόν πως ἀγαπᾶται καὶ τὰ διὰ μακροῦ προσγενόμενα μονίμως τε παραμένει· ὧν δὲ ῥᾳδία ἡ κτῆσις, οὐ περισπούδαστος ἡ ἀπόλαυσις· εὐκαταφρόνητος γάρ ἡ τῶν προχείρων παρουσία καὶ οὐδεμιᾶς φυλακῆς ἀξιουμένη τοῖς ἔχουσι. Διὰ τοῦτο καὶ ἡ τῶν ὀνείρων φύσις ἀσαφὴς καὶ πλαγία, καὶ οὐδὲ μικρᾶς δεομένη τῆς ἐκ τοῦ νοῦ ἐντρεχείας, καὶ πολλὴ συγγένεια πρὸς τὰ ἐκ τῶν ὀνείρων αἰνιγμάτων τοῖς κατ' ἐπίκρυψιν ἐν τῇ Γραφῇ δηλουμένοις· ὅθεν καὶ Ἰωσὴφ καὶ Δανιὴλ τῷ προφητικῷ χαρίσματι τὰ ὀνείρατα διεγίνωσκον, ἐπειδὴ οὐκ αὐτάρκη τὰ τῶν ἐννοιῶν πρὸς τὴν θήραν τῆς ἀληθείας. Πρὸς δὲ τούτοις χρεία τῆς ἐν τῷ βίῳ καθαρότητος, ὥστε καὶ πρὸς τὴν τῆς ἠθικῆς ἀρετῆς ἐπιτήδευσιν τὸ ἐν ταῖς Γραφαῖς κεκαλυμμένον διαγνωσθῆναι· χρεία δὲ πρὸς τῇ καθαρότητι τοῦ βίου καὶ τῆς ἐν ταῖς Γραφαῖς διατριβῆς, ἵνα τὸ σεμνοπρεπὲς καὶ μυστικὸν τῶν θείων λογίων ἐκ τῆς συνεχοῦς μελέτης ἐντυπωθὲν τῇ ψυχῇ. Ὅτι δὲ βίου ὅλου δεῖται ἡ τῶν θείων Λογίων μελέτη, συνίστησιν ὁ Μωσέως βίος, ὃς ἐν μὲν τῇ πρώτῃ τεσσαρακονταετηρίδι ἐπαιδεύθη τὰ Αἰγυπτίων. Ἐπὶ δὲ τῇ δευτέρᾳ τεσσαρακονταετηρίδι ἐπὶ προφάσει τοῦ ποιμαίνειν εἰς τὰς ἐρημίας ἀναχωρήσας τῇ θεωρίᾳ τῶν ὄντων ἐπεσχόλα, καὶ οὕτω λοιπὸν τῆς τοῦ Θεοῦ ἐπιφανείας ἀξιωθεὶς μετὰ τὴν τεσσαρακονταετηρίδα ἄκων ὑπὸ τῆς φιλανθρωπίας τοῦ Θεοῦ ἐπὶ τὴν τῶν ἀνθρώπων ἐπιμέλειαν κατηνέχθη, καὶ οὐδὲ τότε διηνεκῶς τῷ πρακτικῷ παρέμενε βίῳ, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸν ἐποπτικὸν ἐπανίει πολλάκις, ὅθεν καὶ εἰς τὴν Αἰγυπτιακὴν εἰδωλομανίαν ὅλως ὑπηνέχθη τὰ πλήθη, τῷ Θεῷ συνόντος τοῦ ἀνδρὸς ἐν τῷ ὄρει· τοιοῦτο δέ τι καὶ ὁ Ἠλίας, τὸν τῶν ἀνθρώπων ὄχλον διαδιδράσκων, καὶ ἐπὶ τὰς ἐρημίας φιλοχωρῶν. Εἰ τοίνυν τοῖς ἁγίοις μετὰ πάσης εὐσταθείας τοῦ ἡγεμονικοῦ ἐπονεῖτο τῆς ἀληθείας ἡ ζήτησις, πῶς οὐκ ἀλόγως τοὺς καρποὺς τῶν μυρίων καμάτων ἄνευ τινὸς πραγματείας ἐπιζητεῖν; Τήρει γὰρ, καὶ Ἠλίας μεθ' ὅσον ἀναχωρήσας καὶ ἀτυχίας, καὶ καμάτους, ἰδεῖν Θεὸν ἠξιώθη.

A quidem, ut his occupata mens a pejoribus abstrahatur; deinde, quia labore quæsita magis quodammodo amamus, et quæ lente veniunt perpetuo durant: quorum autem facilis est acquisitio, fruitionem non æmulamur. Contemptibilis enim rerum quæ sunt ad manum possessio, et nullius custodiæ digna videtur habentibus. Ideo et somniorum natura obscura et ambigua, neque parva indiget mentis diligentia. Et magnam cognationem habent cum somniorum ænigmatibus, quæ per latebras in Scriptura ostenduntur: inde Joseph et Daniel prophetica gratia somnia perspiciebant, quoniam non sufficiunt cogitationis vires ad acquisitionem veritatis. Ad hæc utilitas est vitæ puritatis, ita ut ad moralis virtutis exercitium quod in Scriptura latet B dignoscatur. Utilitas alia est præter vitæ puritatem, conversationis in Scripturis, ut dignitas et sanctitas divinorum verborum animæ ex assiduo studio imprimatur. Quod autem tota vita egeat divinorum verborum studium, testatur Moysis vita; qui in primo annorum suorum quadragenario didicerat Ægyptiorum doctrinas; in secundo autem quadragenario, sub prætextu pascendi oves in deserta secedens, contemplationi entium vacabat, et ita brevi Dei manifestatione dignus habitus, post annorum quadragenarium Dei benignitate ad hominum curam suscipiendam invitus devenit, et non perpetuo tum in practica vita permansit, sed etiam ad contemplativam sæpius se remittebat; C unde et in Ægyptiorum idololatriam incidit multitudo, quando Moyses in monte cum Deo conversabatur. Idem de Elia dicendum, hominum tumulum fugiente et in deserta secedente. Si igitur sanctis cum multa constantia ducis nostri veritatis expetita est exquisitio, quomodo non insanum foret fructus tantorum laborum sine ulla actione inquirere? Observa enim, Elias quantum passus sit solitudine, calamitate, labore, ut Deum videndi dignus haberetur.

# PRÆFATIO AD CATENAM IN PSALMOS.

(Catalog. mss. bibliothecæ Gothanæ 4°, p. 25, Lipsiæ, 1714.)

—

Ἡ ἔκδοσις, ἡ μὲν ἐπὶ Καρακάλλου, τοῦ Ῥωμαίων ἡγεμονεύσαντος· ἡ δὲ ἐπὶ Ἀλεξάνδρου, τοῦ τῆς Μαμαίας· ἀπάτορες μὲν ἀμφότεραι, καὶ ἀνώνυμοι, πλὴν οὐδετέρα ἀσφαλής· ἐπὶ δὲ Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμιανοῦ τῶν τυράννων, ὁ ἱερομάρτυς Λουκιανὸς, ἀνὴρ οὐχ ἧττον τὰ τῶν Ἰουδαίων ἀκριβωσάμενος ἢ τὰ Ἑλλήνων, τὰς ἐκείνων βίβλους εἰς τὴν ἡμετέραν διάλεκτον μετατίθησιν ἄριστά τε καὶ ἀσφαλέστατα. Ἡμεῖς δὲ καὶ τὴν τοιαύτην ἔκδοσιν σεβαζόμενοι, τῇ

D Versio, illa quidem imperatore Caracalla, hæc autem Alexandro Mammææ filio; obscuræ utraque originis et nominis ignoti, præterquam quod neutra satis certa. Imperantibus autem Diocletiano et Maximiano tyrannis, Lucianus martyr pro fide, vir qui non minus Græcorum quam Judæorum litteras percalluerat, illarum libros in nostrum transtulit sermonem optime et peritissime. Nos vero qui magni æstimamus habere hujus generis versionem,

Digitized by Google

illam ideo septuaginta duorum interpretum imprimis sequimur, quod insigniter Hebraicæ linguæ proprietatem nostro sermone expresserint; tanto quidem studio, ut dum huic unice rei intenti sunt, aliquando nec sensum nec dictionem eamdem reddant. Iidem, dum Psalmos exponunt, primum atque secundum absque titulo exhibent utique Esdræ exemplo. Nam Esdras imprimis diligens et honestus vir, illaque septuaginta duorum versione centum et quinquaginta annis superior, præter alia multa oraculorum sacrorum lacera et dissipata, partim inertia, partim frequentibus exsiliis Judæorum, etiam ter mille psalmos collegit, quibus singulis suos titulos posuit, quæ etiamnum præferunt. Cæterum Ezechias rex religiosus deinceps centum modo et quinquaginta electis reliquos rejecit. Idem circa Salomonis libros instituit, quorum omni ex numero tribus saltem locum dedit inter oracula; Proverbiis scilicet, Ecclesiastæ et Cantico; cæteris damnatis omnibus quæcunque nimius intelligendi factus Salomon vel de cœlo et elementis, vel de plantis earumque virtutibus commentatus fuerat. Quod tamen rex Ezechias suscepit religione motus, ut mortales omnes ad Deum confugerent solum, ab eo cujuscunque ægritudinis aut morbi remedium peterent, neque lapidibus et lignis salutem suam cum contemptu numinis committerent. Et de his hactenus. Duas autem obscuritatis librorum sacrorum rationes proferre possumus; alteram, quod ex Hebræo in Græci sermonis translati sunt proprietatem. Quantam vero difficultatem habeat aliquam linguam ad alterius linguæ rationem interpretari, omnes norunt, quotquot multarum linguarum notitiam habent. Alteram vero, quod multa Judæis adversa vaticinationes prædicunt, quomodo illi exterminandi, nos recipiendi simus. Ne igitur si a primo statim auditu rem omnem, ut est, deprehendant, auctores tam tristis responsi vates interficiant, librosque tollant, ideo obscuritate interpretationis prædictiones involverunt. Tertium quod destinaveramus erat exquirere, quid psalterium, et cætera. Dico igitur psalterium instrumentum musices esse decem chordarum, supremarum partium structura et temperamento sonum efficiens, vocemque modulatum ad humanæ vocis concentum accommodam. Hebræis quidem nablium dicitur, Græcis cithara audit. Rectum illi lignum parant et alterutram in partem inflexum huic chordas inducunt intensas decem. Quarum unaquæque ad verticem seorsim illigata est, inde capita chordarum dependent. Decem enim paxilli aut verticilli circa cubitum quem dicunt citharæ, torquentur, quibus chordæis aliquando intenduntur, interdum laxantur ad modum concentus aut libitum citharistæ. Atque hoc est quod magnus Basilius dicit, psalterium initia vocum habere in summo. Neque enim, ut in aliis vocum organis, cantor attemperatis semel chordis otiose quasi abutitur pulsibus; sed post temperamentum vocum dextra quidem plectrum tractat

A τῶν Ἑβδομήκοντα δύο προσκείμεθα, μάλιστα ἐπεὶ διῃρημένως τὴν τῆς διαλέκτου μεταβολὴν πεποιηκότες, μηδὲ ἐν ἑκάστοις ἔννοιαν καὶ λέξιν ἀποδεδώκασιν. Οὗτοι καὶ τοὺς ψαλμοὺς μεταθέμενοι τὸν πρῶτον καὶ τὸν δεύτερον ἀνεπιγράφους ἐξέθεντο· τῷ Ἔσδρᾳ πάντως ἀκολουθήσαντες. Ἔσδρας γὰρ, Ἰουδαῖος φιλομαθὴς καὶ σπουδαῖος ἀνὴρ, πρὸ ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα ἐνιαυτῶν τῆς τῶν Ἑβδομήκοντα δύο ἐκδόσεως πολλά τε ἄλλα τῶν προφητικῶν βιβλίων διαῤῥυέντα τὸ μὲν διὰ ῥᾳθυμίαν τῶν Ἰουδαίων, τὸ δὲ καὶ διὰ τὰς συχνὰς αἰχμαλωσίας πάλιν συνήγαγε, καὶ μέντοι καὶ ψαλμοὺς τρισχιλίους· οἷς καὶ ἐπιγράμματα τέθεικεν ἃ νῦν ἔχουσιν. Ἀλλ' ὕστερον Ἐζεκίας ὁ θεοσεβὴς βασιλεὺς, τοὺς ἑκατὸν μόνους καὶ πεντήκοντα ψαλμοὺς ἐκλεξάμενος, τοὺς B ἄλλους ἠθέτησε· τὸ δ' αὐτὸ καὶ περὶ τὰ τοῦ Σολομῶντος συγγράμματα πεποίηκε, τρία μόνα ἐγκρίνας· τὰς Παροιμίας, τὸν Ἐκκλησιαστὴν, καὶ τὸ Ἆσμα. Τὰ δ' ἄλλα πάντα ἀποδοκιμάσας, ὅσα περιττὸς τὴν σοφίαν γενόμενος ὁ Σολομῶν περὶ οὐρανοῦ, καὶ στοιχείων, καὶ φυτῶν, καὶ τῆς ἑκάστου δυνάμεως συνεγράψατο. Τοῦτο δὲ κατὰ γνώμην εὐσεβῆ Ἐζεκίας ἐποίησε, βουλόμενος πάντας ἀνθρώπους εἰς Θεὸν μόνον καταφεύγειν, καὶ παρ' αὐτοῦ ζητεῖν παντὸς πάθους καὶ νοσήματος θεραπείαν· ἀλλὰ μὴ ξύλοις καὶ λίθοις ἑαυτοὺς ἀνατιθέναι, κἀντεῦθεν καταφρονεῖν τῆς τοῦ Θεοῦ τιμῆς· καὶ περὶ μὲν τούτων τοσαῦτα. Δύο δὲ αἰτίας τῆς τῶν Γραφῶν ἀσαφείας εἰπεῖν ἔχομεν· μίαν μὲν, ὅτι ἀπὸ τῆς Ἑβραΐδος διαλέκτου εἰς τὴν Ἑλληνίδα μετεβλήθησαν. Ὅταν δὲ γλῶττα C εἰς ἑτέραν ἑρμηνευθῇ, πολλὴν ἔχει δυσκολίαν, καὶ ἴσασιν, ὅσοι πολλῶν γλωσσῶν ἔμπειροι. Δευτέραν δὲ, ὅτι πολλὰ προλέγουσιν τοῖς Ἰουδαίοις αἱ προφητεῖαι κακὰ, καὶ ὡς αὐτοὶ μὲν ἐκβληθήσονται, ἡμεῖς δὲ εἰσδεχθησόμεθα. Ἵν' οὖν μὴ σαφῶς ἀκούσαντες παρὰ τὴν ἀρχὴν διαχειρίσωνται τοὺς λέγοντας ταῦτα προφήτας, καὶ τὰ βιβλία ἀφανίσωσι, διὰ τοῦτο τῇ δυσκολίᾳ τῆς ἑρμηνείας τὰς προῤῥήσεις ἀπέκρυψαν. Τρίτον προέκειτο ζητῆσαι, τί τὸ ψαλτήριον, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἔστι τοίνυν τὸ ψαλτήριον ὄργανον μουσικὸν δεκάχορδον, ἐκ τῶν ἄνωθεν μερῶν τῆς κατασκευῆς ἀποτελοῦν τὸν ἦχον, ἐναρμονίους τοὺς φθόγγους πρὸς τὴν ἐκ τῆς φωνῆς μελῳδίαν ἀποδιδοῦν. Παρὰ μὲν Ἑβραίοις ναύλα λεγόμενον, παρ' Ἕλλησι δὲ κιθάρα D ὀνομαζόμενον. Κατεσκευάσατο γὰρ αὐτοῖς ὀρθὸν ξύλον καὶ ἀπαρέγκλιτον, χορδαὶ δὲ ἐν τούτῳ δέκα ἐτείνοντο. Ἑκάστη δὲ τῶν χορδῶν εἰς τὸ ἀκροτελεύτιον τοῦ ψαλτηρίου διῃρημένως ἐναπεσφίγγετο· αἱ δὲ ἀρχαὶ τῶν χορδῶν καθίεντο ἄνωθεν. Δέκα γὰρ κόλαβοι, εἴτ' οὖν πασσαλίσκοι περὶ τὸν πῆχυν τοῦ ψαλτηρίου στρεφόμενοι ἐτείνοντο τὴν χορδὴν καὶ ἐχάλων, πρὸς δὲ τὸν ῥυθμὸν τῆς ἁρμονίας, καὶ πρὸς τὸ τοῦ ψαλτῳδοῦ βούλημα. Καὶ τοῦτό ἐστιν, ὅ φησιν ὁ μέγας Βασίλειος, ὅτι τὸ ψαλτήριον ἄνωθεν ἔχει τῶν φθόγγων τὰς ἀφορμάς. Οὐ γὰρ, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὀργάνων, ἅπαξ ὁ μουσικὸς ἐναρμοσάμενος τὰς χορδὰς ἀπραγμόνως χρῆται τῷ κρούματι, ἀλλὰ μετὰ τὴν ἁρμονίαν ἡ μὲν δεξιὰ τὸ πλῆκτρον μεταχειρίζεται· ἡ δὲ λαιὰ ἄνωθεν ἐπιτευξαμένη τῶν χορ-

Digitized by Google

δῶν κατὰ διαστάσεις, καὶ πυκνὰ τοὺς δακτύλους μετατιθεῖσα, βαρὺν ἢ ὀξὺν τὸν φθόγγον ἐργάζεται. Πολλῶν δὲ ὄντων ὀργάνων μουσικῶν, τὴν βίβλον τῶν Ψαλμῶν πρὸς τὸ λεγόμενον ψαλτήριον ἥρμοσεν ὁ προφήτης, ἐμοὶ δοκεῖν, τὴν ἄνωθεν αὐτῷ ἐνηχοῦσαν χάριν παρὰ τοῦ Πνεύματος ἐνδεικνύμενος· διότι τοῦτο μόνον τῶν μουσικῶν ὀργάνων τὴν αἰτίαν τῶν φθόγγων ἐκ τῶν ἄνωθεν ἔχει, ὡς εἴρηται. Τῇ κιθάρᾳ μὲν γάρ, καὶ τῇ λύρᾳ κάτωθεν ὁ χαλκὸς ὑπηχεῖ πρὸς τὸ πλῆκτρον· τὸ ψαλτήριον δὲ τοῦτο τῶν ἁρμονικῶν ῥυθμῶν ἄνωθεν ἔχει τὰς ἀφορμάς, ἵνα καὶ ἡμεῖς τὰ ἄνω ζητεῖν μελετῶμεν, καὶ μὴ τῇ ἡδονῇ τοῦ μέλους ἐπὶ τὰ τῆς σαρκὸς πάθη καταφερώμεθα. Κἀκεῖνο δὲ οἶμαι τὸν προφητικὸν λόγον βαθέως ἡμῖν καὶ σοφῶς διὰ τῆς τοῦ ὀργάνου κατασκευῆς ἐνδεδεῖχθαι, ὅτι οἱ ἐμμελεῖς καὶ ἐνάρμοστοι τὰς ψυχὰς ῥᾳδίαν ἔχουσι τὴν εἰς τὰ ἄνω πορείαν. Τὸ δὲ ψαλτήριον δεκάχορδον ὂν αἰνιγματωδῶς παρεδήλου τὸ σῶμα, ἅτε πέντε αἰσθήσεις ἔχον, καὶ πέντε τῆς ψυχῆς ἐνεργείας, δι' ἑκάστης αἰσθήσεως γινομένης ἐνεργείας ἑκάστης. Ὅταν γὰρ ἕκαστον αἰσθητήριον ἑκάστῃ δυνάμει τῆς ψυχῆς προσαρμόσωμεν, καὶ πρὸς τὸ ἱερὸν μέλος αὐτοὺς διοργανώσωμεν, δεκάχορδον γινόμεθα ψαλτήριον τῷ Θεῷ, ἡμῖν μὲν μουσουργούμενον, καλῷ δὲ τεχνίτῃ, τῷ Πνεύματι ἀνακρουόμενον. Ἀλλὰ τοιοῦτον μὲν τὸ ψαλτήριον· ψαλμὸς δέ ἐστι λόγος μουσικός, καὶ ὕμνος τῷ Θεῷ προσαγόμενος, ἀπὸ τοῦ ψαλτηρίου ὀργάνου κληθείς. Διὸ αἱ ἄλλαι Γραφαί, ἐπεὶ μὴ πρὸς αὐλὸν ἐψάλλοντο, τῆς τοῦ ψαλμοῦ ἐστέρηνται κλήσεως. Χρὴ δὲ μηδὲ διάψαλμα παραδραμεῖν ἀθεώρητον. Τισὶ μὲν μεταβολὴν τοῦ νοήματος, ἢ πράγματος, ἢ προσώπου σημαίνειν ἐνομίσθη τὸ διάψαλμα· τισὶ δὲ μέλους ἐναλλαγήν, πότε μὲν βαρύτερον ἀπηχουμένου, πότε δὲ ὀξύτερον. Ἕτεροι δέ φασιν, ὅτι συντιθεὶς ὁ Δαβὶδ ἕκαστον τῶν ψαλμῶν παρεδίδου ἑνὶ χορῷ, καὶ ἔψαλλεν ἐκεῖνον ἐν ἐκείνῳ τῷ χορῷ. Εἰ δέ που ἔδοξεν αὐτῷ κατὰ μέσον τοῦ ψαλμοῦ, καὶ ἄλλῳ χορῷ παραδοῦναι τὸ λοιπὸν τοῦ ψαλμοῦ, τότε καὶ ἡ διαδοχὴ τοῦ ῥυθμοῦ ἐκαλεῖτο διάψαλμα. Ἡμεῖς δὲ τάς τε τῶν προτέρων ὑπολήψεις οὐκ ἀποβάλλομεν· ἐννοῆσαι δέ τι, καὶ παρ' ἑαυτῶν πρὸς τὴν τοῦ ῥητοῦ σημασίαν οὐκ ἀποκνήσομεν. Τοιαύτην οὖν τινα τοῦ διαψάλματος κατελάβομεν τὴν διάνοιαν, ὅτι προϊούσης κατὰ τὸ ἀκόλουθον τῆς ψαλμῳδίας, ἐάν τις ἐγένετο μεταξὺ προφητεύοντος τοῦ Δαβὶδ ἑτέρα τοῦ ἁγίου Πνεύματος θεία ἔλλαμψις, καὶ προσθήκη τοῦ κατὰ τὴν γνῶσιν χαρίσματος, ἐπ' ὠφελείᾳ τῶν δεχομένων τὴν προφητείαν, ἐπέχων τὴν φωνήν, καιρὸν ἐδίδου τῇ διανοίᾳ, δέξασθαι τῶν νοημάτων τὴν γνῶσιν τῶν γινομένων ἐν αὐτῷ παρὰ τῆς θείας ἐλλάμψεως. Καὶ ὥσπερ πολλάκις τινὲς μετ' ἀλλήλων διαλεγόμενοι, εἴ ποθεν ἀθρόα ἤχησις ταῖς ἀκοαῖς προσβάλοι, παυσάμενοι τοῦ λόγου, πρὸς τὸν ἦχον τῇ διανοίᾳ συντείνονται, σχολὴν παρέχοντες δι' ἡσυχίας τῇ ἀκοῇ, τοῦ γνῶναι τοῦ ἤχου τὴν δύναμιν, εἶτα παυσαμένης τῆς προσηχούσης φωνῆς πάλιν ἀλλήλοις διαλέγονται· οὕτω καὶ ὁ μέγας Δαβὶδ ὑποφητεύων τῷ Πνεύματι, ἅπερ τε φθάσας ἔμαθε, δι-

A sinistra vero in summo chordas stringens per intervalla et crebro oberrans digitis, sonum aut gravem aut acutum efficit. Quamvis vero non unum sit organum musicum, Psalmorum tamen librum ad illud quod psalterium dicitur maxime accommodavit vates, ut mihi videtur, gratiam illam sancti Spiritus significaturus quæ ex alto profusa suavissimos in ipso modos cieret: quia hoc solum inter musica instrumenta, vocum, ut diximus, causas a summitate habet. Citharæ quidem et lyræ ad plectri pulsum æs inferius respondet: psalterium autem numerorum musicorum in summo causas habet, ut et nos ad superna quærenda nos comparemus, nec lenocinilis cantus ad studia carnis dejiciamur. Hoc enim divini vatis sermonem, sapientia in primis recondita per
B instrumenti hujus structuram nobis indigitasse opinor, quod animus moderatus et compositus expeditum iter habeat ad altiora. Psalterium autem decem chordis resonans per figuram corpus ostendit quinque sensibus, et animum quinque facultatibus præditum, quarum singulæ per singulos sensus officio suo funguntur. Ubi enim singulos sensus singulis animæ facultatibus accommodamus, et ad usum sacræ modulationis attemperamus, psalterium decem chordarum Deo efficimur; quod a nobis quidem melodice conformatur, sed a perito artifice sancto Spiritu pulsatur. Tale autem psalterium. Psalmus autem est sermo modulatus, et hymnus ad Deum directus, a psalterio instrumento nomen trahens. Quare alia quidem Librorum sa-
C crorum volumina, quia ad tibiam non canebantur, psalmi nomine carent. Porro neque diapsalmatis mentionem omittere licet. Quibusdam enim commutationem sensus, aut rei, aut personæ significare creditum est diapsalma; quibusdam vero discrimen cantus aliquando gravius aut acutius resonantis. Alii dicunt, Davidem ubi aliquem hymnum composuerit, aliquem e choris cantorum adhibuisse, eumdemque inter illos modulatum esse. Sicubi vero eidem visum fuerit diffindere quasi psalmum, partemque reliquam alteri cuidam choro tradere, tunc illas cantandi vices fuisse diapsalma appellatas. Nos vero sicut priorum conjecturas non rejicimus, ita inventis aliquid addere circa significationem
D verbi non verebimur. Igitur ejusmodi aliquam significationem diapsalmatis deprehendimus, ut procedente ex ordine cantu, si qua nova vaticinanti accideret divini Spiritus illuminatio et accessio gratiæ revelationis, in usum eorum qui auscultarent prophetiam, ille inhibita voce tempus dederit animo suo, ad percipiendum intellectum cogitationum, quas illuminatio divina in illo excitabat. Non secus atque solent qui inter se confabulantur, si quis sonus gravior aures percusserit, omisso sermone, ad sonum animum convertunt, otiumque auribus per silentium præbent, ad intelligendam cantus significationem; mox vero cessante cantum voce rursus colloquium repetunt. Simillime magnus David vocem accommodam Spiri-



Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tui sancto, quæque didicerat, dum cantionis argumentum animo præcipiebat, carmine exponit; et si quid inter canendum amplius percipiebat, inhibita harmonia aures advertebat Spiritui sancto, perite succinenti, ut quibus interea sensibus impletus fuerat, illos denuo explicaret. Est igitur diapsalma inter canendum, atque in ipso orationis flumine subito facta pausa ad perceptionem cogitationis divinitus interpositæ. Aut diapsalma est doctrina Spiritus, occulte superveniens animo, ejusque circa cogitationem eamdem intentioni, qua series modulationis abrumpitur. Ne tamen vulgus autumet silentium illud signum esse, quod virtus Spiritus sancti vaticinantem destituerit, ideo nonnulli interpretum pro diapsalmate continuationis notam inscribunt intervallis; ut hoc maxime modo discamus sancti quidem Spiritus gratiam nullibi deficere; cæterum sermonem, interpretem illorum, quæ divinitus animo incidunt, aliquando hæsitare : atque alia quidem mentis effari, alia excipere. Atque donec effatur sensus, qui intellectui imprimuntur, ordine succedit modulatio; quoties autem sublimius et divinius quid aures mentis circumsonat, inhibito cantu, totus est in audiendo. Internus igitur sancti Spiritus, illo ipso silentii tempore in illo loquentis, sermo etiam intervalla illa continuabat. Intervallum autem ipsum interpretibus diapsalma vocatum est. Diapsalma tamen non pausam, sed inspirationis divinæ intensionem esse, vel inde quis intelligat. Initio enim psalmi tertii, dum domesticas calamitates David deplorat, inops consilii queritur : Domine, quid multiplicati sunt qui tribulant me? In medio autem hymni, eo ipso in loco quo diapsalma exstat, confirmato animo gloriatur quasi salutem suam oculis cerneret : « Ego dormivi, exclamat, et soporatus sum, et exsurrexi quia Dominus suscepit me. » Hæc ita quidem hactenus. Alleluia autem laus Dei exponitur. Est enim *allelu* laus, et *ia* Deus. Quare pro illo, *Laudate Dominum quia bonus est psalmus; Alleluia, quia bonus est psalmus*, Symmachus reddit. Psalmus autem et oda differunt; quod psalmus quidem sermo musicus est quatenus modulate ex lege musicæ organo adstrepit. Oda autem vox est modulata numero et harmonia constans, absque concentu organi. Quare quandoquidem corporis nostri machina per similitudinem audit psalterium, vel organum ex lege musicæ ad laudes Dei compositum; non temere ipsæ etiam corporis actiones, quæ in honorem Dei suscipiuntur per psalmum intelligantur; quando a ratione modulati et compositi, nihil præter modum et numerum intra animum designemus. Per odam vero, quæcunque ad nudam contemplationem aut orationem de Deo pertinent. Ita quidem magnus Basilius. Frater autem ejus Gregorius per psalmum vitam nostram intelligit, non levibus et abjectis sive terrenis sonis, hoc est cogitationibus

εξῄει τῇ μελῳδίᾳ· καὶ εἴ τι μεταξὺ λέγων ἐπεδιδάσκετο, ὑπέχων τὴν τῆς ψυχῆς ἀκοὴν τῷ πνεύματι, καλῶς ἐνηχοῦντι, καὶ κατασιγάζων τὸ μέλος, ὧν αὖ πλήρης ἐγίνετο, ταῦτα πάλιν διεξῄει. Ἔστιν οὖν τὸ διάψαλμα μεταξὺ τῆς ψαλμῳδίας γινομένη κατὰ τὸ ἀθρόον ὑπηρέτησις, πρὸς ὑποδοχὴν τοῦ θεόθεν ἐπιεκρινομένου νοήματος. Ἢ διάψαλμά ἐστιν διδασκαλία τοῦ Πνεύματος, τῇ ψυχῇ κατὰ τὸ ἀπόῤῥητον ἐγγινομένη, τῆς περὶ τὸ νόημα τοῦτο προσοχῆς, τὸ συνεχὲς τῆς μελῳδίας περικοπτούσης. Ἵνα δὲ μὴ νομίσωσιν οἱ πολλοὶ, ὅτι ἡ σιωπὴ σημεῖόν ἐστι τοῦ ἐπιλελοιπέναι τὸν προφητεύοντα τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος δύναμιν, τούτου χάριν τινὲς τῶν ἑρμηνέων, ἀντὶ τοῦ διαψάλματος τὸ ἀεὶ τοῖς διαλείμμασι τούτοις ἐγγράφουσιν· ὡς ἂν διὰ τούτου μάθωμεν, ὅτι ἡ μὲν τοῦ ἁγίου Πνεύματος χάρις πάντοτε ἦν· ὁ δὲ ἑρμηνεύων τὰ ἐγγινόμενα θεόθεν τῇ ψυχῇ νοήματα λόγος, οὐ πάντοτε ἦν· ἀλλὰ τὸ μὲν ἐξεφώνει τῆς διανοίας, τὸ δὲ ὑπεδέχετο. Ἐν ᾧ μὲν γὰρ ἐξηγόρευε τὰ ἐντυπωθέντα τῇ διανοίᾳ νοήματα, προῄει δι' ἀκολούθου ἡ ψαλμῳδία· εἰ δέ τι τῶν θειοτέρων τὴν τῆς ψυχῆς ἀκοὴν περιήχησεν, ὅλος τῆς ἀκροάσεως ἦν, κατασιγάζων τὸ μέλος. Ἀεὶ τοίνυν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ παρὰ τὸν τῆς σιωπῆς καιρὸν, ἐν αὐτῷ λαλοῦντος ὁ λόγος ἐν διαλείμμασιν ἦν· τὸ δὲ διάλειμμα παρὰ τῶν ἑρμηνέων ὠνομάσθη διάψαλμα. Ὅτι δὲ θειοτέρας ἐπιπνοίας ἐπίτασίς ἐστι τὸ διάψαλμα, ἐντεῦθεν ἄν τις κατίδοι. Ἐν γὰρ τῇ ἀρχῇ τοῦ τρίτου ψαλμοῦ τὰς οἰκείας συμφορὰς ὁ Δαβὶδ ὀλοφύρεται, καὶ διαπορούμενος λέγει, « Κύριε, τί ἐπληθύνθησαν οἱ θλίβοντές με; » περὶ τὰ μέσα δέ που τοῦ ψαλμοῦ, ἔνθα καὶ τὸ διάψαλμα κεῖται, θάῤῥους ἀναπλησθεὶς πέποιθε καὶ παῤῥησιάζεται, τὴν ἑαυτοῦ σωτηρίαν ὥσπερ ὁρῶν, καὶ βοᾷ· « Ἐγὼ ἐκοιμήθην καὶ ὕπνωσα, ἐξηγέρθην, ὅτι Κύριος ἀντιλήψεταί μου. » Καὶ ταῦτα μὲν οὕτως. Τὸ δὲ ἀλληλούϊα αἶνος Θεοῦ ἑρμηνεύεται· ἔστι γὰρ τὸ μὲν, ἀλληλοὺ, αἶνος· τὸ δὲ ἴα, Θεός. Διὸ καὶ ἀντὶ τοῦ, « Αἰνεῖτε τὸν Κύριον ὅτι ἀγαθὸν ψαλμὸς, » « Ἀλληλούϊα ὅτι ἀγαθὸν ψαλμὸς, » ὁ Σύμμαχος τέθεικε. Ψαλμὸς δὲ καὶ ᾠδὴ διαφέρει· ὅτι ὁ μὲν ψαλμὸς λόγος ἐστὶ μουσικὸς, ὅταν εὐρύθμως κατὰ τοὺς ἁρμονικοὺς λόγους πρὸς τὸ ὄργανον κρούηται· ἡ δὲ ᾠδὴ φωνή ἐστιν ἐμμελὴς, ἀποδιδομένη ἐναρμονίως χωρὶς τῆς συνηχήσεως τοῦ ὀργάνου· ὥστε ἐπειδὴ ψαλτήριον τροπικῶς, καὶ ὄργανον ἡρμοσμένον μουσικῶς εἰς ὕμνους Θεοῦ ἡ τοῦ σώματος ἡμῶν ἐστι κατασκευὴ, νοηθεῖεν ἂν καὶ ψαλμὸς αἱ διὰ τοῦ σώματος πράξεις, αἱ εἰς δόξαν Θεοῦ ἀποδιδόμεναι· ὅταν ὑπὸ τοῦ λόγου ἡρμοσμένοι, μηδὲν ἐκμελὲς ἀποτελῶμεν ἐν τοῖς κινήμασιν. Ὠδὴ δὲ ὅσα θεωρίας ἔχεται ψιλῆς καὶ θεολογίας. Καὶ οὕτω μὲν ὁ μέγας Βασίλειος. Ὁ δὲ ἀδελφὸς αὐτοῦ Γρηγόριος ψαλμὸν μὲν νοεῖ τὸν ἡμέτερον βίον, μὴ τοῖς γηΐνοις φθόγγοις, τουτέστι νοήμασι περιηχούμενον· ἀλλὰ καθαρὸν καὶ ἐξάκουστον ἐκ τῶν ἄνωθεν καὶ οὐρανίων τὸν ἦχον ἀπεργαζόμενον· ᾠδὴν δὲ, τὴν περὶ τὸ φαινόμενον εὐσχημοσύνην. Καί φησιν, ὅτι ὥσπερ ἐκ τῶν μουσικῶν ὀργάνων μόνος ὁ ἦχος τῆς μελῳδίας προσπίπτει ταῖς ἀκοαῖς,

Digitized by Google

A αὐτὰ δὲ τὰ μελῳδούμενα ῥήματα οὐ διαρθροῦνται τοῖς φθάγγοις· ἐν δὲ τῇ ᾠδῇ τὸ συναμφότερον γίνεται, καὶ ὁ τοῦ μέλους ῥυθμὸς καὶ τῶν ῥημάτων ἡ δύναμις συνδιεξαγομένη μετὰ τοῦ μέλους, ἣν ἀγνοεῖσθαι πᾶσα ἀνάγκη, ὅταν διὰ μόνων τῶν μουσικῶν ὀργάνων ἡ μελῳδία γίνηται· οὕτως καὶ ἐπὶ τῶν τὴν ἀρετὴν μετιόντων συμβαίνει. Οἱ μὲν γὰρ τῇ θεωρητικῇ καὶ ἐποπτικῇ τῶν ὄντων φιλοσοφίᾳ τὸν νοῦν προσανέχοντες, τῇ ἀπεικαζομένῃ πρὸς τὸν ψαλμὸν, ἄδηλον τοῖς πολλοῖς τὴν ἀρετὴν κατορθοῦσιν, ἐν τῷ ἰδίῳ συνειδότι τὸ ἀγαθὸν κατακλείοντες. Οἷς δὲ καὶ τὸ ἦθος τοῦ βίου συγκατορθοῦται, οὗτοι τῇ περὶ τὸ φαινόμενον εὐσχημοσύνῃ, καθάπερ τινὶ λόγῳ καὶ ᾠδῇ ἐμμελεῖ, τὴν τῆς ζωῆς ἑαυτῶν εὐρυθμίαν δημοσιεύσουσι. Σημαίνεται οὖν διὰ μὲν τοῦ ψαλμοῦ τὸ κατὰ διάνοιαν ἀγαθόν· διὰ δὲ τῆς ᾠδῆς τὸ ἦθος B καὶ ἡ περὶ τὸ φαινόμενον εὐσχημοσύνη ἑρμηνεύεται. Ἐπεὶ δὲ μεμαθήκαμεν τί ἐστι ψαλμὸς, ὅτι ἡ δι' ὀργάνου μουσικοῦ μελῳδία· καὶ τί ᾠδὴ, ὅτι ἡ διὰ τοῦ στόματος γινομένη τοῦ μέλους μετὰ τῶν ῥημάτων ἐκφώνησις, ῥητέον λοιπὸν τί ἐστι ὕμνος· ὅτι ἡ ἐπὶ τοῖς ὑπάρχουσιν ἡμῖν ἀγαθοῖς ἀνατιθεμένη τῷ Θεῷ εὐφημία. Αἶνος δὲ, ἤτοι αἴνεσις, τῶν θείων θαυμάτων ἔπαινος· προσευχὴ δὲ ἱκετηρία περί τινος τῶν συμφερόντων προσαγομένη Θεῷ. Ἀλλὰ περὶ τούτων καὶ αὖθις εἰρήσεται. Τὸ μέντοι τέταρτον κεφάλαιον ἐξετάζοντες, εἰ πάντες εἰσὶ τοῦ Δαβὶδ οἱ ψαλμοὶ, φαμὲν, ὅτι τρισχίλιοι ψαλτῳδοὶ ἀπὸ τοῦ Λευϊτικοῦ καὶ ἱερατικοῦ γένους εἰς τρεῖς διῃρημένοι χοροὺς τὸν τοῦ Δαβὶδ ψαλμὸν ἔψαλλον. Ἐξῆρχε C δὲ τοῦ μὲν πρώτου χοροῦ Ἰδιθοὺν ὁ χοροδιδάσκαλος· τοῦ δὲ δευτέρου Αἰθὰν, καὶ τοῦ τρίτου Ἀσαφάτ. Κεκμηκότας δὲ τούτους οἱ υἱοὶ Κορὲ διεδέχοντο. Ὅθεν καὶ πολλοὺς ὁ Δαβὶδ ψαλμοὺς ἐπὶ τούτων ὀνόματι ἔψαλλε· καί τινες ἐντεῦθεν κακῶς ὑπέλαβον, ὅτι αὐτῶν εἰσιν οἱ ψαλμοί. Διὰ τοῦτο καὶ τὰ ὀνόματα αὐτῶν ἔν τισιν ἐπιγραφαῖς τῶν Ψαλμῶν εὑρίσκεσθαι. Εἰσὶ δὲ πάντες οἱ ψαλμοὶ, ὡς τοῖς ἀκριβοῦσι δοκεῖ, καὶ τῇ ἀληθείᾳ τοῦ Δαβίδ. Μετ' ᾠδῆς δὲ αὕτη ἡ προφητεία λέγεται, ἵνα ἕκαστος τέρπῃ τὴν ψυχὴν ᾄδων, καὶ ὑποκλέπτῃ τὸν ἐκ τῆς ἀναγνώσεως πόνον. Ἐπειδὴ γὰρ εἶδεν ὁ Θεὸς πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων ῥᾳθυμοτέρους ὄντας, καὶ πρὸς τὴν τῶν πνευματικῶν ἀνάγνωσιν δυσχερῶς ἔχοντας, καὶ τὸν ἐκεῖθεν οὐχ ἡδέως ὑπομένοντας κάματον· πο- D θεινότερον τὸν πόνον ποιῆσαι βουλόμενος, καὶ τοῦ καμάτου ὑποτεμέσθαι τὴν αἴσθησιν, τὴν τοῦ μακαρίου Δαβὶδ ἐκίνησε γλῶσσαν, μελῳδίαν ἀναμῖξαι τῇ προφητείᾳ, ἵνα τῷ ῥυθμῷ τοῦ μέλους ψυχαγωγούμενοι, μετὰ πολλῆς τῆς προθυμίας τοὺς ἱεροὺς αὐτῷ ἀναπέμπωμεν ὕμνους· οὕτω γὰρ ἡ φύσις ἡμῶν πρὸς τὰ ᾄσματα καὶ τὰ μέλη οἰκείως ἔχει, ὡς καὶ τὰ ὑπομάζια παιδία κλαυθμυριζόμενα οὕτω κατακοιμίζεσθαι· καὶ γυναῖκες ἱστουργοῦσαι, καὶ γηπόνοι, καὶ ὁδοιπόροι, καὶ ναῦται τὸν ἐκ τῶν ἔργων πόνον παραμυθοῦνται· ὡς τῆς ψυχῆς, εἰ μέλους ἀκούσειε καὶ ᾠδῆς, ῥᾷον ἅπαντα ἐνεγκεῖν δυναμένης τὰ ὀχληρὰ καὶ ἐπίπονα. Ἐπεὶ οὖν ἡ ψυχὴ ἡμῶν οἰκείως ἔχει πρὸς τοῦτο τὸ εἶδος τῆς τέρψεως· ἵνα μὴ πορνικὰ

et intelligentiis obstrepentem, sed puram et audibilem, ex copia rerum sublimiorum et cœlestium vocem reddentem. Odam autem dicit externi moris moderationem et decentiam. Atque, quemadmodum ex organis, inquit, musicis solus sonus modulationis auribus accedit, ipsa autem verba suis numeris et articulis modulando non distinguuntur; quod utrumque in oda fit, ut et numerus modulationis et verborum virtus simul cum concentu expliceiur; quam utique ignorari necesse est, quoties solis musicæ organis cantus peragitur: similis ratio est eorum, quæ ad virtutem referuntur. Qui enim ad solam umbratilem et contemplativam philosophiam animum applicant quæ psalmo proprie comparatur, intra suam conscientiam virtutis habitum efformant, et circumscribunt, ignotum vulgo. Quibus vero externæ vitæ ratio simul corrigitur, illi externi habitus honestate, quasi oratione quadam et cantu harmonico vitæ interioris suæ honestatem evulgant. Igitur per psalmum quidem, bonum quod intra animum concluditur, designatur; per odam vero mores illiusque, quod in oculos occurrit consonantia demonstratur. Postquam igitur didicimus quid psalmus sit, organi scilicet musici harmonia; itemque quid oda, modulatio oris verbis accommodata, dicendum superest, quid sit hymnus. Nimirum pro præsentibus bonis dicata Deo laudatio. Laus autem, seu laudatio miraculorum divinorum est prædicatio. Oratio vero est supplicatio ad Deum directa, de re aliqua earum quæ ad utilitatem conferunt. Cæterum de his postea dicendi locus erit. Nunc quartum caput excutientes, num omnes psalmi Davidis sint, dicimus ter mille cantores, ex familia Levitarum et sacerdotum, in tres choros divisos, Davidis psalmos cecinisse. Primi chori præcentor Idithun fuit; secundi Æthan, tertii autem Asaphat. Fatigatos hos excipiebant filii Core. Hæc ratio est quare tot psalmos illorum nomine cantaverit David, atque quare nonnulli perperam collegerint, illos ipsos psalmos eosdem auctores habere: eo quod aliquot psalmi eorum nominibus inscribantur. Sunt vero psalmi illi omnes, ut peritioribus recte videtur, Davidis ipsius. Legitur autem hæc vaticinatio in numeros cantici redacta, ut unusquisque animum numerorum gratia oblectet, et lectionis molestiam cantando fallat. Postquam enim Deus non paucos hominum segniores et alieniores a lectione rerum divinarum, nec adeo patientes laboris circa illa animadvertit, ut jucundiorem redderet hanc operam, et fatigationis subtraheret sensum, beati Davidis linguam movit, ad miscendam vaticiniis melodiam, ut numerosa modulatione ducti, multa cum animi alacritate laudes ipsi sacras decantemus. Usque enim adeo ad naturam nostram comparata sunt carmina et modulamina, ut et pueri lactentes, et mulieres nentes, et agricolæ, et viatores, et nautæ molestiam laboris cantu solentur: quasi anima, si modulationem aut cantum audiat, quamcunque

Digitized by Google
Распознавание текста ABK/FR

molestiam aut ærumnam facilius ferat. Quandoquidem ergo hæc voluptas adeo propria est animo nostro, ne dæmones inductis cantibus amatoriis et meretriciis omnia pervertant, psalmos quasi propugnaculum objecit illis Deus, adeo ut res illa simul et voluptas et utilitas sit a Spiritu sancto profecta, qui in animam tale aliquid cantantem celeriter illabi solet. Postquam enim Spiritus sanctus humanum genus intractabile vidit hortanti ad virtutem, nosque ipsos studio voluptatis rectæ viæ negligentiores, præcepta virtutis suavitate harmoniæ quasi condimento aliquo temperavit, ut propter gratiam et suavitatem auditionis, orationis utilitatem inscii admitteremus. Perinde ac prudentes medici, quando acerba aut amara medicamenta ægrotis propinant, et stomacho laborantibus, dulcedine mellis condiunt ut magis sint ad palatum: ita virtutis curriculum, quod per se difficile et impeditum est, amœnitas cantus gratum efficit. Ideo enim numeri hymnorum inventi sunt, ut qui pueri sunt ætate, aut omnino rudiores, ad habitum virtutis in speciem quidem canant, revera autem animos erudiant. O sapiens inventum magistri, qui hoc molitur, ut eadem opera et canamus et discamus utilia. Qua ratione tanto firmius animo nostro imprimitur doctrina. Violenta enim disciplina non potest esse diuturna. Quod autem cum delectatione quadam obrepit, constantius animo inhæret. Causa igitur prima et quasi obvia, quare cum voluptate psalmos animo versemus, hæc est, quod verba modulamur. Illa vero ipsa philosophia quæ harmonia constat, majus quid in recessu habet quam plerique credunt. Quid ergo est id quod dico? Audivi sapientum quemdam naturæ nostræ rationem ita explicantem quasi homo parvus quidam mundus sit, omnia inter se concludens, quæcunque magnus ille mundus complectitur. Hujus autem universi dispositio et ornatus quam proxime accedit ad harmoniam, multis nominibus et modis, non sine ordine et numero sibi ipsi respondentem. Hunc igitur divinum concentum etiam magnus David auribus hausisse totis mihi videtur, tum, cum psalmo quodam dicat: Laudant Deum aliæ virtutes cœli omnes, et lumen astrorum, sol et luna, et cœli cœlorum, et aqua quæ supra cœlos est. Quod si ergo dispositio illa mundi absolutissima et ornatissima harmonia quædam musica est, homo autem parvus quidam mundus; utique quæ in universo spectatur harmonia, etiam in hominis natura apparebit. Arguit autem hoc etiam mechanica corporis nostri structura, ad rationem firmationum per numeros solertissime a natura contexta. Vides arteriam veluti tibiam aliquam? Palatum, quasi canonem lyræ, illamque ope linguæ, et genarum et oris, quasi per plectrum editam et chordas modulationem? Quandoquidem igitur omne quod naturæ ordinem sequitur, ipsi naturæ gratum est, musicam autem ad normam naturæ nostræ comparatam esse jam liquet, ideo magnus David disciplinæ

Οἱ θερισταὶ ἄγγελοί εἰσιν οἱ μισοῦντες τὰς αἱρέσεις, καὶ ἐκκόψαι αὐτὰς βουλόμενοι· τὸ δὲ, ἐκκόψαι, δηλοῖ τὴν αὐτῶν σφαγήν· οὐκ ἐπιτρέπει δὲ ὁ Θεὸς, ἵνα μὴ πολέμων κινηθέντων, ἐν τῷ κατασφάττεσθαι αὐτοὺς ἀνάγκη πολλὴ καὶ τοὺς τοῦ σίτου, ἤγουν τοὺς τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, τῇ σφαγῇ ὑπο- D πίπτειν. Ἵνα οὖν τοῦτο μὴ γένηται, ἔτι δὲ καὶ διὰ τὸ ἐπιστρέψαι τοὺς αἱρετικοὺς, ἔστιν ὅτε ἴσως γένηται σῖτος τὰ ζιζάνια, παντελῶς ἐκώλυσε τὴν ἀναίρεσιν αὐτῶν. Τὸ, *Ἀναβλέψατε ὅτι αἱ χῶραι λευκαί εἰσιν*, τὴν τελείαν ὑπακοὴν τῶν πιστευσάντων λέγει. Ἔστι δὲ ὅτε θερισμὸν τὴν συντέλειαν· ἔστι δὲ ὅπου καὶ θερισμὸν καὶ σπόρον αὐτὸ καλεῖ, πρὸς ἄλλο καὶ ἄλλο λαμβανόμενον.

Κόκκον σινάπεως τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν λέγει, τὴν διὰ τοῦ κηρύγματος φανερωθεῖσαν· ἐπειδὴ σπόρον ἔχει τὸ λάχανον, τοῦτο αὐξηθὲν δὲ μεῖζον γίνεται τῶν λαχάνων· οὕτως καὶ ἐπὶ τοῦ κηρύγματος πάντων οἱ ἀπόστολοι ἀσθενέστεροι ὄντες, ἐξήπλωσαν τὸ κήρυγμα πανταχοῦ.

segnes sunt; in petra autem imbecilliores, solummodo recipientes et non connitentes ad conservandum; qui vero in spinis, curis anxiati.

VERS. 8. Quis fructum dedit centesimum? quis sexagesimum? Quis tricesimum? Qui centesimum, virginitas; qui sexagesimum, matrimonium honorabile et castum dividens cum Christo quæ possidet; qui tricesimum, etiam matrimonium honorabile et castum tertiam dans partem, modo rite observentur reliquæ virtutes.

VERS. 10. Cur nunc quidem in parabolis loquitur, cum in monte non tali modo docuerit? Quia tunc turba innocens erat, nunc vero Scribæ sunt et Pharisæi.

VERS. 12. Illud, *Qui habet, dabitur ei et abundabit*, et reliqua; ostendit alicui, dum favorem habeat, danda esse a Deo quoque omnia.

VERS. 18. Ipsa parabola de hæresibus tractat.

VERS. 25. Parabola de zizaniis dicta est, quia cum dormirent homines, venit inimicus et seminavit zizania in medio tritici et abiit. Zizania hæreticos designant; homines dormientes, sacerdotes; sed ut zizania similia sunt tritico, sic hæresis veritati, ita ut necesse sit perpetuo vigilare. Alii autem hanc parabolam de insidiis dæmonum intellexerunt.

VERS. 26. *Cum autem crevisset herba, tunc apparuerunt et zizania.* In principio quidem occultant se hæretici, sed cum multam libertatem ceperint, tunc venenum diffundunt.

VERS. 30. Messem hic consummationem dicit; zizania hæreticos, quos prohibet destrui, non autem reprimi eorum libertatem et conventicula; et alibi messem dicit audientium obsequium, ut, *Messis quidem multa, operarii autem*, id est prædicatores, *pauci*: duodecim enim erant discipuli.

Messores angeli sunt odientes hæreses, et volentes illas succidere; succidere autem hæreticorum destructionem significat. Non autem permittit Deus, ne in bellorum turbationibus ad eos occidendos magna angustia in triticum, id est, in eos qui fidem tenent orthodoxam, recidat; ut ergo talia non contingant, adde autem quando per conversionem hæreticorum fit ut pariter zizania triticum fiant, absolute prohibuit eorum destructionem. Illud, *Aspicite quoniam campi albi sunt*, perfectum obsequium credentium ostendit; est autem quando messis consummatio, et ubi messis semen ipsum vocetur et pro alio et alio sumatur.

VERS. 31. Granum sinapis regnum cœlorum adumbrat, quod per prædicationem revelatum est. Quoniam seminationem habet olus, cum crevit majus fit oleribus; ita et in prædicatione omnibus apostoli debiliores cum fuerint, quocunque prædicationem extenderunt.

Digitized by Google

**Vers. 33.** *Simile est regnum Dei fermento, quod accipiens mulier abscondit in farinæ satis tribus, donec fermentatum est totum.* Fermentum divinum verbum in apostolis est, quod penetrat per suam virtutem universum mundum, velut fermentum per suam vim farinam. Tria sata, pro multis dicuntur; pro multitudine enim hunc numerum sumere Scriptura suevit; sed etiam exteri, ut: « Ter beati Danai. »

Vers. 36. Cum in parabolis loquebatur eis, interrogans ad eos se dirigebat; cum nullus interrogaret, dimittens eos abiit.

Cur ad illum adeunt cum libertate quærentes explicationem parabolæ zizaniorum? Quia jam audierant: *Vobis datum est audire mysteria regni.* Et cur in particulari interrogant? Non quod multitudini inviderint, sed ut Christi legem servarent dicentis aliis non esse datum. Tanquam de extranea magis zizaniorum parabola interrogant, parabolas vero sinapis et fermenti prætermittunt. Oportet scire quod quandoquidem seminat, per se seminat; dicit enim: *Qui seminat bonum semen Filius est hominis;* quando autem castigat, per angelos illud facit. Ostendit sic benignitatem in seminando, id est in prædicando, et a pœnis sumendis aversionem.

Vers. 37. Cur, amotis turbis, discipulos in parabolis alloquitur? Quoniam sapientiores ex jam dictis parabolis facti erant.

Vers. 42. In supplicio sumendo. Memento autem quod in Abraham et Sodomitis idem fecerit.

Vers. 43. Quare alias justi adducuntur primi, hic autem postquam præcipitati sunt peccatores in condemnationem, tunc justi fulgebunt? Adducuntur primi justi venienti Christo obviam ituri; astante autem illo et traditis ad supplicium peccatoribus, tunc in regnum cœlorum intrant justi.

Vers. 45. Margarita pretiosa a mari est, et magni pretii æstimatur ob difficultatem inveniendi. Non escam præbet, sed jactantiam; non potus jucunditatem præbet, sed multarum divitiarum famam, superbiam producentem. Eadem levis est ponderis; parvaque cum sit, magna potest, et præcisa ad transportandum, et mobilis ad restaurandum in locum suum, facile absconditur, et difficile invenitur. Ita est regnum cœlorum; ita est Deus Verbum in parvo magnam virtutem indubie possidens; non profertur ad escam, non enim est momentaneum; non est pauperibus in usum, sed in cognitione divitibus in possessionem; nullus eum habere potest virtute indigentium; perfectorum vero acquisitio fit. *Et post pauca.* Margarita lapis est e carnibus ortus, qui nempe ex ostreis provenit: quis ergo crederet Deum quoque e carne hominem natum esse? Illam non concharum coitus producit, sed fulguris et aquæ commistio; ita et Christus conceptus est in Virgine, ex operatione Spiritus sancti, producen-

Τὸ, *Ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ζύμῃ, ἣν λαβοῦσα γυνὴ ἔκρυψεν εἰς ἀλεύρου σάτα τρία, ἕως οὗ ἐζυμώθη ὅλον.* Ζύμη ὁ θεῖος λόγος ὁ ἐν τοῖς ἀποστόλοις, ὁ μεταστήσας πρὸς τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν τὸν πάντα κόσμον· ὥσπερ ἡ ζύμη πρὸς τὴν ἑαυτῆς ἰσχὺν τὸ ἄλευρον· τρία δὲ σάτα, τὰ πολλὰ λέγει· ἐπὶ πλήθους γὰρ τὸν ἀριθμὸν τόνδε λαμβάνειν ἡ Γραφὴ πέφυκε· ἀλλὰ καὶ οἱ ἔξω, ὡς τὸ, « Τρισμάκαρες Δαναοί. »

Ὅτι ἐν παραβολαῖς ἐλάλει αὐτοῖς, εἰς ἐρώτησιν αὐτοὺς προτρεπόμενος· ἐπειδὴ δὲ οὐδεὶς ἠρώτησεν, ἀφεὶς αὐτοὺς ἀπῆλθεν.

Διὰ τί προσῆλθον αὐτῷ μετὰ παῤῥησίας ζητοῦντες τὴν λύσιν τῆς παραβολῆς τῶν ζιζανίων; Ὅτι ἤδη ἤκουσαν· *Ὑμῖν δέδοται ἀκούειν τὰ μυστήρια τῆς βασιλείας*· καὶ διὰ τί κατ' ἰδίαν ἐρωτῶσιν; Οὐ τῷ πλήθει βασκαίνοντες, ἀλλὰ τὸν νόμον Χριστοῦ φυλάττοντες τὸν λέγοντα, ὅτι αὐτοῖς οὐ δέδοται. Ὡς δεινοτέρας οὔσης τῆς τῶν ζιζανίων παραβολῆς, ταύτην ἐρωτῶσι· τὴν δὲ τοῦ σινάπεως καὶ τῆς ζύμης παρῆκαν. Χρὴ εἰδέναι, ὅτι ὅτε μὲν σπείρει, δι' ἑαυτοῦ σπείρει· λέγει γάρ· *Ὁ σπείρων τὸ καλὸν σπέρμα, ἐστὶν ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου*· ὅτε δὲ κολάζει, διὰ τῶν ἀγγέλων τοῦτο ποιεῖ· οὕτω; δείκνυσι καὶ τὴν φιλανθρωπίαν ἐν τῷ σπείρειν, ἤγουν τῷ διδάσκειν, καὶ τὸ πρὸς τιμωρίαν ἠλλοτριωμένον.

Διὰ τί, ἀναχωρησάντων τῶν ὄχλων, τοῖς μαθηταῖς ἐν παραβολαῖς διαλέγεται; Ἐπειδὴ σοφώτεροι ἐκ τῶν εἰρημένων ἤδη παραβολῶν ἐγένοντο.

* Ἐν τῷ κολάζειν· μνήσθητι δὲ ὅτι καὶ ἐπὶ τοῦ Ἀβραὰμ καὶ τῶν Σοδομιτῶν τοῦτο ποιεῖ.

Τίνος χάριν ἀλλαχοῦ οἱ δίκαιοι ἁρπάζονται πρῶτοι, νῦν δὲ ὅτι μετὰ τὸ ἐμβληθῆναι τοὺς ἁμαρτωλοὺς εἰς κόλασιν, τότε οἱ δίκαιοι ἐκλάμψουσιν; Ἁρπάζονται μὲν πρῶτοι οἱ δίκαιοι ἐρχομένου Χριστοῦ εἰς ἀπάντησιν· παραγενομένου δὲ αὐτοῦ καὶ παραδοθέντων εἰς κόλασιν τῶν ἁμαρτωλῶν, τότε εἰς βασιλείαν οὐρανῶν ἀπέρχονται οἱ δίκαιοι.

Ὁ μαργαρίτης ὁ τίμιος ἐστιν ἀπὸ θαλάσσης, καὶ πολλῆς τιμῆς ἄξιός ἐστιν διὰ τὸ δυσεύρετον. Οὐ παρέχει βρῶσιν, ἀλλὰ καύχημα· οὐ παρέχει ποτοῦ ἀπόλαυσιν, ἀλλ' εὐδοξίαν πολλῶν χρημάτων ποιοῦσαν ὄγκον· οὗτος δ' ἐπικουφίζει τὸ βάρος. Βραχὺς ὢν μεγάλα δύναται· καὶ σύντομος εἰς τὸ βασταχθῆναι, καὶ εὐμετάθετος εἰς ἀποκατάστασιν, ῥᾳδίως κρύπτεται, καὶ δυσκόλως εὑρίσκεται. Οὕτως ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν· οὕτως ἐστὶν ὁ Θεὸς Λόγος, ἐν βραχεῖ πολλὴν δύναμιν περιέχων σαφῶς. Οὐ πρόκειται εἰς βρῶσιν· οὐ γάρ ἐστιν πρόσκαιρος· οὐκ ἔστιν πενήτων χρῆσις, ἀλλὰ τῶν πλουτούντων ἐν γνώσει ἡ κατάληψις· οὐδεὶς αὐτὸν ἔχειν δύναται τῶν πτωχῶν ἐν ἀρετῇ· τελείων δὲ κτῆμα γίνεται. *Καὶ μετ' ὀλίγα*· Ὁ μαργαρίτης λίθος ἐστὶν ἐκ σαρκῶν γενόμενος, ὅτι ἐκ τῶν ὀστρέων προέρχεται. Τίς οὖν μὴ πιστεύσειεν ὅτι καὶ Θεὸς ἐκ σώματος ἄνθρωπος γεγέννηται; ἐκεῖνον οὐχ ἡ συνουσία τῶν κόγχων συνιστᾷ, ἀλλ' ἡ τῆς ἀστραπῆς καὶ τοῦ ὕδατος σύγκρασις· οὕτως καὶ ὁ Χριστὸς συνελήφθη ἐν τῇ Παρθένῳ ἐκ τῆς ἡδονῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος,

Digitized by Google
Распознавание текста ABK/FR

ἐκ τοῦ φυράματος αὐτῆς συστήσαντος τῷ Θεῷ τὴν A πρόσληψιν.

Ἐὰν μὴ πωλήσῃς, οὔτ' ἂν πράξῃς πίστιν· ἤγουν, Εἰ μὴ ἔχῃς ἐλεημοσύνην, οὐδὲ πίστις σε ὠφελήσει.

Χρὴ γινώσκειν ὅτι διέστηκεν ἡ παραβολὴ τῆς σαγήνης τῇ τῶν ζιζανίων· ἐκεῖ γὰρ διὰ αἵρεσιν ἀπόλλυνται· καὶ οἱ πρὸ ταύτης τῆς παραβολῆς, λέγω δὴ, οἱ εἰς τὸν σπόρον, διὰ τὸ μὴ προσέχειν τοῖς λεγομένοις· οὗτοι δὲ διὰ βίου πονηρίαν· οἵτινες πάντων εἰσὶν ἀθλιώτεροι, τῆς μὲν γνώσεως ἐπιτυχόντες, οὐ δυνηθέντες δὲ δεόντως σωθῆναι.

Δεῖ εἰδέναι ὅτι τοσαῦταί εἰσιν ὁδοὶ τῆς ἀπωλείας, ἢ διὰ τῆς πέτρης ἢ διὰ τῶν ἀκανθῶν, ἢ διὰ τῆς ὁδοῦ, ἢ διὰ τῶν ζιζανίων, ἢ διὰ τῆς σαγήνης· ἀλη- B θῶς ἄρα πλατεῖά ἐστιν ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ἀπώλειαν.

Τὸ, *Πᾶς Γραμματεὺς*, φησὶν, *μαθητευθεὶς τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, ὅμοιός ἐστιν ἀνθρώπῳ οἰκοδεσπότῃ, ὅστις ἐκβάλλει ἐκ τοῦ θησαυροῦ αὐτοῦ καινὰ καὶ παλαιά*. Γραμματέα λέγει τὸν εἰδότα τὸν νόμον, ὃν ἐπιγνόντα καὶ τὰ τῆς χάριτος εἰκάζει πλούσιον δυνάμενον ἔχειν πολλά· τὸ δὲ καινὰ καὶ παλαιὰ ἐκβάλλειν, ἀντὶ τοῦ, ἀπὸ τῆς Καινῆς καὶ Παλαιᾶς Γραφῆς διαλέγεσθαι, δύναται.

Διὰ τί ἐν μὲν τῇ Καπερναοὺμ ἐποίησεν σημεῖα, ἐν δὲ τῇ πατρίδι, τὴν Ναζαρὲθ λέγω, οὐκ ἐποίησεν; Διὰ τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν, καὶ διὰ τὸ λέγειν αὐτούς· *Οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τέκτονος υἱός;* Ἐξ ὧν καὶ ὁ C Χριστὸς λέγει, ὅτι *Πᾶς προφήτης ἐν τῇ οἰκείᾳ πατρίδι ἄτιμος*. Οὐ δεῖ δὲ ἀπὸ τῶν εὐτελῶν γονέων κακίζειν τινάς· ἐπεὶ καὶ Δαβὶδ, καὶ Ἀμὼς, καὶ Μωϋσῆς, καὶ πάντες οἱ προφῆται ἐξουδενωθήσονται.

Διὰ τί ἐποίησεν μὲν σημεῖα, ὀλίγα δὲ πάνυ ἐν τῇ πατρίδι αὐτοῦ; Ἵνα μὴ δόξῃ ὑπερορᾷν αὐτοὺς ὡς πολέμιος καὶ ἐχθρός· πολλὰ δὲ οὐκ ἐποίησεν ὡς ἐν Καπερναοὺμ, ἵνα μὴ αὐτοὺς ἀπιστοῦντας κατακρίνῃ μειζόνως.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΔ'.

Ἀποθανόντος τοῦ Ἰωάννου ἢ καὶ παραδιδομένου, ὅτε ἤκουσαν οἱ Ἰουδαῖοι ὅτι πλείονας ἔχει μαθητὰς ὁ Χριστὸς, διὰ τί κατιδίαν ἀνεχώρησεν; Ὅτι καιρὸς τοῦ πάθους οὐκ ἦν, καὶ ὅτι ἀνθρωπικώτερον διοικεῖ, D μὴ βουλόμενος γνωσθῆναι ὅτι ὁ Χριστός ἐστι· διὸ καὶ τοῖς μαθηταῖς ἔλεγεν μηδενὶ εἰπεῖν, ὅτι ἐστὶν ὁ Χριστός· μετὰ γὰρ τὴν ἀνάστασιν ἐβούλετο τοῦτο γενέσθαι γνωριμώτερον.

Διὰ τί ἀεὶ οὐκ ἐν πολιτείᾳ ἢ ἀεὶ οὐκ ἐν ἐρημίᾳ διῆγε; Καὶ ἀεὶ μὲν ἐν πολιτείᾳ οὐ διῆγεν ἢ ἐδίδασκεν, ἵνα μὴ κατηγορηθῇ ὡς μαχόμενος τὴν πολιτείαν, καὶ ἀποσχίζων ἐκεῖθεν τοὺς πολλούς.

Διὰ τί οὐκ ἀπαιτεῖ πίστιν τοῖς ὄχλοις; Ὅτι τὸ παρακολουθεῖν καὶ τὸ ἐν ἐρημίαις ἔρχεσθαι καὶ τὸ προσκαρτερεῖν καὶ δίψης ἀνέχεσθαι, τὴν πίστιν αὐτόθεν γνώριμον ἔχει.

Διὰ τί οὐκ εἶπεν, Δίδωμι αὐτοῖς φαγεῖν, ἀλλὰ, *Ὑμεῖς δότε αὐτοῖς;* Εἰρωνικώτερόν πως λέγων

lis ex illius carne corpoream Deo assumptionem.

Vers. 46. Nisi vendideris, non emere poteris fidem; id est, nisi eleemosynam feceris, non tibi proderit fides.

Vers. 47. Oportet cognoscere quod differat parabola sagenæ a zizaniorum parabola. Illic enim ob hæresim disperduntur, et hi quoque qui ante eamdem parabolam, hos dico qui sunt in seminationis parabola, eo quod non dictis obtemperent: sed hic ob vitæ nequitiam, qui nempe pejores omnibus sunt, cognitionem quidem adepti, sed non valentes recte salvari.

Vers. 50. Sciendum est tam multas esse perditionis vias, sive per petram, aut spinas, aut viam, sive per zizania, sive per sagenam; vere igitur est lata via quæ ducit ad perditionem.

Vers. 52. *Omnis Scriba*, dicit, *doctus in regno cœlorum, similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo nova et vetera*. Scribam dicit legis peritum, quem scientem et gratiæ dona possidentem multa habere posse supponit. Nova et vetera proferre, idem sonat ac posse de Veteri et Nova Scriptura disserere.

Vers. 58. Cur in Capharnaum fecit signa, et in patria, id est in Nazareth, non fecit? Propter eorum incredulitatem, et eo quod dicebant: Nonne hic est fabri filius? Ex quo Christus dicit omnem prophetam in propria patria esse sine honore. Non oportet autem ob parentum mediocritatem quosdam exprobrare, cum David, Amos, Moyses, et omnes prophetæ infimam originem habuerint.

Cur fecit quidem signa, admodum vero pauca in patria sua? Ne videretur illos despicere ut inimicus et infensus; multa autem non fecit ut in Capharnaum, ne illos incredulos magis condemnaret.

## CAPUT XIV.

Vers. 1. Mortuo Joanne aut ad supplicium tradito, cum audierunt Judæi plures habere discipulos Christum, cur seorsum se contulit? Quia tempus passionis non erat, et humaniori modo se gerit, nolens cognosci ut Christus. Ideo et discipulis jubebat nemini dicerent quod Christus esset. Nam post resurrectionem volebat id fieri illustre magis.

Vers. 13. Quare semper aut in societate, aut semper in solitudine non degit? Semper in societate non degit vel docuit, ne accusaretur societati infensus fuisse, et ab ea multos avertere.

Vers. 14. Cur non fidem a turbis expetit? Quia sequi illum, in desertis iter facere, et perseverare, et sitim sustinere, fidem per se evidentem faciebant.

Vers. 16. Cur non dixit, Do illis manducare, sed, *Date vos illis?* Ironicum quoddam eis dicens, quo-

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

niam ut homini adhuc illi adhærebant; ideo respondent : *Non habemus nisi quinque panes et duos pisces.*

Vers. 19. Hæc, super fenum omnes discumbere, et securos esse, quod nihil magis panum et piscium datum erit, et apponere illa communia, humilitatem, æqualitatem, et abstinentiam, hoc solo quod omnia sunt communia edocebant.

Cur aspexit in cœlum et benedixit? Ut ostenderet se a Patre esse, et ad mensam accedendo oportere preces et gratiarum actiones ad illum qui escam præbet dirigere.

Non facit e non exsistentibus, sed ex exsistentibus panibus, occludens Marcionis et Manichæorum os creationem illi abnuentium : simul quia quæ videntur opera illius sunt, et ipse qui loquitur: *Educat aquas inferiores.*

Vers. 20. Cur jussit superesse panes et panum fragmenta? Ne putaretur phantasiam esse quod factum erat, sed probaretur per superantia et die crastino videnda et comedenda, illud verum esse,

Vers. 21. In deserto facit panum miraculum, ne videantur e pago panes sumpsisse; et hora ejusdem causa indicata fuit : Sero jam erat, dicunt.

Vers. 22. Post miraculum confestim in naviculam ascendit, docens non ob vanam gloriam turbas trahere post se, vani nominis gratia.

Tantum admirata est turba, ut regem voluerint illum facere; attamen in aliis miraculis nullibi idem contigit.

Vers. 24. Primo fluctu jactatis auxiliatur a proposito; mox autem sinit jactari in maris medio, sustinere illos docens : non confestim autem advenit, exercens eos ad majorem ipsius desiderium, et monens ne celeriter exspectent periculorum liberationem.

Vers. 28. Cur non dixit Petrus, Jube me ambulare super aquas, sed, *Jube me ad te venire?* Quia prius ex ostentatione, posterius autem e charitate est.

Vers. 30. Cur cum permisisset venire ad se, aqua mergi dimisit? Eo quod ardens erat et adnitens, non prohibuit; sed rebus persuadere suscipit, non ita possibile esse prope Christum esse, quando non adest fides.

Vers. 31. Cur, antequam ventos sedaret, manum apprehendit? Ut ostenderet illum non a tranquillo salvatum esse, sed a Christo ipso.

Ostendit quod Nisi non credidisses dubitans, non eversus esses : ideo vento flante, illum apprehendit et ambulare fecit.

## CAPUT XV.

Vers. 1. Quare illum alloquuntur Scribæ et Pharisæi ab Hierosolymis? Ad iram illum excitare volentes, ut si seniores contempserit, illum accusarent.

Vers. 2. Cur manducabant illotis manibus apo-

A πρὸς αὐτοὺς, ἐπειδὴ ὡς ἀνθρώπῳ προσεῖχον αὐτῷ ἔτι· διὸ καὶ λέγουσιν· *Οὐκ ἔχομεν εἰ μὴ πέντε ἄρτους καὶ δύο ἰχθύας.*

Τὸ ἐπὶ στιβάδος αὐτοὺς ἀνακλῖναι, καὶ τὸ εἰς ἄδειαν εἶναι, μηδὲν πλέον ἄρτων δοῦναι καὶ τὸ προθεῖναι αὐτὰ κοινὰ, ταπεινοφροσύνην καὶ τὸ ὅμοιον καὶ ἴσον καὶ ἐγκράτειαν, τῷ κοινὰ εἶναι πάντα ἐπαίδευεν.

Τίνος χάριν ἀνέβλεψεν εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ εὐλόγησεν; Ἵνα δείξῃ ὅτι ἀπὸ τοῦ Πατρός ἐστιν· καὶ ὅτι ἁπτόμενος τραπέζης χρὴ προσεύχεσθαι, τῷ τὴν τροφὴν παρέχοντι εὐχαριστοῦντες.

Οὐ ποιεῖ ἐκ μὴ ὄντων ἀλλ' ἐξ ὄντων τοὺς ἄρτους, ἐμφράττων τὸ Μαρκίωνος καὶ Μανιχαίων στόμα τῶν τὴν κτίσιν ἀλλοτριούντων αὐτοῦ· ἅμα ὅτι καὶ τὰ
B ὁρώμενα ἔργα αὐτοῦ ἐστιν· καὶ αὐτὸς ὁ εἰπών· *Ἐξαγαγέτω τὰ ὕδατα ἑρπετά.*

Διὰ τί ἐκέλευσεν περισσεῦσαι ἄρτους καὶ ἄρτων κλάσματα; Ἵνα μὴ νομισθῇ φαντασία τὸ γεγονὸς, ἀλλ' ἐλεγχθῇ ἐκ τῶν περιττῶν καὶ ὁρωμένων εἰς τὴν αὔριον καὶ ἐσθιομένων, ὅτι κἀκεῖνα ἀληθῆ ἦσαν.

Ἐν ἐρήμῳ ποιεῖ τὸ τῶν ἄρτων θαῦμα, ἵνα μὴ δόξωσιν ἀπὸ κώμης λαβεῖν ἄρτους· καὶ ἡ ὥρα δὲ διὰ τοῦτο ἐδηλώθη. Ὀψὲ γὰρ ἦν, φησίν.

Μετὰ τὸ θαῦμα εὐθὺς ἐμβαίνει εἰς τὸ πλοῖον, διδάσκων μὴ ἐκ κενοδοξίας ἐπισύρειν ὄχλους, ὀνόματος ἕνεκεν κενοῦ.

Τοσοῦτον ἐθαύμασεν ὁ ὄχλος, ὅτι καὶ βασιλέα ἐθέ-
C λησαν ποιῆσαι αὐτόν· καίτοι γε ἐπὶ τῶν ἄλλων θαυμάτων οὐδαμοῦ τοῦτο ποιήσαντες.

Τὸ πρῶτον κλυδωνιζομένοις βοηθεῖ ἐξ ἑτοίμου, ἄρτι δὲ ἐᾷ κλυδωνίζεσθαι μέσον τῆς θαλάσσης, ὑπομένειν διδάσκων αὐτούς· οὐκ εὐθὺς δὲ παρίσταται, γυμνάζων αὐτοὺς εἰς ἐπιθυμίαν αὐτοῦ μείζονα, καὶ παιδεύων μὴ ταχέως λύσιν ἐπιζητεῖν τῶν δεινῶν.

Διὰ τί οὐκ εἶπεν Πέτρος, Κέλευσόν μοι βαδίσαι ἐπὶ τὰ ὕδατα, ἀλλὰ, *Ἐλθεῖν πρός σέ;* Ἐπειδὴ τὸ μὲν ἐπιδείξεως ἦν, τοῦτο δὲ ἀγάπης.

Διὰ τί ἐπιτρέψας ἐλθεῖν πρὸς αὐτὸν, ἀφῆκεν καταποντίζεσθαι; Διὰ δὲ τῶν πραγμάτων πείθειν ἐπιχειρεῖ ὡς οὐ δυνατὸν οὕτως οὐδέν ἐστιν τὸ εἶναι ἐγ-
D γὺς τοῦ Χριστοῦ ὅπου οὐκ ἔνι πίστις.

Διὰ τί πρὶν τοὺς ἀνέμους παῦσαι, τῆς χειρὸς ἐλάβετο; Ἵνα δείξῃ ὅτι οὐχ ἡ γαλήνη ἔσωσεν, ἀλλ' αὐτός.

Δείκνυσιν ὡς ὅτι εἰ μὴ ἠπίστησας διστάσας, οὐ περιετράπης ἄν· διὰ τοῦτο καὶ τοῦ ἀνέμου πνέοντος, ἐπελάβετο αὐτοῦ καὶ ἐποίησε περιπατεῖν.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΕ'

Τίνος ἕνεκεν διαλέγονται αὐτῷ οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι; Εἰς ὀργὴν αὐτὸν κινῆσαι βουλόμενοι, ἵνα εἴπερ ἐξουδενώσει τοὺς πρεσβυτέρους, κατηγορήσωσιν αὐτοῦ

Διὰ τί ἤσθιον ἀνίπτοις χερσὶν οἱ ἀπόστολοι; Οὐκ

Digitized by Google

ἐπιτηδεύοντες καὶ ὡς νόμον ἔχοντες τοῦτο, ἀλλὰ παρορῶντες· οὔτε τὸ μὴ νίπτεσθαί τι ἔχοντες, ἀλλ' ὡς ἔτυχεν, ἑκάτερον ποιοῦντες

Ὁ Χριστὸς οὐ λέγει ὅτι καλῶς ποιοῦσιν ἢ κακῶς· τοῦτο μὲν ἵνα μὴ τοὺς ἀποστόλους τὸ ἄνιπτον νομοθετήσῃ καὶ θρασεῖς ποιήσῃ· τοῦτο δὲ ἵνα μὴ τὸν τῶν πρεσβυτέρων νόμον βεβαιώσῃ, τοὺς βαπτισμοὺς λέγω καὶ τὰς νίψεις· οὐδὲ κατηγορεῖ τῶν πρεσβυτέρων ὡς παρανόμων, ἀλλ' ἐφ' ἕτερον ἐρώτημα μεταβαίνει.

Τί ἐστιν, *Ὃς ἂν εἴπῃ τῷ πατρὶ ἢ τῇ μητρί, Δῶρον ὃ ἂν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς, οὐ μὴ τιμήσῃ τὸν πατέρα αὐτοῦ ἢ τὴν μητέρα αὐτοῦ;* Τοιοῦτόν ἐστιν· Ἐπαίδευσαν τοὺς νέους εὐσεβείας σχήματι καταφρονεῖν τῶν γονέων· οἷον εἴ τις εἶπεν τῷ υἱῷ, Δός μοι τὸ πρόβατον τοῦτο ὃ ἔχεις, ἢ τὸν μόσχον, ἢ ἄλλο τι, ἔλεγεν πρὸς τὸν πατέρα ὁ υἱός· Δῶρόν ἐστιν τῷ Θεῷ τοῦτο ὃ θέλεις ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῆναι, καὶ οὐ δύναμαι δοῦναί σοι αὐτό· καὶ διπλοῦν ἐγίνετο κακόν· οὔτε γὰρ τῷ Θεῷ προσῆγον, καὶ τοὺς γονέας τοῦ ζητουμένου ὀνόματι τῆς προσφορᾶς ἀπεστέρουν, ἄλλον δι' ἄλλου ὑβρίζοντες, Θεὸν διὰ γονεῖς, καὶ γονεῖς διὰ Θεόν· οὕτως ἐντρέψας αὐτούς, πρὸς τὸν ὄχλον ποιεῖται τὸν λόγον.

Διά τί τῶν ἀποστόλων εἰπόντων ὅτι οἱ Φαρισαῖοι ἐσκανδαλίσθησαν, εἶπεν αὐτός, *Ἄφετε αὐτούς*· ἀλλαχοῦ δὲ φαίνεται εἰπών· *Ἵνα δὲ μὴ σκανδαλίσωμεν αὐτούς;* Ὅτι ἔστι καιρός· καὶ οἶδεν αὐτὸς πότε μὴ καταφρονεῖν· χρὴ μέντοι ὁρᾷν, καὶ ὅταν εὐλόγως σκανδαλίζωνται, ταχέως αὐτοὺς διορθοῦν· ὅταν δὲ ἀλόγως, εἰς οὐδὲν τοῦτο λογίζεσθαι.

Διά τί εἰς ὁδὸν ἐθνῶν τοὺς μαθητὰς μὴ ἀπελθεῖν, αὐτὸς φαίνεται εἰς τὰ μέρη Τύρου καὶ Σιδῶνος ἐλθών; Διὰ τοὺς Ἰουδαίους διδαχθέντας καὶ μὴ πεπιστευκότας, τοῖς ἔθνεσιν ἀνοῖξαι θύραν ὁδῷ προβαίνων.

Τίνος ἕνεκεν εἰπών, κραζούσης τῆς Χαναναίας, πρῶτον μὲν οὐκ ἀπεκρίθη αὐτῇ λόγον, ὅτε δὲ καὶ ἀπεκρίθη, ἄπορόν τι ἀπεκρίθη αὐτῇ; Διὰ τῆς σιγῆς καὶ τῶν τοιούτων λόγων ἐκκαλεῖσθαι καὶ δεῖξαι τῷ λαῷ τὸ πρόθυμον αὐτῆς βουληθείς, ὡς προγινώσκων τὸν θερμὸν θυμὸν αὐτῆς.

Διά τί, κραζούσης αὐτῆς, οἱ ἀπόστολοι εἰπόντες, *Ἀπόλυσον αὐτήν*, οὐχ ὑπηκούσθησαν, ἀλλ' ὅτε αὐτὴ πολλὰ ἐδεήθη; Ὅτι βούλεται τοὺς ὑπευθύνους αὐτοὺς ὑπὲρ αὐτῶν, ἀλλ' οὐχ ἑτέρους μᾶλλον ὑπὲρ ἐκείνων δέεσθαι.

Διά τί τῇ μὲν Χαναναίᾳ κραζούσῃ μόλις ὑπήκουσεν, τοῖς δὲ ἀνελθοῦσιν εἰς τὸ ὄρος εὐθέως μὴ δεηθεῖσιν; Οὐχ ὅτι κρείσσονα πίστιν εἶχον, ἀλλ' ἵνα ἐκκόψῃ τὴν πρόφασιν· ὅσῳ γὰρ ἄν τις μεῖζον εὐεργετῆται τοσοῦτον ὑπεύθυνος, μὴ θελήσας γενέσθαι βελτίων ἑαυτοῦ.

Τί δήποτε ἀρτίως οὐκ εἶπον, Ἀπόλυσον τοὺς ὄχλους, οἱ ἀπόστολοι, καὶ ταῦτα τριῶν παρελθουσῶν ἡμερῶν; Ἐπειδὴ ἐκ τῶν προτέρων ἄρτων καὶ τοῦ ἐκεῖθεν θαύματος βελτίους ἐγένοντο, διὰ τοῦτο οὐδὲ

stoli? Non observabant neque ut legem istud habebant, sed parum curabant; neque non lavari aliquid habebant, sed ut contingebat utrumque faciebant.

VERS. 3. Christus non dicit eos bene aut male agere; prius quidem, ne apostolis legem faciat non lavari et audaces efficiat; posterius autem, ne seniorum legem confirmet, ablutiones dico et lavationes. Non accusat seniores ut legis violatores, sed ad aliam interrogationem transit.

VERS. 5. Quid est illud, *Quicunque dixerit patri aut matri: Munus quod est ex me, tibi proderit; et non honorificabit patrem suam aut matrem suam?* Ita intelligitur: Instruebant juvenes pietatis specie contemnere parentes; ita ut, si quis diceret filio: Da mihi hanc ovem quam habes aut vitulum aut aliud quid, responderet patri filius: Munus est Deo illud quod vis ut ex me tibi prosit, et non possum illud dare tibi; et duplex malum ageret: nam non Deo offerebant, et parentes postulato oblationis nomine privabant, unum per alium offendentes, Deum per parentes, et parentes per Deum. Sic linquens eos, ad turbam sermonem dirigit.

VERS. 12. Cur apostolis dicentibus quod Pharisæi scandalizati sint, inquit ille: *Sinite illos;* alibi autem invenitur dicens: *Ne illos scandalizemus?* Quia opportunitas postulat, et scit ille nunquam contemnere. Oportet tamen videre, et quando merito *scandalizantur*, celeriter eos relevare, quando autem immerito, pro nihilo id reputare.

VERS. 21. Cur, cum dixerit discipulis non eant ad viam gentium, ipse videtur in partes Tyri et Sidonis ire? Propter Judæos edoctos et non credentes, gentibus januam aperire hoc itinere incipit.

VERS. 23. Cujus causa, clamante Chananæa, primo quidem non respondit illi verbum; cum autem respondit, durum quoddam illi respondit? Per silentium et talia verba excitare et populo ostendere ejus ardorem volebat, ut prænoscens ferventem ejus animum.

Cur, clamante illa, apostoli dicentes, *Dimitte eam*, non exauditi sunt, sed quando illa multum rogavit? Quia vult illos de se invicem bene mereri, sed non alios magis pro aliis rogare.

Cur clamantem Chananæam ægre exaudivit, et hos qui in montem ascenderant confestim exaudivit vel non rogantes? Non quia majorem fidem habebant, sed ut excusationem adimeret. Nam quanto majus aliquis beneficium accipit, tanto fit majoris debitor.

VERS. 32. Quid confestim non dixerunt apostoli, Dimitte turbas, sed cum jam effluxissent dies tres? Quia ex panum priori, et ex isto posteriori miraculo meliores facti erant; ideo non dicunt quod

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

in quinque panibus, Quid hæc sunt inter tantos?

Vers. 34. Apostolorum temperantia ex hoc elucet, quod tam multi viri cum essent, in aliena et deserta terra, quinque panes solum habebant.

Vers. 37. Cur in quinque millibus virorum, præter mulieres et pueros, duodecim cophini superaverunt ex quinque panibus, hic vero in quatuor millibus, e septem panibus septem sportæ? Dicendum sane est sportas fuisse cophinis majores; ne æqualitas in simili miraculo in oblivionem eos inducat unius, differens factus est numerus eorum quæ superaverant.

Vers. 39. Ob id dimittens eos, in naviculam conscendit, ne illum sequerentur: etenim volebant regem eum facere; fugiens igitur dominationis ambitionem, illos dimisit.

## CAPUT XVI.

Vers. 1. Quale signum e cœlo petunt a Christo Pharisæi? Ut solem detineat, aut lunam refrenet, aut fulmina emittat, aut aerem perturbet, quod etiam datum est; aliud enim præsens est tempus, aliud futuræ diei tempus, quando ista fient. Ego autem dico illum quamvis non obtemperaverit iis tanquam præcipientibus, postremo ostendisse se facere illa posse. Sol enim et luna obtenebrati sunt, et tremor terræ factus est, et in templo velum scissum est. Accidit autem solis defectus non ratione naturalis eclipsis, sed ratione potentiæ.

Vers. 3. Hypocritas eos vocat, quia alia quidem loquebantur, alia vero sentiebant: ob hanc causam non signum dedit; non enim ad credendum petebant, sed ad illum capiendum; cum nullo modo dederit cum potest, qui dicit Chananææ: *Non est bonum sumere panem filiorum, et mittere canibus;* et cum illo dicente, *Signum Jonæ prophetæ vobis dabitur*, non interrogent quodnam forte esset. Ideo ille relictis illis abiit.

Vers. 6. *Cavete a fermento Pharisæorum*, id est, ab eorum doctrina.

Vers. 8. Quid intendit dicens apostolis, *Modicæ fidei?* Illos objurgat, non enim ubique mansuetudo bonum est.

Vers. 13. Cur Cæsaream Philippi deveniens interrogat eos: *Quem me dicunt homines esse?* Quia procul erant illi a Judæis et eorum aggressionibus. Est autem alia Cæsarea Stratonis. Post multa autem miracula interrogat; et non interrogat, Quem me dicunt Scribæ? sed innoxii populi sententiam rogat. Filium autem hominis sæpe se dicit, volens incarnationem patenter cognosci.

Vers. 16. Attendite, quæso, ad vim verborum. Ubi enim aliorum sciscitatus est opiniones, adhibuit Filii hominis nomen: *Quem* enim, inquit, *dicunt homines esse Filium hominis?* Ubi autem illorum sententiam exposcit, non adhibet Filii hominis nomen. Quid vero? *Vos autem, quem me esse dicitis?*

A λέγουσιν ὅπερ ἐπὶ τῶν πέντε ἄρτων, ὅτι *Καὶ τί ταῦτά ἐστιν εἰς τοσούτους;*

Τὸ ἐγκρατὲς τῶν ἀποστόλων καὶ ἐκ τούτου δείκνυται, ὅτι τοσούτων ὄντων ἀνδρῶν ἐπὶ ξένης καὶ ἐρημίας, πέντε ἄρτους μόνον εἶχον.

Διὰ τί ἐπὶ μὲν τῶν πενταχισχιλίων ἀνδρῶν, χωρὶς λέγω γυναικῶν καὶ παιδίων, δώδεκα κόφινοι περιέσσευσαν πέντε ἄρτων ὄντων, ἐνταῦθα δὲ τετρακισχιλίων ὄντων, καὶ ἑπτὰ ἄρτων ἑπτὰ σπυρίδες; Ἢ τοίνυν ἔστιν εἰπεῖν ὅτι αἱ σπυρίδες τῶν κοφίνων μείζους ἦσαν, ἵνα μὴ ἡ ἰσότης τοῦ σημείου εἰς λήθην αὐτοὺς ἐμβάλῃ τοῦ ἑνὸς διάφορος γέγονεν ὁ ἀριθμὸς περισσευσάντων.

Διὰ τοῦτο ἀφεὶς αὐτούς, εἰς πλοῖον εἰσῆλθεν, ἵνα μὴ ἀκολουθήσωσιν αὐτῷ· καὶ γὰρ ἤθελον αὐτὸν βα-
B σιλέα ποιῆσαι. Φεύγων οὖν καὶ τῆς τυραννίδος τὴν ὑποψίαν, ἀφῆκεν αὐτούς.

## ΚΕΦΑΛ. ΙϚ'.

Ποῖον σημεῖον ἐξ οὐρανοῦ ζητοῦσιν οἱ Φαρισαῖοι τὸν Χριστόν; Ἵνα στήσῃ τὸν ἥλιον, ἢ τὴν σελήνην χαλινώσῃ, ἢ κεραυνοὺς κατενέγκῃ, ἢ τὸν ἀέρα μεταβάλῃ, ὃ καὶ δέδοται· ἄλλος γὰρ ὁ νῦν καιρός, καὶ ἄλλος ὁ τῆς μελλούσης ἡμέρας, ὅτε ταῦτα γενήσεται· ἐγὼ δέ φημι ὅτι κἂν μὴ εὐθὺς ὑπήκουσεν αὐτῶν ὥσπερ προστασσόντων, ὕστερον ἔδειξεν ὅτι δύναται ποιεῖν· ἥλιος γὰρ καὶ σελήνη ἐσκοτίσθη, καὶ σεισμὸς γέγονε· καὶ τὸ ἐν τῷ ἱερῷ καταπέτασμα διεσχίσθη· γέγονε δὲ τὸ τοῦ ἡλίου πάθος οὐ λόγῳ ἐκλείψεως
C φυσικῆς, ἀλλὰ λόγῳ δυνάμεως.

Ὑποκριτὰς δὲ αὐτοὺς καλεῖ ὅτι ἕτερα μὲν ἐλάλουν, ἕτερα δὲ ἐφρόνουν· διὰ τοῦτο οὐδὲ δέδωκε σημεῖον· οὐ γὰρ διὰ τὸ πιστεῦσαι ἐζήτουν, ἀλλ' ὥστε ἐπιλαβέσθαι αὐτοῦ· ἐπεὶ πῶς ἂν οὐκ ἔδωκεν ὁ δυνάμενος, ὁ τῇ Χαναναίᾳ λέγων, *Οὐκ ἔστι καλὸν λαβεῖν τῶν τέκνων τὸν ἄρτον καὶ δοῦναι τοῖς κυναρίοις;* καὶ ὅτι εἰπόντος αὐτοῦ, *Τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ τοῦ προφήτου δοθήσεται ὑμῖν*, οὐκ ἐρωτῶσι τί ποτε ἦν· διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς ἀφεὶς αὐτοὺς ἀπῆλθεν.

Τό, *Προσέχετε ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων*, ἀπὸ τῆς διδασκαλίας αὐτῶν λέγει.

Τί οἰκονομεῖ ἐν τῷ λέγειν τοῖς ἀποστόλοις, *Ὀλιγόπιστοι;* Ἐπιτιμᾷ αὐτούς· οὐ γὰρ πανταχοῦ ἡ πραότης καλόν.

D Διὰ τί εἰς Καισάρειαν τὴν Φιλίππου ἐπαγγέλων αὐτοὺς ἐρωτᾷ, *Τίνα με λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι;* Ὡς μακρὰν αὐτῶν ὄντων τῶν Ἰουδαίων καὶ τῆς ἀγωνίας· ἔστι δὲ καὶ ἄλλη Καισάρεια ἡ Στράτωνος· μετὰ πολλὰ δὲ θαύματα ἐρωτᾷ· καὶ οὐκ ἐρωτᾷ, Τίνα με λέγουσιν οἱ Γραμματεῖς, ἀλλὰ τοῦ ἀκάστου πλήθους τὴν γνώμην· Υἱὸν δὲ ἀνθρώπου ἑαυτὸν πολλάκις λέγει, βουλόμενος τὴν οἰκονομίαν ὁμολογεῖσθαι.

Προσέχετε, παρακαλῶ, τῇ δυνάμει τῶν λέξεων· ὅπου μὲν γὰρ τὰς ἑτέρων ἀπήντησεν δόξας, προσέθηκε τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου. *Τίνα γάρ με*, φησί, *λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου;* Ὅπου δὲ τὴν αὐτῶν κρίσιν ἐζήτει, οὐκέτι προσέθηκεν τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου· ἀλλὰ τί; Ὑμεῖς

Digitized by Google

*δὲ τίνα με λέγετε εἶναι;* Οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι, φησὶν, ἄνθρωποι υἱόν με νομίζουσιν εἶναι τοῦ Ἰωσὴφ, υἱὸν ἀνθρώπου, καὶ πλέον οὐδέν· οὐ γὰρ ἔλαβόν μου πεῖραν τοσαύτην τῆς θεϊκῆς μου ἐξουσίας· ἀλλ' ὑμεῖς οἱ λαβόντες, τίνα με λέγετε εἶναι; οὐ λέγω τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, ἵνα μὴ πρὸς τὴν ἐμὴν ἀπόφασιν δράμητε· οὐ λέγω πάλιν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, ἵνα μὴ τὴν ὑμῶν ψῆφον ἁρπάσω· οὐδὲν ἐμαυτὸν νῦν γε καλῶ· τὰ πράγματα μόνον ὑμῖν χειραγωγὰ τῆς ἀποκρίσεως δέδωκα.

Ὅτι *Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος*, λέγει Πέτρος· Υἱὸν Θεοῦ λέγων καθαρῶς καὶ ἐκ τῆς αὐτοῦ οὐσίας, ἀλλ' οὐχὶ ὡς οἱ ἐν τῷ πλοίῳ, οὐδὲ ὡς ὁ Ναθαναὴλ ἕνα τῶν πολλῶν, ἀλλὰ γνησίως· διὰ τοῦτο καὶ τὸ, *Βὰρ Ἰωνᾶ*, λέγει, ἀντὶ τοῦ, υἱὲ δηλῶν, ὅτι Ὡς σὺ τοῦ Ἰωνᾶ φύσει, οὕτως ἐγὼ τοῦ Θεοῦ εἰμι Υἱός.

Ἀπορούντων τῶν μαθητῶν καὶ πρὸς ἑαυτοὺς εἰκὸς ταῦτα λεγόντων· Υἱὸν αὐτὸν Θεοῦ Πέτρος εἰπὼν, μακαρίζεται. Μάρθα πάλιν οὐχ Υἱὸν αὐτὸν εἶπεν Θεοῦ; Ναὶ γὰρ, *Κύριε*, φησὶν, *ἐγὼ πεπίστευκα ὅτι σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ εἰς τὸν κόσμον ἐρχόμενος*. Τί οὖν ἐκείνη μακαρισμῶν οὐκ ἠξιώθη τινῶν, ἀλλὰ Πέτρος ὥς τι καινὸν εἰπὼν μακαρίζεται; ἡμεῖς πάλιν συμφώνως ὅτε τῇ θαλάσσῃ καὶ τοῖς ἀνέμοις ἐπετίμησεν, οὐχ ὡς Υἱὸν Θεοῦ αὐτὸν προσεκυνήσαμεν καὶ μετὰ φωνῆς ἐβοήσαμεν, *Ἀληθῶς Θεοῦ Υἱὸς εἶ*; διὰ τί μακαρίους ἡμᾶς οὐκ ἐκάλεσεν τότε; Ταῦτα τῶν μαθητῶν ἐνθυμουμένων, ὁ Δεσπότης ἐπάγει· *Βὰρ Ἰωνᾶ*, τουτέστιν, Υἱὲ τοῦ Ἰωνᾶ. Ὡς ἐκήρυξας γάρ μου, φησὶ, τὸν Πατέρα, οὕτω κἀγὼ κηρύττω σου τὸν πατέρα· μὴ χρῄζων μὲν τοῦ σοῦ μνημονεῦσαι πατρὸς, δεῖξαι δὲ βουλόμενος τὸ ταυτοφυὲς ἐμοῦ καὶ Πατρός· εἰκόνα σὲ, καὶ τὸν σὸν πατέρα, ἐμοῦ καὶ τοῦ Πατρὸς προστίθημι νῦν· ἐκ τῶν καθ' ὑμᾶς μανθανέτωσαν ἅπαντες Υἱοῦ καὶ Πατρὸς τὴν ταυτότητα. Ὃν γὰρ τρόπον ὅμοιος σὺ τῷ Ἰωνᾷ κατὰ φύσιν, οὕτως ὅμοιος ἐγὼ τῷ Πατρὶ κατ' οὐσίαν· ὡς οὐκ εἶ σὺ κτίσμα τοῦ οἰκείου πατρὸς, ἀλλὰ γέννημα, οὕτω; οὐδὲ ἐγὼ κτίσμα τοῦ Πατρὸς, ἀλλὰ γέννημα· σὺ ἀνθρώπου, ἐγὼ Θεὸς ἐκ Θεοῦ· σὺ γεγέννησαι ἐκ τοιούτου, ἐγὼ φῶς ἐκ φωτός· σὺ ὅμοιος ἐξ ὁμοίου, κἀγὼ ὅμοιος ἐξ ὁμοίου· διὰ τοῦτο μακαρίζω τὸν Πέτρον, ὅτι περ οὐχ ὥσπερ οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων Υἱόν με Θεοῦ προσηγόρευσαν κατὰ χάριν, οὕτω ὁ Πέτρος· ἀλλ' ὡς αὐτὸς ἀληθῶς υἱὸς τοῦ οἰκείου πατρὸς οὕτως Υἱόν με ἀληθῆ προσεῖπεν τοῦ Θεοῦ· ὡς αὐτὸς ἀρχὴν ἔχων ἐξ ἀρχὴν ἔχοντος ἐγεννήθη, οὕτως ἄναρχόν με Υἱὸν ἀνάρχου Πατρὸς ἀνεκήρυξεν· ὡς αὐτὸς θνητὸς ἐκ θνητοῦ, οὕτως ἀθάνατόν με Υἱὸν ἐξ ἀθανάτου Πατρὸς ὡμολόγησεν· διὰ τοῦτο γάρ με Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος προσηγόρευσεν· ὁ γὰρ τοῦ ζῶντος Υἱὸς ζῶν καὶ αὐτὸς, ἀτρέπτου Πατρὸς ἄτρεπτος πάντως Υἱός· ἔοικεν ἀεὶ κατὰ πάντα τῷ γεγεννηκότι τὸ γέννημα· καὶ οὕτως ἀθάνατόν με Θεὸν ἀθανάτου καὶ ζῶντος Υἱὸν προσηγόρευσεν· ὅστιπερ μετὰ μικρὸν ἂν ἀκούσῃ θάνατον καὶ σταυρὸν, εὐθὺς ναρκήσας βοήσῃ λέγων· *Ἵλεώς σοι, Κύριε, οὐ μὴ ἔσται σοι τοῦτο.* Οὔπω γὰρ ἔγνω τῆς σαρκός μου

A Alii enim, dicit, homines filium Joseph me esse putant, filium hominis et nihil amplius; non enim tantam a me receperunt probationem divinæ meæ potestatis. Sed vos qui recepistis, quem me esse dicitis? Non dico filium hominis, ne ad meam apparentiam recurratis; non dico rursum Filium Dei, ne vestrum suffragium præveniam. Nihil me nunc voco; res tantum vobis sententiam promoventes dedi.

Quod Petrus dicit, *Tu es Christus, Filius Dei vivi;* Filium Dei vocat proprie et ex sua natura, sed non ut illi qui erant in navigio, neque ut Nathanael unum e multis, sed legitimum Filium. Ideo et Christus dicit : *Bar Jona*, et non Jonæ fili, ostendens quod, Sicut tu Jonæ natura es filius, sic B ego Dei sum Filius.

Vers. 17. Hæsitantibus discipulis, et intra se verisimiliter talia dicentibus : Petrus illum Filium Dei vocans beatus dicitur. Martha iterum nonne Filium Dei illum esse dixit? Ita; nam dicit, *Domine, ego credidi quia tu es Christus, Filius Dei, qui in hunc mundum venisti*, quid ergo illa non beata dici digna inventa est, cum Petrus, ceu aliquid novi dicens, beatus prædicatur? Nos quoque unanimiter quando mari et ventis imperavit, nonne ut Filium Dei illum adoravimus et voce magna clamavimus : *Vere Filius Dei es?* Cur beatos nos non tunc vocavit? Talia discipulis cogitantibus, Dominus adjicit : C *Bar Jona*, id est, fili Jonæ, ut prædicasti, inquit, meum Patrem, sic ego quoque prædico tuum patrem; non quidem necesse habens tuum patrem memorare, sed volens ostendere communem mei et Patris naturam, nunc et patrem tuum ut imaginem mei et Patris mei propono; e quibus secundum vos discant omnes Patris et Filii naturæ similitudinem. Nam quomodo similis tu Jonæ es secundum naturam, sic ego similis sum Patri secundum substantiam; ut tu non es creatus, sed genitus a proprio patre, ita ego non creatus sum a Patre, sed genitus; tu homo de homine, ego Deus de Deo; tu genitus es de tali, ego lumen de lumine; tu similis de simili, ego quoque similis de simili. Ob hanc causam beatum dico Petrum, quia non ut cæteri homines Filium Dei me procla- D maverunt secundum gratiam, ita Petrus, sed ut ipse vere filius est proprii patris, ita Filium me verum prædicavit Dei; ut ipse initium habens ex habente initium genitus est, ita æternum me Filium æterni Patris proclamavit; ut ipse mortalis de mortali, ita immortalem me Filium de immortali Patre confessus est; ideo enim me Filium Dei vivi proclamavit. Nam vivi Patris Filius vivus et ipse, immutabilis Patris immutabilis omnino Filius. Similis semper est in omnibus genitori genitus; et ita immortalem me Deum immortalis et vivi Filium prædicavit. Quod si brevi audierit mortem et crucem, confestim stupens clamabit dicens : *Absit a te, Domine, non erit tibi hoc.* Nondum enim cognoscebat carnis meæ passionem, et propter hoc increpationem a me recipiet; non-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

dum consilium Patris cognoscebat, sed ita immortalem Deum me cognoscit. Ideo de carne mea passionem ambiguam habet, non enim putat indumentum vitam induens posse a morte possideri. Ob eam rem illi ergo dixi : *Beatus es, Simon Bar Jona;* cogitationem Petri explicans, vim paternæ revelationis exponens : Ideo beatus es, quia sicut tu filius Jonæ, ita et me Filium prædicasti Patris, et primus evangelizasti meam originem, quod nempe Filium Pater similem sibi secundum substantiam genuit. Non dixit simpliciter, Pater, aut, Qui in cœlis est, sed, *Pater meus,* me a creatione eximens. Et particularem mei dicens Patrem, Patrem; quoniam enim et hominum Pater Deus nominatus est : dicit enim propheta : *Nonne Pater omnium nostrum Deus?* Ideo particularem mei Patrem compellavi, tanquam Patrem non secundum gratiam, sed secundum naturam.

VERS. 18. Resipisce, Arie, et paulo a furore quiesce : cognoscis Patris potentiam, vide et Filii auctoritatem , *Et ego dico tibi.* Et ego : ut cum auctoritate revelavit Pater, ita et ego cum auctoritate revelo meipsum. *Et ego dico tibi,* iste dixit, non illud. Et ego dico tibi illud quia tu es Petrus : ut prædicasti de me propriam et firmam divinitatem, ita et ego prædico tuæ confessionis firmitatem. Ex his quæ dixisti, appellationem accipe.

*Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam,* in confessione dicit : petram autem dicit quia firma est talis fides; Ecclesiam vero vocat quia multi credere debent.

Quid dicis, Arie? quid dicis, Eunomie? *Ædificabo Ecclesiam meam,* inquit Christus; non dixit, Ædificabo Patris Ecclesiam. Noscis auctoritatem Filii, noscis potestatem Domini, ecce Filius Ecclesiam possidet solus. Da mihi Patris Ecclesiam; exsors est Ecclesiæ Pater, exclusus ab Ecclesia Pater; nisi una sit substantia Patris et Filii; non Ecclesia una Patris et Filii est, quomodo Filii Ecclesiæ participabit Pater? Attamen, si inferior substantia esset Filius et auctoritate privatus, nonne debuit dicere : Ædificabo Patris Ecclesiam? Vides ut, si quis verbis hæreat, neque suas cogitationes sequatur, in præcipitia, sicut tu, et in abyssos cadit.

*Portæ inferi non prævalebunt adversus eam,* de mortibus, ut opinor, dicit illatis ab hæreticis et idololatris credentium corporibus, neque valentibus aliquid facere, aut adversus eos prævalentibus.

VERS. 19. Cur dicit, *Et ego tibi dabo claves regni cœlorum?* Similem se Patri ostendens. Ut iste, dicit, dedit donum confessionis istius, sic ego solvendi et ligandi donum : non enim dixit : Advocans dabo.

VERS. 21. *Exinde cœpit Jesus ostendere illis quia*

τὸ πάθος· καὶ διὰ τοῦτο τὴν ἐπιτίμησίν μου δέξηται οὔπω τὴν οἰκονομίαν ἔγνω τὴν πατρικὴν, ἀλλ' οὕτως ἀθάνατόν με γινώσκει Θεόν· ὅτιπερ καὶ περὶ τῆς σαρκὸς τῆς ἐμῆς ἀμφίβολον ἔχει τὸ πάθος· οὐ γὰρ νομίζει τὴν ὑπὸ ζωῆς φερομένην στολὴν δύνασθαι θανάτῳ κρατεῖσθαι· διὰ τοῦτο πρὸς αὐτὸν εἶπον ἐγώ· *Μακάριος εἶ, Σίμων βὰρ Ἰωνᾶ·* τὴν ἔννοιαν ἐξηγούμενος Πέτρου, τὴν δύναμιν τῆς πατρικῆς ἀποκαλύψεως φράζων· διὰ τοῦτο μακάριος εἶ, ὅτιπερ ὡς σὺ υἱὸς τοῦ Ἰωνᾶ, οὕτως κἀμὲ Υἱὸν προσηγόρευσας τοῦ Πατρὸς, καὶ πρῶτος εὐηγγελίσω τὴν κτίσιν· ὅτιπερ Υἱὸν ὁ Πατὴρ ὅμοιον αὐτῷ κατ' οὐσίαν ἐγέννησε. Οὐκ εἶπεν ἁπλῶς· Ὁ Πατὴρ ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἀλλ', *Ὁ Πατήρ μου,* ὑπεξαίρων ἐμαυτὸν τῆς κτίσεως· καὶ ἴδιόν μου λέγων Πατέρα, τὸν Πατέρα. Ἐπειδὴ γὰρ καὶ ἀνθρώπων Πατὴρ ὁ Θεὸς ὠνομάζετο (λέγει γὰρ ὁ προφήτης· *Οὐχὶ Πατὴρ πάντων ἡμῶν ὁ Θεός;*), διὰ τοῦτο ἴδιόν μου Πατέρα προσεῖπον τὸν Θεὸν, ὡς ὄντα Πατέρα, οὐχ ὡς κατὰ χάριν Πατέρα, ἀλλ' ὡς κατὰ φύσιν.

Νῆψον, Ἄρειε, καὶ μικρὸν τῆς μανίας ἀπόστηθι· εἶδες Πατρὸς ἐξουσίαν· βλέπε καὶ Υἱοῦ αὐθεντίαν. *Κἀγὼ δέ σοι λέγω.* Κἀγώ. Ὡς μετὰ αὐθεντίας ἀπεκάλυψεν ὁ Πατὴρ, οὕτως κἀγὼ μετ' αὐθεντίας ἀποκαλύπτω τὸ μέ· *Κἀγὼ δέ σοι λέγω,* ἐκεῖνος εἶπεν, οὐ τοῦτο· κἀγὼ δέ σοι λέγω τοῦτο, ὅτι σὺ εἶ Πέτρος· ὡς ἐκήρυξάς μου τὸ ἴδιον καὶ ἀσάλευτον τῆς θεότητος, οὕτως κἀγὼ κηρύττω σου τὸ τῆς ὁμολογίας ἀσάλευτον· ἐξ ὧν εἶπας, τὴν προσηγορίαν κομίζου.

Τὸ *Ἐπὶ ταύτῃ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν Ἐκκλησίαν,* ἐπὶ τῇ ὁμολογίᾳ λέγει· πέτραν δὲ λέγει διὰ τὸ στεῤῥὰν εἶναι τὴν τοιαύτην πίστιν· Ἐκκλησίαν δὲ εἶπεν ὅτι πολλοὶ μέλλουσιν πιστεύει

Τί λέγεις, Ἄρειε; τί λέγεις, Εὐνόμιε; *Οἰκοδομήσω μου τὴν Ἐκκλησίαν,* εἶπεν ὁ Χριστός· οὐκ εἶπεν· Οἰκοδομήσω τὴν τοῦ Πατρὸς Ἐκκλησίαν. Εἶδες αὐθεντίαν Υἱοῦ, εἶδες ἐξουσίαν Δεσπότου· ἰδοὺ ὁ Υἱὸς Ἐκκλησίαν κέκτηται μόνος· δός μοι τὴν τοῦ Πατρὸς Ἐκκλησίαν· ἄμοιρος ὁ Πατὴρ Ἐκκλησίας, ἀκτήμων ὁ Πατὴρ Ἐκκλησίας· εἰ μὴ μία οὐσία Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, οὐδὲ Ἐκκλησία μία Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, πῶς Υἱοῦ κοινωνήσει τῇ Ἐκκλησίᾳ Πατήρ; Καίτοι εἰ ὑπεξούσιος ἦν ὁ Υἱὸς καὶ γυμνὸς αὐθεντίας, οὐκ ὤφειλεν εἰπεῖν· Οἰκοδομήσω τὴν τοῦ Πατρὸς Ἐκκλησίαν; Ὁρᾷς ὡς εἴ τις δουλεύει ταῖς λέξεσι, καὶ μὴ τοῖς ἐνθυμήμασιν ἕπεται, πρὸς κρημνοὺς, καθάπερ σὺ, πίπτει καὶ βάραθρα.

Τὸ, *Πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς,* ὡς ἡγοῦμαι, τοὺς θανάτους λέγει τοὺς διὰ τῶν αἱρέσεων καὶ εἰδωλολατρῶν ἐπιφερομένους ἐπὶ τῶν πιστευόντων τὰ σώματα, καὶ μὴ ἰσχυσάντων τι ποιῆσαι ἢ κατισχῦσαι αὐτῶν.

Διὰ τί λέγει, *Καὶ ἐγὼ δέ σοι τὰς κλεῖς τοῦ οὐρανοῦ;* Ὅμοιον ἑαυτὸν δεικνὺς τῷ Πατρί. Ὡς ἐκεῖνος, φησὶν, ἔδωκε τὸ χάρισμα τῆς γνώσεως ταύτης, οὕτως ἐγὼ τὸ λύειν καὶ δεσμεῖν· οὐκ εἶπεν γάρ· Παρακαλέσας δώσω.

*Ἀπὸ τότε ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς δεικνύειν αὐτοῖς*

Digitized by Google

ὅτι δεῖ *αὐτὸν πολλὰ παθεῖν*. Ἀπὸ τότε, πότε; Ὅτε ἔπηξεν ἐν αὐτοῖς τὸ δόγμα τὸ ὀρθόν· ἐνόμιζον γὰρ πολλῷ βέλτιον τὸ μὴ ἀποθανεῖν αὐτόν.

Τὸ, *Ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν*, τοιοῦτόν ἐστιν· Ὥσπερ, φησὶν, ἑτέρου τυπτομένου, ἢ τὴν ἐπὶ θανάτῳ ἀγομένου ἢ μαστιζομένου, οὐκ ἀεὶ παριστάμεθα, οὐ βοηθοῦμεν, οὐ πάσχει τι πρὸς αὐτὸν τοσοῦτον ὁ ὁρῶν, οὕτω οὐδὲ ἐφ' ἑαυτῶν, κἂν ἐλαυνώμεθα, κἂν θνήσκωμεν, δεῖ ἡμᾶς πολλοῦ λόγον ποιεῖσθαι τούτων.

Τὸ, *Ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ καὶ ἀκολουθείτω μοι*, τὸν θάνατον λέγει, καὶ θάνατον τὸν ἐπονείδιστον.

Τὸ, *Ὃς ἂν θέλῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι, ἀπολέσει αὐτὴν*, περὶ τῆς παρὰ τὸ δέον σωτηρίας λέγει, τὴν ἐκ τῶν κινδύνων διαφυγὴν ἀπώλειαν καλῶν· ὥσπερ καὶ τοὐναντίον σωτηρίαν, τὴν δοκοῦσαν ἀπώλειαν.

Τὸ, *Εἰσί τινες τῶν ὧδε ἑστηκότων οἳ οὐ μὴ γεύσωνται θανάτου ἕως ἂν ἴδωσιν τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ*, βασιλείαν αὐτοῦ λέγων τὴν μεταμόρφωσιν, οὐ τὴν ἀνάληψιν, ὡς ἡγοῦμαι· ὧδε γὰρ, τινὲς, ἐκεῖ δὲ πάντες. *Καὶ ἄλλως· Εἰσίν τινες τῶν ὧδε ἑστηκότων*, καὶ ἑξῆς· διὰ τὸν Πέτρον καὶ Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην φησίν· οὗτοι γὰρ ἐν τῇ μεταμορφώσει συμπαρελήφθησαν, ἣν καλεῖ βασιλείαν αὐτοῦ· ὡς ἐκφήνασαν τῆς ἐξουσίας τὸ ἄφατον, καὶ τῆς πρὸς τὸν Πατέρα γνησιότητος τὸ σφοδρὸν καὶ ἀπαράλλακτον· ἐν αὐτῇ γὰρ καὶ τῆς δευτέρας αὐτοῦ παρουσίας τὸ ἀξίωμα καὶ τὸ φρικτὸν ὑπεδήλωσε· προοίμιον ταύτην ἐκείνης, καὶ οἷον βεβαίωσιν ἐνδειξάμενος.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΖ'.

*Καὶ μεθ' ἡμέρας ἓξ παραλαμβάνει ὁ Ἰησοῦς τὸν Πέτρον καὶ τὸν Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην*, καὶ τὰ ἑξῆς, ἐν τῷ μεταμορφοῦσθαι· ἄλλος δὲ εὐαγγελιστὴς μεθ' ἡμέρας ὀκτὼ λέγει, οὐκ ἐναντιούμενος, ἀλλὰ τὴν ὅτε ἐφθέγξατο, καὶ τὴν ὅτε ἀνήγαγεν εἰπών· ὁ δὲ τὰς διὰ μέσου μόνας εἴρηκεν.

Διὰ τί τοὺς τρεῖς μόνους λαμβάνει εἰς τὸ ὄρος; Ὡς ἀξιωτέρους καὶ σφόδρα φιλοῦντας· καὶ γὰρ ὁ Πέτρος σφόδρα ἐφίλει αὐτόν· Ἰωάννης δὲ ἐκ τοῦ σφόδρα φιλεῖσθαι· Ἰάκωβος δὲ ἀπὸ τῆς ἀποκρίσεως τῆς μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ ἧς ἀπεκρίθη, ὅτι *Δυνάμεθα πιεῖν τὸ ποτήριον*.

Τὸ φαινόμενον φῶς ὑπὲρ ἥλιον ἦν· εἶπεν δὲ ὁ εὐαγγελιστὴς ὡς ὁ ἥλιος, ἐπειδὴ τὸ ἄστρον τοῦτο μόνον γνώριμόν ἐστιν ἐν ὑπερβολῇ φωτός. Λευκὸς ἦν ὡς χιών· οὐκ ἔχω ἄλλην ὕλην λευκοτέραν. Ὅτι γὰρ ὑπὲρ ἥλιον ἔλαμψεν, ἀπὸ τοῦ ἑξῆς δείκνυται, Καὶ ἔπεσον χαμαὶ οἱ μαθηταί· εἰ δὲ ὡς ὁ ἥλιος ἔλαμψεν, οὐκ ἔπιπτον οἱ μαθηταί· ἥλιον γὰρ ἔβλεπον καθ' ἡμέραν καὶ οὐκ ἔπιπτον· ἀλλ' ἐπειδὴ ὑπὲρ τὸν ἥλιον ἔλαμψεν, καὶ ὑπὲρ τὴν χιόνα, διὰ τοῦτο μὴ φέροντες τὴν λαμπηδόνα κατέπεσον. Εἰπέ μοι οὖν, εὐαγγελιστὰ, ὑπὲρ τὸν ἥλιον ἔλαμψε, καὶ σὺ λέγεις ὡς ὁ ἥλιος; Ναί· γνώριμόν σοι θέλω ποιῆσαι τὸ φῶς· οὐκ ἔχω ἄλλο ἄστρον· οὐκ ἔχω ἄλλην εἰκόνα, τὴν ἐν τοῖς

A *oportet eum multa pati :* quando, exinde? Quando fixit in eis dogma rectum; putabant enim multo melius esse illum non mori.

VERS. 24. Illud, *Abneget semetipsum*, tale est : Sicut, inquit, alteri percusso, aut ad mortem ducto, aut flagellato, non semper succurrimus, non opitulamur, non omnis qui videt talia patitur pro illo, sic neque nos in nobis, licet expellamur, licet moriamur, oportet multi facere talia.

*Tollat crucem suam et sequatur me*, mortem intelligit, et mortem contumeliosam.

VERS. 25. *Qui voluerit animam suam salvam facere, perdet eam*, de salute in officio complendo dicit, B periculorum fugam perditionem vocans; ut e contrario salutem dicit, quod videtur perditio.

VERS. 28. *Sunt quidam de hic stantibus qui non gustabunt mortem, donec videant Filium hominis venientem in regno suo;* regnum suum dicit suam transfigurationem, non ascensionem, ut opinor; nam illam quidam videbunt, hanc vero omnes. Aliter : *Sunt quidam de hic stantibus*, etc.; de Petro, Jacobo et Joanne loquitur; hi enim in transfiguratione cum illo assumpti sunt, quam vocat regnum suum; quasi manifestantem potentiam ejus ineffabilem, et unionem cum Patre mirabilem et incomparabilem. In illa enim secundi sui adventus majestatem et C terrorem subostendit; præludium illam hujus, et quasi confirmationem proponens.

## CAPUT XVII.

VERS. 1. *Et post dies sex assumit Jesus Petrum, et Jacobum, et Joannem*, et reliqua, et transfiguratus est. Alius autem evangelista post dies octo dicit, non contraria dicens, sed diem quo locutus est, et diem quo subiit in montem adjiciens; iste vero solos dies intermedios dixit.

Cur tres solos sumit in montem subiturus? Ut digniores et valde illum amantes. Etenim Petrus multum illum diligebat; Joannes multum ab illo diligebatur; Jacobus autem, ob responsum quod D cum fratre responderat, *Possumus bibere calicem*.

VERS. 2. Resplenduit facies magis quam sol; dicit autem evangelista sicut sol, quoniam sidus istud solum exemplum est splendidissimæ lucis. Alba sicut nix; non nosco aliam materiam albam magis. Quod autem magis quam sol resplenduit, sequentia ostendunt : ceciderunt in terram discipuli. Si vero sicut sol resplenduisset, non cecidissent discipuli; solem enim singulis diebus videbant et non cadebant; sed quoniam magis quam sol resplenduit, et magis quam nix, ideo non sustinentes splendorem ceciderunt. Dic mihi igitur, evangelista, magis quam sol resplenduit cur tu dicis sicut sol? Exemplum tibi volo dare lucis, non habeo sidus aliud, non habeo aliam si-



Digitized by Google

militudinem quæ in sideribus principatum obtineat, hac usus sum, ne verbi egestate detinearis.

Vers. 3. Cur Elias et Moyses in medium adducuntur? Primo, ut ostenderetur quia non Elias est, ut dixi, neque Moyses; secundo, ne in illis de quibus illum arguebant ut legis violatorem, ostenderetur quia mendax est : non enim cum illo conversati fuissent; tertio, ut discant eum mortis et vitæ potestatem habere, qui nempe illum profert, et hunc suscitat. Quid vero dicebant gloriam quam completurus erat in Jerusalem? Id est, passionem ejus, et crucem, et resurrectionem, et similia.

Vers. 4. Cur dicit Petrus, *Bonum est nos hic esse in solitudine?* Quia audiebat tradendum esse ad mortem Christum : et illud Lucas ostendens dicit, *Nesciens quid diceret.*

Vers. 5. *Vox de nube*, quia sic Deus cognoscebatur; lucida autem nubes, quia timeri non volebat. Ubi enim metus, ibi tenebrosa est nubes, ut in monte Sina. Ideo postquam disparuissent Moyses et Elias, tunc fit vox, ne de illorum aliquo, sed de Christo intelligatur vox quæ audita est.

Non Christum solum operuit nubes, sed etiam discipulos, ne putaretur Christus vocem emisisse.

Illud, *In quo complacui*, idem sonat ac, In quo quiesco. Additum est autem, *Illum audite*, ne, licet crucifigatur, deficiant animo.

Vers. 6. Cur, quando in baptismate vox facta est, non ceciderunt, hic autem istud accidit? Quia in baptismate turba erat, hic vero desertum et altitudo, solique erant per solitudinem, et ante oculos splendens prodigium lucis purissimæ et nubes hos tale experiri facit.

Vers. 7. Quid est, *Gravati erant somno?* Quia magno possidebantur stupore; hoc autem a visione illa miraculosa oriebatur.

Vers. 9. Cur dicit nemini dicant donec a mortuis resurgat? Quia quanto majora dicta fuissent, tanto invidia et incredulitate laborantes illa ægre magis accepta habuissent; sed post resurrectionem, e medio ablato illo quem oderint, et apostolis jam credentibus, turbæ apostolorum miracula cernentes credere poterunt.

Vers. 10. Interrogaverunt eum discipuli : *Quid Scribæ dicunt, quod Eliam oporteat primum venire?* et unde hoc dicebant? Obtinebat hic sermo et proferebatur male intellectus a Scribis, ut et qui de Christo erant. Veritas autem se ita habebat; Scripturæ quidem duos memorant Christi adventus, hunc et futurum, et prophetæ utriusque præcursorem Eliam futurum esse dicunt. Nam unius Joannes fuit præcursor, quem Eliam vocat Christus, non quod sit Elias, sed quod ministerium Eliæ implevit. Scribæ igitur hæc confundentes, secundi solius mentionem faciebant; ille autem dicit ad discipulos : *Elias quidem venit et restituet omnia.* Quæ omnia? Quæ propheta dicebat præsertim : *Mittam*, inquit, *angelum meum*, et reliqua. Et hoc fiet quando

A ἄστροις βασιλεύουσαν· ταύτην εἶπον ἵνα μὴ τῇ εὐτελείᾳ τῆς λέξεως ἐναπομείνῃς.

Διὰ τί Ἠλίας καὶ Μωσῆς εἰς μέσον ἄγεται; Πρῶτον μὲν ἵνα δείξῃ ὅτι οὔτε Ἠλίας ἐστὶν ὡς ἔλεγον, οὔτε Μωσῆς· δεύτερον, ἵνα μὴ περὶ ὧν ἐνεκάλουν αὐτῷ ὡς παρανόμῳ, δείξῃ ὅτι ψεῦδός ἐστιν· οὐ γὰρ ἂν συνωμίλουν· τρίτον ἵνα μάθωσιν ὅτι καὶ θανάτου καὶ ζωῆς ἐξουσίαν ἔχει, τὸν μὲν ἐνεγκὼν, τὸν δὲ ἀναστήσας· τί δὲ συνελάλουν τὴν δόξαν ἣν ἔμελλε πληροῦν ἐν Ἱερουσαλήμ; Τουτέστιν τὸ πάθος καὶ τὸν σταυρὸν, καὶ τὴν ἀνάστασιν, καὶ τὰ ὅμοια.

Διὰ τί λέγει ὁ Πέτρος, *Καλὸν ἡμᾶς ὧδε εἶναι εἰς ἐρημίαν;* Διὰ τὸ ἀκοῦσαι ὅτι παραδοθήσεται εἰς θάνατον ὁ Χριστός· καὶ τοῦτο Λουκᾶς δηλῶν ἔλεγεν
B ὅτι, *Εἰ καὶ μὴ ᾔδει τί ἐλάλει.*

*Ἀπὸ νεφέλης* δὲ *ἡ φωνὴ*, ὅτι οὕτως ὀπτάνεται ὁ Θεός· φωτεινὴ δὲ ὅτι οὐ φοβῆσαι ἐβούλετο· ὅπου γὰρ ἀπειλὴ, ἐκεῖ σκοτεινὴ, ὥσπερ ἐν Σινᾷ ὄρει· διὰ τοῦτο μετὰ τὸ ἀφανεῖς γενέσθαι τόν τε Μωσέα καὶ Ἠλίαν, τότε γίνεται ἡ φωνὴ, ἵνα μὴ ἐπ' αὐτῶν τινος, ἀλλ' ἐπὶ Χριστὸν λογισθῇ ἡ φωνὴ ἡ ἐρχομένη.

Οὐ τὸν Χριστὸν μόνον ὑπέλαβεν ἡ νεφέλη, ἀλλὰ καὶ τοὺς μαθητὰς, ἵνα μὴ νομισθῇ ὅτι Χριστὸς ἀφῆκεν τὴν φωνήν.

Τὸ, *Ἐν ᾧ εὐδόκησα*, ἀντὶ τοῦ, Ἐν ᾧ ἀναπαύομαι, δηλοῖ· προσέθετο δὲ τὸ, *Αὐτοῦ ἀκούετε*, ἵνα κἂν σταυρωθῇ, μὴ ῥαθυμήσωσιν.

Διὰ τί ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος τῆς φωνῆς γενομένης
C οὐ κατέπεσον, ὧδε δὲ τοῦτο πάσχουσιν; Ἐπειδὴ ἐκεῖ μὲν ὄχλος, ὧδε δὲ ἔρημος καὶ ὕψος, καὶ μόνοι μεθ' ἡσυχίας, καὶ τὸ γινόμενον κατ' ὀφθαλμοὺς ἐκπληκτὸν φῶς ἄκρατον καὶ νεφέλη, ἅπερ τοῦτο παθεῖν ἐποίει.

Τί ἐστιν τὸ, *Βεβαρημένοι ἦσαν ὕπνῳ;* Ὅτι πολλῷ κατείχοντο κάρῳ· τοῦτο δὲ ἀπὸ τῆς ὄψεως ἐκείνης τῆς θαυμαστῆς ἦν γεγενημένον.

Διὰ τί λέγει μηδενὶ εἰπεῖν ἕως ἂν ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ; Ἐπειδὴ ὅσῳ μείζονα ἐλέγετο, τοσοῦτον εἰς φθόνον καὶ ἀπιστίαν ὄντες, δυσπαράδεκτα εἶχον αὐτά· μετὰ δὲ τὴν ἀνάστασιν, ἐκ μέσου μὲν ὁ φθονούμενος καὶ οἱ μὲν ἀπόστολοι ἤδη πιστεύοντες, οἱ δὲ ὄχλοι τὰ παρὰ τῶν ἀποστόλων θαύματα ὁρῶντες πιστεύσειαν ἄν.

D Ἐπηρώτησαν αὐτὸν οἱ μαθηταὶ, ὅτι *Οἱ γραμματεῖς λέγουσιν Ἠλίαν δεῖ ἐλθεῖν πρῶτον*· καὶ πόθεν τοῦτο ἔλεγον; Ἐκράτει μὲν ὁ λόγος καὶ περιεφέρετο κακῶς νοούμενος παρὰ τῶν Γραμματέων· ὥσπερ καὶ οἱ περὶ τοῦ Χριστοῦ· ἡ δὲ ἀλήθεια ἔχει οὕτως· Αἱ μὲν Γραφαὶ, δύο λέγουσι παρουσίας τοῦ Χριστοῦ, ταύτην καὶ τὴν μέλλουσαν· καὶ οἱ προφῆται ἑκατέρας πρόδρομον τὸν Ἠλίαν ἔσεσθαι λέγουσιν· τῆς γὰρ ἄλλης ὁ Ἰωάννης ἐγίνετο, ὃν καὶ Ἠλίαν ὁ Χριστὸς καλεῖ, οὐκ ἐπειδὴ Ἠλίας ἦν, ἀλλ' ἐπειδὴ τὴν διακονίαν ἐπλήρωσεν Ἠλίου· οἱ Γραμματεῖς οὖν συγχέοντες ταῦτα, τῆς δευτέρας ἐμνημόνευον μόνης· αὐτὸς δέ φησι πρὸς τοὺς μαθητάς· *Ἠλίας μὲν ἔρχεται καὶ ἀποκαταστήσει πάντα.* Ποῖα πάντα; Ἅπερ ὁ προφήτης ἔλεγε μάλα· *Ἀποστελῶ*, φησὶ, *τὸν ἄγγε-*

Digitized by Google
Распознавание текста ABK/FR

Ἐπειδὴ δύο ἐρωτήσεις προσήνεγκαν οἱ μαθηταὶ τῷ Χριστῷ, μίαν περὶ τῆς συντελείας τῶν Ἱεροσολύμων, καὶ ἑτέραν περὶ τῆς συντελείας τοῦ κόσμου, εἰπὼν περὶ τῆς τῶν Ἱεροσολύμων τά τε προάγοντα σημεῖα, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ τῷ πάθει, καὶ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ πάθους, καὶ τὴν μετὰ τὸ πάθος ἐπὶ τῇ κολά-

Digitized by Google

δώσει τῶν ἡμερῶν ἐκείνων φιλανθρωπίαν τοῦ Θεοῦ, νῦν μεταβαίνει καὶ ἐπὶ τὴν τοῦ κόσμου συντέλειαν· τὸ δὲ, *τότε*, οὐκ ἔστιν ἐμφαντικὸν τοῦ μετὰ τὸ, εὐθέως, ἀλλὰ μόνον καιροῦ παραστατικόν ἐστιν ἐκείνου, καθ' ὃν τὰ ῥηθησόμενα μέλλει γίνεσθαι· καὶ τούτῳ κέχρηται πολλάκις τῷ ἰδιώματι ἡ τοῦ Εὐαγγελίου Γραφή.

Πληρώσας περὶ τῶν Ἱεροσολύμων, εἰς τὴν ἑαυτοῦ διαβαίνει δευτέραν παρουσίαν, καὶ λέγει τοῖς μαθηταῖς τὰ σημεῖα· εἶτα, *Τότε*, φησὶν, *ἐάν τις εἴπῃ, Ὧδε ὁ Χριστὸς, μὴ πιστεύσητε*. Τὸ δὲ, *τότε*, οὐ τῆς ἀκολουθίας ἐστὶ τοῦ καιροῦ, ἀλλὰ τὰ τοῦ τότε καιροῦ μόνα· ὅπου γὰρ ἀκολουθίαν ἐβούλετο εἰπεῖν τὸ, εὐθέως, λέγει· ἐνταῦθα δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ τὸ, *τότε*. Οὕτω καὶ ὅτ' ἂν λέγῃ· *Ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις παραγίνεται Ἰωάννης*· καίτοι γε μεταξὺ γέγονεν ἔτη· ἀλλ' ἔθος τῇ Γραφῇ τούτῳ κεχρῆσθαι τῆς ἱστορίας τῷ τρόπῳ. Οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα, τὸν μέσον ἅπαντα χρόνον παρελθὼν ἀπὸ τῆς ἁλώσεως τῶν Ἱεροσολύμων ἕως τῶν προοιμίων τῆς συντελείας τοῦ σύμπαντος κόσμου λέγει, *Τότε ἐάν τις ὑμῖν εἴπῃ, ὅτι Ὧδε ὁ Χριστός*.

Πῶς νοητέον τὸ, *Ὅπου τὸ πτῶμα, ἐκεῖ οἱ ἀετοὶ συναχθήσονται*; Τοῦτό ἐστιν, τὸ πλῆθος τῶν ἀγγέλων καὶ τῶν μαρτύρων καὶ τῶν ἁγίων πάντων μετὰ Χριστοῦ εὑρεθήσονται.

*Εὐθέως δὲ μετὰ τὴν θλῖψιν τῶν ἡμερῶν ἐκείνων, ὁ ἥλιος μεταστραφήσεται εἰς αἷμα*. Πότε λέγει; Μετὰ τὴν τοῦ Ἀντιχρίστου ἔλευσιν. *Καὶ ὁ ἥλιος σκοτισθήσεται*· οὐκ ἀφανιζόμενος, ἀλλὰ νικώμενος τῷ φωτὶ τῆς παρουσίας αὐτοῦ. *Τὰ δὲ ἄστρα πεσεῖται*, ὅτι οὐκ ἔσται αὐτῶν χρεία νυκτὸς οὐκ οὔσης· ἢ μᾶλλον οὐ πεσεῖται, ἀλλὰ τῷ φωτὶ ἀμαυρωθήσεται, ὡς νομίζειν πεσεῖν, καθὼς καὶ ὁ ἥλιος.

Περὶ ποίου σημείου λέγει, ὅτι φανήσεται ἐν τῷ οὐρανῷ; Περὶ τοῦ σταυροῦ· ὥστε τοῦ ἡλίου φαιδρότερος ἔσται· φανήσεται δὲ τὴν τῶν Ἰουδαίων ἐπιστομίζων ἄνοιαν.

*Ἀναστάντων συλλέξουσιν ἄγγελοι· συλλέγοντας δὲ νεφέλαι ἁρπάξουσιν*.

Περὶ ποίας γενεᾶς εἶπεν, ὅτι *Οὐ μὴ παρέλθῃ ἡ γενεὰ αὕτη, ἕως ἂν πάντα ταῦτα γένηται*; Οὐ περὶ τῆς τότε γενεᾶς ταῦτα λέγει, ἀλλὰ περὶ τῆς τῶν πιστῶν. Οἶδεν γὰρ γενεὰν οὐκ ἀπὸ τῆς τῶν χρόνων ἀκολουθίας, ἀλλ' ἀπὸ τῆς τῶν τρόπων θρησκείας χαρακτηρίζειν. Ποία γενεά; Ἡ τῶν πιστῶν δηλονότι. Ἵνα γὰρ μή τις εἴπῃ ὅτι σημείων καὶ τεράτων ἐπιδεικνυμένων, πάντες κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἀπατηθήσονται, ἐπήγαγεν· *Οὐ μὴ παρέλθῃ ἡ γενεά*· οἷον, Πολλοὶ, φησὶν, πιστοὶ καὶ ἀνεξαπάτητοι διαμενοῦσιν καὶ ἐπ' αὐτῆς τῆς συντελείας· ἢ γενεὰ τὸ ἀνθρώπινον γένος, τοῦτ' ἔστιν, ὅτι Πάντα ἃ εἶπον ἐκβήσεται, καὶ ὄψεται αὐτὰ τὸ ἀνθρώπινον.

Πῶς νοεῖται τὸ, *Ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται, οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μή*; Εὐκολώτερον γὰρ, φησὶν, ἀφανισθῆναι τὰ πεπηγότα καὶ ἀκίνητα, ἢ τῶν ἐμῶν τι διαπεσεῖν.

Ἔστιν τὸ λέγειν, ὅτι *Οἶδεν περὶ τῆς ἡμέρας*

nevolentiam in breviando dies illos, nunc transit ad mundi finem. Vox autem illa *tunc* non significat post hoc statim, sed solum indicat tempus illud, quo illa quæ dicturus est debent fieri : et illa sæpius usa est significatione Evangelii Scriptura.

Cum compleverit quæ de Jerosolymis, ad suum transit secundum adventum, et dicit discipulis signa. Deinde, *Tunc*, inquit, *si quis vobis dixerit, Hic est Christus, nolite credere*. Illa vox *tunc*, non tempus proxime sequens exprimit, sed solummodo tempus quod postea tunc continget. Nam ubi tempus proxime sequens vult significare, statim sonat; hic autem non ita, sed *tunc* habet. Sic quoque dici potest : *In illis temporibus venit Joannes;* attamen interea anni effluxerant : sed mox est Scripturæ uti hac narrationis forma. Ita ibi etiam omittens omne tempus ab expugnatione Jerusalem usque ad initia consummationis universi mundi, dicit : *Tunc, si quis vobis dixerit : Hic est Christus*.

Vers. 28. Quomodo intelligendum ; *Ubi fuerit corpus, illic congregabuntur et aquilæ?* Id est, multitudo angelorum et omnium sanctorum cum Christo invenientur.

Vers. 29. *Statim autem post tribulationem dierum illorum, sol convertetur in sanguinem; forte dicit post Antechristi adventum. Et sol obscurabitur;* non invisibilis factus, sed superatus lumine adventus Christi. *Stellæ autem cadent*, quia non eis opus erit, cum nox non aderit; aut potius, non cadent, sed luce privabuntur, ita ut putentur cadere, velut sol ipse.

Vers. 30. De quo signo dicit quod apparebit in cœlo? De cruce, quæ sole splendidior erit; apparebit autem ad exprobrandam Judæorum stultitiam.

Vers. 31. *Suscitatos congregabunt angeli, congregantesque nubes auferent.*

Vers. 34. De qua generatione dicit, quod, *Non præteribit generatio hæc, donec omnia hæc fiant?* Non de generatione tunc vivente illa dicit, sed de generatione credentium. Scit enim generationem non a successione temporum, sed a morum pietate notare. Quænam generatio? Credentium sine dubio. Etenim ne quis dicat omnes, signis et prodigiis factis, hoc tempore decipiendos fore, adjecit : *Non præteribit generatio;* quasi diceret : multi credentes et ab errore tuti permanebunt in consummatione ipsa : aut generatio de humano genere dicitur, id est, omnia quæ dixi evenient, et videbit ea humanum genus.

Vers. 35. Quomodo intelligitur : *Cœlum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt?* facilius enim est, inquit, e conspectu tolli fixa et immobilia, quam aliquid meorum verborum frustrari.

Vers. 36. Dicendum est : *De die illa nemo scit*,

Digitized by Google

*neque angeli cœlorum, neque Filius, nisi solus Pater.* Dicendo quidem, neque angeli, os comprimit ne interrogent; dicendo vero *neque Filius*, vetat ne meditentur. Ideo post resurrectionem dicit eis: *Non est vestrum nosse tempora et momenta, quæ Pater posuit in sua potestate.* Non ignorat igitur; quomodo enim ignoraret ille per quem omnia facta sunt, qui cognoscit Patrem, et profunda Dei, et abscondita quæsitorum? Sed arbitratur hoc esse illis profuturum.

VERS. 40. *Tunc*, inquit, *duo erunt in agro, unus assumetur, et unus relinquetur.* Ager, mundus est; unus igitur salvatur, alter vero in damnationem mittitur; de illorum expugnatione et captivitate istud dicit.

VERS. 41. *Duæ molentes in mola; una assumitur et una relinquitur.* Molentes vocavit, qui in paupertate degunt. *Una assumitur, et una relinquitur;* similiter de homine intelligitur. Lucas autem dicit: *Duo erunt in cubili*, quod significat eos qui in divitiis degunt. Ostendit autem per hoc pauperes et divites, servos et dominos assumi et relinqui, sive spiritualiter, sive realiter de expugnatione intelligatur.

VERS. 42. Cur ergo dicit: *Diem et horam?* vult semper esse paratos.

VERS. 43. Quid significat illud: *Si sciret pater familias qua vigilia fur venturus esset?* quasi dicere: Si scirent multi quando morituri sint, semper ad illam solam horam pœnitere studerent.

VERS. 45. Dicendo: *Quis est fidelis servus?* non ignorat illud, sed vult ostendere quam rarum et pretiosum. Ita igitur ad Adam loquens: *Ubi es?* dicit, non ignorans, sed hunc adducere volens ad excusandum se. Prudentem et fidelem dicit servum parabola: fidelem quidem, quod servaverit capitale; prudentem vero, quod operatus est in talento. Et in Sodomis idcirco dicit: *Descendens videbo utrum secundum clamorem eorum compleverint; annon est ita, ut sciam;* ut nos moneat ne unquam sententiam in rebus demus, priusquam perfecte res dijudicaverimus. In propheta ideo dicit: *Si forte audierint;* et, *Si forte consenserint*, ne videatur data ab insensatis jussio ad necessitatem adigere parendi. In Evangelio autem ideo dicit: *Forte verebuntur Filium meum*, ut ostendat quod debuerint id agere et Filium vereri.

VERS. 47. Quid indicat illud: *Super omnia bona sua constituet eum?* id est, regnum cœlorum illi præstabit.

## CAPUT XXV.

VERS. 1. Parabola virginum de eleemosyna dicitur. Sed in fideli et in insensato servo, generaliter magis de omni officio loquitur, quod in proximum implere oportet: in ista autem de eleemosyna. Quid est quod dicit Apostolus, *De virginibus autem præceptum Domini non habeo?* Laudo quidem, inquit,

*ἐκείνης οὐδὲ οἱ ἄγγελοι τῶν οὐρανῶν, οὐδὲ ὁ Υἱὸς εἰ μὴ μόνος ὁ Πατήρ*· διὰ μὲν τὸ λέγειν ἀγγέλους, ἐπιστομίζει τοῦ μὴ ζητεῖν· διὰ δὲ τοῦ εἰπεῖν, *οὐδὲ ὁ Υἱός*, κωλύει μηδὲ ἐννοεῖν. Διὰ τοῦτο μετὰ τὴν ἀνάστασιν λέγει αὐτοῖς· *Οὐχ ὑμῶν ἐστι γνῶναι χρόνους ἢ καιρούς, οὓς ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ ἔθετο ὁ Πατήρ.* Οὐκ ἀγνοεῖ οὖν· πῶς γὰρ δι' οὗ πάντα ἐγένετο, ὃς γινώσκει τὸν Πατέρα, καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ, καὶ τὰ κρυπτὰ τῶν ἐξεταζομένων; ἀλλ' ἡγεῖται τοῦτο συμφέρον αὐτοῖς.

*Τότε*, φησὶν, *δύο ἔσονται ἐν τῷ ἀγρῷ· ὁ εἷς παραλαμβάνεται, καὶ ὁ εἷς ἀφίεται.* Ἀγρὸς, ὁ κόσμος· εἷς οὖν σώζεται, εἷς δ' εἰς κόλασιν ἀφίεται· περὶ τῆς ἁλώσεως τοῦτο καὶ τῆς αἰχμαλωσίας αὐτῶν.

*Δύο ἀλήθουσαι ἐν τῷ μύλῳ· μία παραλαμβάνεται, καὶ μία ἀφίεται.* Ἀληθούσας ἐκάλεσεν τὰς ἐν πτωχείᾳ διάγοντας. *Μία παραλαμβάνεται, καὶ μία ἀφίεται*· ὁμοίως νοεῖται τοῦ ἀνθρώπου. Ὁ δὲ Λουκᾶς, *Καὶ δύο ἐπὶ τῆς κλίνης*, λέγει, ὅπερ σημαίνει τοὺς ἐν πλούτῳ. Δείκνυται δὲ διὰ τούτου ὅτι καὶ πτωχοὶ καὶ πλούσιοι καὶ δοῦλοι καὶ δεσπόται παραλαμβάνονται καὶ ἀφίενται, εἴτε νοητῶς εἴτε αἰσθητῶς διὰ τὴν ἅλωσιν νοηθείη.

Διὰ τί οὖν λέγει, *Τὴν ἡμέραν καὶ ὥραν;* βουλόμενος πάντως ἐναγωνίους εἶναι.

Τί δηλοῖ τὸ, *Εἰ ᾔδει ὁ οἰκοδεσπότης ποίᾳ φυλακῇ ὁ κλέπτης ἔρχεται;* Ἀντὶ τοῦ, Εἰ ᾔδεισαν, φησὶν, οἱ πολλοὶ πότε ἀποθανοῦνται, πάντως ἂν κατ' ἐκείνην μόνην τὴν ὥραν ἐσπούδασαν μετανοῆσαι.

Εἰπὼν, *Τίς ἄρα ὁ πιστὸς δοῦλος;* Οὐκ ἀγνοῶν τοῦτο εἶπε, ἀλλ' ἵνα δείξῃ τὸ σπάνιον καὶ πολύτιμον. Οὕτως οὖν καὶ τῷ Ἀδὰμ εἰπών· *Ποῦ εἶ;* οὐκ ἀγνοῶν εἶπεν, ἀλλ' ἵνα αὐτὸν ἐμβάλῃ εἰς ἀπολογίαν. Φρόνιμον καὶ πιστὸν λέγει τὸν δοῦλον ἡ παραβολή; πιστὸν μὲν, ὡς σώζοντα τὸ κεφάλαιον· φρόνιμον δὲ, ὡς κατεργαζόμενον τὸ τάλαντον. Καὶ ἐπὶ τῶν Σοδόμων διὰ τοῦτο εἶπεν· *Καταβὰς ὄψομαι εἰ κατὰ τὴν κραυγὴν αὐτῶν συντελοῦνται· εἰ δὲ μὴ, ἵνα γνῶ*, ὅπως ἡμᾶς παιδεύσῃ μή ποτε ἀπόφασιν ἐν πράγματι διδόναι, πρὶν τελείως ἀνακρινόμενον τὰ πράγματα. Ἐπὶ δὲ τοῦ προφήτου διὰ τοῦτο εἶπεν, *Ἐὰν ἄρα ἀκούσωσιν*, καὶ, *Ἐὰν ἄρα συνῶσιν*, ἵνα μὴ δόξῃ ἡ πρόῤῥησις παρὰ τοῖς ἀνοήτοις ἀναγκαστική τις εἶναι πρὸς παρακοήν. Ἐν δὲ τῷ Εὐαγγελίῳ διὰ τοῦτο εἶπεν· *Ἴσως ἐντραπήσονται τὸν Υἱόν μου*, ἵνα δείξῃ ὅτι ὤφειλον τοῦτο ποιῆσαι καὶ ἐντραπῆναι τὸν Υἱόν.

Τί δηλοῖ τὸ, *Ἐπὶ πᾶσιν τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτοῦ καταστήσει αὐτόν;* Ἀντὶ τοῦ, Τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν παρέξει αὐτῷ.

## ΚΕΦΑΛ. ΚΕ'.

Ἡ παραβολὴ τῶν παρθένων περὶ ἐλεημοσύνης λέγει· ἀλλ' ἐπὶ τοῦ πιστοῦ δούλου καὶ τοῦ ἀγνώμονος, καθολικώτερον περὶ πάσης ὠφελείας λέγει, ἣν εἰς τὸν πλησίον ἐπιδείκνυσθαι χρή· ἐπὶ δὲ [illegible] περὶ ἐλεημοσύνης. Τί ἐστιν ὃ λέγει ὁ Ἀπόστολος, *Περὶ δὲ τῶν παρθένων ἐπιταγὴν Κυρίου οὐκ ἔχω*

Digitized by Google
Распознавание текста ABK/FR

Ἐπαινῶ μὲν γὰρ, φησὶν, τὸν κατορθοῦντα, οὐκ A ἀναγκάζω δὲ τὸν μὴ βουλόμενον, οὐδὲ ἐπίταγμα τὸ πρᾶγμα ποιῶ.

Διὰ τί λέγει μωρὰς τὰς παρθένους τὰς πέντε; Διότι τὸν δριμύτερον καὶ πολεμικώτερον τῶν σωμάτων πόλεμον βαστάσαι δυνηθεῖσαι, τὸν κουφότερον τῆς μεταδόσεως τρόπον οὐκ ἐφυλάξαντο. Ὅσῳ τις εἰς τὸ ἧττον ἡττηται, τοσοῦτο μᾶλλον ἀσύγγνωστος· διὰ τοῦτο οὖν μωραί. Εἰ δὲ αὗται μωραὶ, οἱ μηδὲ παρθενίαν φυλάξαντες καὶ πλεονεξίᾳ κεκρατημένοι, τί κληθήσονται καὶ πείσονται;

Αἱ λαμπάδες οὖν σημαίνουσι, τῆς παρθενίας τὸ λαμπρόν· τὸν ἔλεον, τὴν ἐλεημοσύνην· τὸ δὲ χρονίζειν τὸν Νυμφίον, τὸν οὐκ ὀλίγον χρόνον εἰς τὸ φανῆναι· τὸ δὲ καθεύδειν, τὸν θάνατον· τὸ δὲ περὶ B μέσας νύκτας, ἢ ὅτι ἐν νυκτὶ ἡ ἀνάστασις, ἢ ὅτι ἀπροοράτως καὶ ἀγνώστως· τὸ δὲ αἰτῆσαι παρὰ τῶν φρονίμων καὶ μὴ λαβεῖν ἔλεον, ὅτι οὐδεὶς τῶν δικαίων ἐκεῖ τότε προστῆναί τινος δύναται ἢ βοηθῆσαι.

Τί ἐστιν τὸ, *Πορεύεσθε καὶ ἀγοράσατε*; Τοῦτο εἶπεν τῇ παραβολῇ παραμένων, καὶ ὑφαίνων αὐτήν· ἢ εἰρωνικῶς νοητέον, ὅτε, φησὶν, οὐκ ἔστιν.

Κατ' ἔλλειψιν περιοδικὴν εἴρηται· λείπει γὰρ οὕτως· Καὶ ὁ Κύριος ἐπιτελέσει· ἢ ἡ παραβολὴ οὐ πρὸς ἀνταπόδοσιν, ἀλλ' ὡς αὐτοτελὴς καὶ τοῦ προηγουμένου ῥητοῦ αἰτία εἴρηται· οἷον, *Οὐκ οἴδατε τὴν ἡμέραν οὐδὲ τὴν ὥραν ἐν ᾗ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεται*. Διὰ τί; Ὥσπερ γὰρ ἄνθρωπος ἀποδημῶν, C οὕτως ἔρχεται· ἀπὸ κοινοῦ γὰρ τὸ, *ἔρχεται*· τὸ αἰφνίδιον δὲ διὰ τοῦτο παρίστησιν τῆς παρουσίας αὐτοῦ. Εἶτα ἐξυφαίνει τὸ παράδειγμα. *Ὃς ἐκάλεσε*, φησὶν, *τοὺς ἰδίους δούλους*, καὶ ἑξῆς· ἔστι δὲ καὶ χωρὶς τοῦ ἀπὸ κοινοῦ τὸ ῥητὸν ὡς ἔχει φράσεως ἐκλαβεῖν· οἷον, Γρηγορεῖτε οὖν, ὅτι οὐκ οἴδατε τὴν ἡμέραν οὐδὲ τὴν ὥραν ἐν ᾗ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεται. Διὰ τί; Ὥσπερ γὰρ ἄνθρωπος ἀποδημῶν ἐκάλεσεν τοὺς ἰδίους δούλους καὶ παρέδωκεν αὐτοῖς τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ· καὶ γὰρ ὑποστιγμῆς μὲν κατὰ τὴν ἀνάγνωσιν παραλαμβανομένης ἐν τῷ, *ἀποδημῶν*, τελείας δὲ ἐν τῷ *αὐτοῦ*, ἀβίαστος ὁ νοῦς καὶ ἡ τοῦ λόγου σύνταξις.

Διὰ τί λέγει ὅτι παραδοὺς τὰ τάλαντα τοῖς δούλοις ἀπεδήμησε; Ἢ τὴν μακροθυμίαν ἐνδεικνύμενος, ἢ D τὸν παρατεταμένον καιρὸν, μέχρι τῆς ἀναστάσεως. Τάλαντον οὖν ἡ ἑκάστου δύναμις ἣν ἔλαβε παρὰ Θεοῦ. Τὸ δὲ, *Ἔδει σε καταβαλεῖν τὸ τάλαντόν μου*, τοῦτο λέγει, τὸ εἰπεῖν καὶ παραινέσαι καὶ συμβουλεῦσαι ἢ συμβουλευθῆναι ἢ παραινεθῆναι. Ἀργύριον δὲ καλεῖ τὰ Λόγια· τραπεζίτας δὲ, τοὺς ἀκούοντας· τόκον δὲ, τὴν τῶν ἔργων ἐπίδειξιν καὶ ἐργασίαν ἐπὶ τὸ κρεῖττον· ἀρθῆναι δὲ κελεύει τὸ δοθὲν τάλαντον, τοῦτ' ἔστιν τὸ χάρισμα, ἀπ' αὐτοῦ, καὶ προστεθῆναι τῷ ἔχοντι· λέγει δὲ περὶ διδασκάλων ὡς ἐπὶ τὸ πολύ.

Διὰ τί ἐρίφους τοὺς ἁμαρτωλοὺς, πρόβατα δὲ τοὺς δικαίους λέγει; Ὅτι ἐξ ἐρίφων πρόσοδος οὐδεμία, ἐκ δὲ προβάτων πολλὴ, ἐξ ἐρίου, ἐκ τοκετῶν, ἐκ

bene conversantem, non cogo non volentem, non præceptum hanc rem facio.

VERS. 2. Cur dicit fatuas virgines illas quinque? Quia acerbius et difficilius in corpora bellum sustinere cum potuissent, levius olei sumptionis officium non expleverint. Quanto quis in minori vincitur, tanto minus ignoscendus. Ideo igitur stultæ sunt; si vero istæ stultæ, qui non virginitatem servaverunt et avaritiæ paruerunt, quomodo vocabuntur et credent?

VERS. 3. Lampades ergo significant virginitatis splendorem; oleum vero, eleemosynam; Sponsi mora, tempus non breve ad se ostendendum; somnus, mortem; media nox, aut in nocte resurrectionem, aut non visam neque cognitam; petitio vero olei a sapientibus et negatio, nullum justorum illic prodesse aut opem ferre alicui tunc posse.

VERS. 9. Quid est: *Ite et emite?* Id dicit parabolæ insistendo et illam explicando; aut ironice intelligendus est quasi non invenietis, diceret.

VERS. 14. Per phrasis ellipsin dicitur; deest enim istud: Dominus retribuet sicut, etc; vel parabola non correlationem obtinet, sed ut independentis et præcedentis dicti exemplum exponitur; quale est: *Nescitis diem neque horam in qua Filius hominis veniet*. Quare? Ut enim homo peregrinans, sic veniet; indeterminate enim sumitur illud: *Veniet*. Repentinum autem per hoc statuit ejus adventum; deinde explicat exemplum: *qui vocavit*, ait, *servos suos*, etc. Est autem necessarium non indeterminate, ut phrasis se habet, dictum intelligere: scilicet, vigilate ergo, quia nescitis diem neque horam, in qua filius hominis veniet. Quare sicut enim homo peregre proficiscens vocavit servos suos et tradidit illis bona sua. Etenim per virgulam legendo appositam post *peregre proficiscens*, punctum vero post *sua*, non coacta est intelligentia et orationis syntaxis.

VERS. 19. Cur dicit quia cum dedisset talenta servis, profectus est? Aut ut ostendat longanimitatem, aut tempus quo distabat a resurrectione. Talentum ergo est cujusque vis quam a Deo recepit; illud autem: *Oportuit te committere talentum meum*, dicitur ad significandum monita et consilia dare, aut monita et consilia excipere: pecuniam autem vocat verba; nummularios, eos qui audiunt; usuram vero operum manifestationem et operationem in melius. Tolli autem jubet quod dederat talentum, id est, gratiam quæ ex illo est, et addi ei qui habet; loquitur de doctoribus ut in superiore gradu.

VERS. 33. Cur hædos peccatores, oves autem justos vocat? Quia ex hædis proventus nullus, ex ovibus autem multus, in lana, partubus, lacte,

Digitized by Google

caseo : alia quidem bruta a natura sua, nos autem a nostra voluntate.

**Vers. 34.** *Possidete paratum vobis regnum;* non dicit : Accipite, sed ut paterna et jam vestra, *Possidete.*

**Vers. 42.** De eleemosyna loquitur : *Quod non dedistis mihi manducare;* et non hoc tantum admiserunt, sed non nudum operuerunt; et quod levius est, non infirmum visitaverunt.

## CAPUT XXVI.

**Vers. 3.** Quid est : *Congregati sunt principes sacerdotum?* Ostenduntur Judaica initium sumere dissolutionis. Nam Moyses unum esse sacerdotum principem jussit; et hoc mortuo, tunc alterum statui. Sed tum erant multi sacerdotum principes, annuales enim fiebant : et hoc clarius ostendit Lucas dicens, loquendo de Zacharia : *Hunc de vice Abia esse.*

**Vers. 5.** Quid dicunt : *Non in die festo, ne tumultus fieret in populo?* timebant enim populum, eo quod fidem habebat in Christum; ideo diem festum exspectaverunt ut præteriret.

**Vers. 6.** Cur in domo Simonis leprosi id memoratur factum esse? Ut ostenderetur quare mulier ad Christum accesserit, quod nempe iste curatus fuerat nuper et erat de hoc fama.

**Vers. 7.** Mulier illa videtur quidem una et eadem in omnibus evangelistis, non est autem sic : sed quæ in tribus legitur, una mihi videtur esse et eadem; minime vero apud Joannem eadem est, sed altera quædam admiranda Lazari soror. Cur non in publico, sed intra domum adest meretrix? Quia turpis erat et propter turbam erubescebat : non enim ut hæmorrhoissa, aut ut vidua, aut ut Martha obviam adit. Cur capillis tersit? Quia magis quam pro homine illum honorificabat; quod honorificentius egit, afferens suum caput pro linteo.

**Vers. 8.** Cur indignantur discipuli dicentes : *Utquid perditio hæc?* Quia de eleemosyna multa sciebat; permisit autem super caput suum effundi unguentum, per magnam condescendentiam.

**Vers. 10.** Cur dicentibus illis *potuit*, objurgationem facit? ne mulieris curam et fidem ad metum illi faciendum adhibeant.

**Vers. 13.** Cur nullum spirituale pretium dedit, sed memoriam perpetuam? Quia sufficiebat hoc vel in istis ad persuadendum ut animum sumeret illa. Opus bonum operata erat, ut ait Christus; patet illam dignam mercedem recepturam esse. Dicendo : *Ad sepeliendum me fecit*, loquitur prædicens passionem, quasi semper eam cernens et illis in recordationem adducens.

**Vers. 14.** Quam ob causam dicitur : *Tunc abiit unus de duodecim, Judas qui dicebatur Iscariotes?* Ut ostendatur mulieris fide illum non fuisse permotum; *Duodecim*, ut ostendatur illum e præcipuis esse; Judas Iscariotes dicitur, quia alter erat Ju-

A γάλακτος, ἐκ τυροῦ. Ἀλλὰ τὰ μὲν ἄλογα, ἀπὸ φύσεως· ἡμεῖς δὲ ἐκ προαιρέσεως.

*Κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν.* Οὐκ εἶπεν, Λάβετε, ἀλλ' ὡς πατρῷα καὶ ὑμῶν ἤδη ὄντα, *Κληρονομήσατε.*

Τὴν ἐλεημοσύνην λέγει, *Ὅτι οὐκ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν·* καὶ οὐ τοῦτο μόνον εἶχον, ἀλλ' οὐδὲ γυμνὸν περιέβαλον· καὶ ὃ κουφότερον ἦν, οὐδὲ ἄῤῥωστον ἐπεσκέψαντο.

## ΚΕΦΑΛ. ΚϚ'.

Τί ἐστιν τὸ, *Συνήχθησαν οἱ ἀρχιερεῖς;* Ἔδειξεν ὅτι τὰ Ἰουδαϊκὰ ἀρχὴν ἐλάμβανεν διαλύεσθαι. Ὁ μὲν γὰρ Μωσῆς ἕνα εἶναι ἀρχιερέα ἐκέλευσεν· καὶ τελευτήσαντος, τότε ἕτερον γίνεσθαι. Τότε δὲ πολλοὶ
B ἦσαν ἀρχιερεῖς· ἐνιαύσιοι γὰρ ἐγίνοντο· καὶ τοῦτο σαφέστερον δηλοῖ Λουκᾶς, *Ἐξ ἐφημερίας αὐτὸν εἶναι* Ἀβιᾶ λέγων, περὶ τοῦ Ζαχαρίου διαλεγόμενος.

Τί λέγουσιν, *Μὴ ἐν τῇ ἑορτῇ, ἵνα μὴ θόρυβος γένηται ἐν τῷ λαῷ;* Ἐδεδοίκεισαν γὰρ τὸν λαὸν ὅτι πίστιν εἶχον εἰς Χριστόν· διὸ καὶ τὴν ἑορτὴν ἀνέμενον παρελθεῖν.

Διὰ τί ἐν οἰκίᾳ Σίμωνος τοῦ λεπροῦ τοῦτο μνημονεύει γενέσθαι; Ἵνα δείξῃ πόθεν παροῦσα ἡ γυνὴ τῷ Χριστῷ προσῆλθεν, ἐκ τοῦ ἐκεῖνον ἰαθῆναί ποτε καὶ τὴν φήμην εἶναι.

Ἡ γυνὴ αὕτη δοκεῖ μὲν εἶναι μία καὶ ἡ αὐτὴ παρὰ τοῖς εὐαγγελισταῖς ἅπασιν, οὐκ ἔστι δέ· ἀλλ' ἡ
C παρὰ μὲν τοῖς τρισὶ, μία τις εἶναί μοι δοκεῖ καὶ ἡ αὐτή· οὐκέτι δὲ καὶ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ ἐστὶν ἡ αὐτὴ, ἀλλ' ἑτέρα τις θαυμαστὴ ἡ τοῦ Λαζάρου ἀδελφή. Διὰ τί οὐ δημοσίᾳ, ἀλλ' ἐν οἰκίᾳ ἔρχεται ἡ πόρνη; Ἐπειδὴ αἰσχροτάτη ἦν καὶ ᾐσχύνετο ἐπὶ ὄχλου· οὐ γὰρ ὡς ἡ αἱμόῤῥους, ἢ ὡς ἡ χήρα, ἢ ὡς ἡ Μάρθα ἀπαντᾷ. Διὰ τί ταῖς θριξὶν ἀπέμασσεν; Ἐπειδὴ πλέον ἢ κατὰ ἄνθρωπον αὐτὸν ἐτίμα· ὃ τιμιώτερον εἶχε προσφέρουσα τὴν ἑαυτῆς κεφαλὴν ἀντὶ σινδόνος.

Διὰ τί ἀγανακτοῦσιν οἱ μαθηταὶ λέγοντες· *Εἰς τί ἡ ἀπώλεια αὕτη;* Ἐπειδὴ περὶ ἐλεημοσύνης ἤκουσε πολλά· συνεχώρησε δὲ καὶ κατὰ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ χεθῆναι τὸ μῦρον, ἀπὸ πολλῆς συγκαταβάσεως.

Διὰ τί λέγουσιν αὐτοῖς τὸ, *Ἐδύνατο*, ἐπετίμησεν
D αὐτοῖς; Ἵνα μὴ τῆς γυναικὸς τὴν σπουδὴν καὶ τὴν πίστιν εἰς τὸ ἐξαπορηθῆναι ἐμβάλωσιν.

Διὰ τί οὐδένα ἆθλον πνευματικὸν τέθεικε, ἀλλὰ τὴν εἰς ἀεὶ μνήμην; Ἐπειδὴ ἤρκει τοῦτο καὶ περὶ ἐκείνων πεῖσαι θαῤῥεῖν αὐτήν. *Ἔργον καλὸν εἰργάσατο*, ὡς εἶπεν Χριστός· εὔδηλον ὅτι καὶ μισθὸν ἄξιον λήψεται. Τὸ δὲ εἰπεῖν, *Εἰς τὸν ἐνταφιασμόν μου ἐποίησεν*, τοῦτο εἶπεν προλέγων τὸ πάθος, ὡς πάντως εἰδὼς καὶ τοῦτο ἀναμιμνήσκων αὐτοῖς.

Τίνος χάριν εἶπεν· *Τότε πορευθεὶς Ἰούδας εἷς τῶν δώδεκα ὁ λεγόμενος Ἰσκαριώτης;* Ἵνα δείξῃ ὅτι οὐδὲ ἡ πίστις τῆς γυναικὸς ἔκαμψεν αὐτόν. Δώδεκα, εἶπεν, ἵνα δείξῃ ὅτι ἐκ τῶν κορυφαίων ἦν· Ἰούδαν δὲ Ἰσκαριώτην εἶπεν, ἐπεὶ καὶ ἄλλος ἦν

Digitized by Google

Ἰούδας. Διὰ οὖν τῆς ἐπωνυμίας χωρίζει αὐτὸν, ἵνα A μὴ δόξῃ ἐκεῖνος εἶναι. Χρὴ δὲ εἰδέναι, καὶ αὐτομάτῳ κινήσει τοῦτο ποιεῖ καὶ χρυσίου ὀλίγου.

Πρώτην τῶν Ἀζύμων τὴν πρὸ τῶν Ἀζύμων φησίν· εἰώθασι γὰρ ἀπὸ τῆς ἑσπέρας ἀεὶ ἀριθμεῖν τὴν ἡμέραν, καὶ ταύτης μνημονεύειν, καθ' ἣν ἐν τῇ ἑσπέρᾳ τὸ Πάσχα ἔμελλεν θύεσθαι· τῇ γὰρ πέμπτῃ τῶν Σαββάτων προσῆλθον· καὶ ταύτην ὁ μὲν τὴν πρὸ τῶν Ἀζύμων καλεῖ, τὸν καιρὸν λέγων καθ' ὃν προσῆλθον· ὁ δὲ οὕτω λέγει· *Ἦλθεν δὲ ἡ ἡμέρα τῶν Ἀζύμων, ἐν ᾗ ἔδει θύεσθαι τὸ Πάσχα*· ὁ δὲ ἄλλος εὐαγγελιστὴς τὴν ἑσπέραν λέγει· ἀπὸ γὰρ τῆς ἑσπέρας ἤρχετο τὸ Πάσχα. Διὰ τί ἐρωτῶσι ποῦ ποιήσουσιν τὸ Πάσχα; Διὰ τὸ μὴ ἔχειν αὐτὸν καταγώγιον μήτε οἰκίαν. Διὰ τί ἐπιτελεῖ τὸ Πάσχα; Ἵνα B δείξῃ ὅτι μὴ ὑπεναντίος τῷ νόμῳ ἐστίν.

Διὰ τί πρὸς ἄγνωστον πέμπει ἄνθρωπον; Δεικνὺς ὅτι πάντα ὑπακούει· καὶ εἰ ἤθελεν, οὐδὲ ἔπαθεν. Ἄνω γὰρ τὴν διάνοιαν τοῦ μὴ γνωρίζοντος πείσας, ὥσπερ καὶ τοῦ κυρίου τῆς ὄνου, πῶς οὐκ ἂν τοὺς σταυρωτὰς ἔπεισεν, εἰ ἐβούλετο; Ἐγὼ δὲ οὐ θαυμάζω μόνον ὅτι ἄγνωστος ὢν ὑπεδέξατο, ἀλλ' ὅτι καὶ κίνδυνον ὑφορώμενος κατεφρόνησε· σημεῖον δὲ αὐτοῖς δίδωσι τὸν τὸ κεράμιον βαστάζοντα, ἐπειδὴ τὸν τόπον ἠγνόουν. Τὸ, *Ῥίψον τὰ χρήματα*, οὐ κελεύοντός ἐστιν, ἀλλὰ συμβούλου ὄντος. Ὁ πορνεύσας πρὸ νόμου καὶ ἐν νόμῳ καὶ μετὰ νόμον, πολλὴν ἔχει τὴν διαφορὰν καὶ τοῦ ἁμαρτήματος καὶ κατακρίματος. Ἐπόρνευσέν τις ἱερεὺς ὤν· ἐπόρνευσέν τινος ἱερέως θυγάτηρ· ἡ μὲν ἀνῄρητο, ἡ δὲ C κατεπρήθετο· οὐ μόνον ὡς πλέον, οἶμαι, διδαχθεῖσα, ἀλλὰ καὶ τὸν ἱερέα δεικνῦσα ὅση ἡ κατάκρισις, μᾶλλον εἰ ἐκεῖνος πορνεύσειεν. Ἐπορνεύθη τις βιαίως, ἐπορνεύθη τις πλουσία, πενομένη· πολὺ τὸ διάφορον. Ἐπόρνευσέν τις ἀβάπτιστος, βεβαπτισμένος· πολὺ τὸ μέσον τούτων.

Διὰ τί εἶπεν, *Εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με*; Βουλόμενος αὐτὸν μὴ αἰσχυνθέντα καὶ ἀπογνόντα, ὡς ἤδη νοηθέντα, μετανοῆσαι καὶ διασῶσαι αὐτόν. Καὶ διὰ τί αὐτὸν ἐξεκάλυψεν; Ἐπειδὴ ἔλεγον· *Μήτι ἐγώ εἰμι, Κύριε;* καὶ ἀπετεθνήκεσαν τῷ δέει· ἵνα μὴ τῇ περισσοτέρᾳ λύπῃ καταποθῶσιν.

Τίνος ἕνεκεν μετ' αὐτοῦ ἔβαπτεν ὁ προδότης; D Ἀπὸ πολλῆς ἰταμότητος· οὐδὲ γὰρ λοιπὸν ἐτίμα τὸν Διδάσκαλον. Χριστὸς δὲ ἐκαρτέρει, λανθάνειν βουλόμενος, ἵνα διὰ τούτου ἐπιστρέψῃ αὐτόν· ἢ καὶ ἡμᾶς παιδεύων μακροθυμεῖν πρὸς ἀναισχυντοῦντας.

Διὰ τί λέγει, *Ὁ μὲν Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὑπάγει, καθὼς γέγραπται περὶ αὐτοῦ*; Προσέθηκεν τὸ, *γέγραπται*, ἵνα μὴ νομίσωσιν ἀσθένειαν εἶναι τὸ πρᾶγμα· ἔτι δὲ καὶ τὸν προδότην διορθούμενος· ἵνα νομίσας ἀποκείμενον αὐτῷ τὸ παθεῖν, ὡς μὴ τὸ πᾶν πταίσας, αὐτὸς καμφθῇ πρὸς μετάνοιαν.

Ποίῳ σκοπῷ λέγει Ἰούδας τὸ, *Μήτι ἐγώ εἰμι*; Ἀναισχύντῳ καὶ ὑπόπτῳ συνειδήσει τυπτόμενος. Διὰ τί οὕτως εἶπεν Χριστὸς, *Σὺ εἶπας*, ἀλλ' οὐχὶ, Ὦ μιαρὲ καὶ ἀχάριστε; Ἀνεξικακίας ὅρους ἡμῖν τιθεὶς. Διὰ τί ἐγκαλεῖται Ἰούδας, τὰ γεγραμμένα

das; per cognomem igitur, designatur, ne videatur iste alter esse. Oportet autem scire illum hoc proprio motu et ob levem pecuniam agere.

Vers. 17. Primam Azymorum, diem ante Azymos dicit. Solebant enim a vespera semper diem numerare, et de ista loqui, in qua ad vesperam Pascha immolari debebat. Nam ad quintam a Sabbato processerant, et istam unus quidem diem ante Azymos vocat, tempus indicans ad quod processerant; alter vero sic dicit: *Venerat autem dies Azymorum, in qua oportebat immolari Pascha;* alius autem evangelista vesperam dicit, nam a vespera incipiebat Pascha. Cur interrogant: Ubi comedemus Pascha? Eo quod non haberet habitationem neque domum. Cur celebrat Pascha? Ut ostendat se legi adversantem non esse.

Vers. 18. Cur ad ignotum hominem mittit? Ostendens omnia illi subesse; et si voluerit, non passus fuerit; nam superno motu hominis non eum noscentis mentem persuadens ut domini asinæ, quomodo non crucifixores persuasisset, si voluisset? Ego vero, non solum admiror quod ignotus cum illi fuerit, hunc acceperit, sed quod periculum suspiciens parum curaverit. His vero signum dat Christus hominem urnam gerentem, quoniam locum non cognoscebant. *Libationes funde*, non præcipientis, sed consiliantis est. Qui meretricatus est ante legem, in lege et post legem multam præbet differentiam et in culpa: et in condemnatione. Meretricatus est quidam sacerdos; meretricata est cujusdam sacerdotis filia; illa quidem ablata est, illa autem venundata est; non solum magis, ut opinor, edocta, sed sacerdoti ostendens quæ fuerit condemnatio, præsertim si iste meretricatus sit. Meretricatur quædam violenter, meretricatur quædam dives, pauper: multa est differentia. Meretricatus est non baptizatus, aut baptizatus: multum interest inter eos.

Vers. 21. Cur dicit: *Unus vestrum me traditurus est?* Vult illum, etsi non erubescit et negat, jam intellectum se sentientem pœnitere et salvari. Et cur illum patefecit? Quia dicebant: *Nunquid ego sum, Domine?* et timore disperibant, ne nimio luctu affligerentur.

Vers. 23. Quare cum illo intingit proditor? Ob magnam impudentiam, nam jam non honorabat Magistrum. Christus autem sustinebat, occultare volens, ut per hoc illum converteret; aut ut nos moneret longanimos esse in impudentes.

Vers. 24. Cur dicit: *Filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de illo?* Addidit illud, *scriptum est*, ne putarent rem debilitatem esse; adhuc autem ut proditorem corrigeret, ut arbitratus ei reservatum esse pati tanquam omnia complenti, ipse adducatur ad pœnitentiam.

Vers. 25. Qua ratione dicit Judas: *Nunquid ego sum?* Impudenti et diffidenti conscientia motus. Cur ita dicit Christus: *Tu dixisti*, et non, Scelesté et ingrate? Patientiæ terminos nobis statuens. Cur arguitur Judas fecisse quæ a prophetis scripta



Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

erant? Quoniam non hac mente illud fecit, sed maligna intentione; oportet enim propositum in omnibus exquirere. Cur non interrogat a principio Judas: *Nunquid ego sum?* sed post alios? putabat modo latere; dicendo autem, *Magister*, irridenter et impudenter loquitur. Quomodo Matthæus dicit, et evangelistæ alii, quod ubi præparavit proditionem Judas, tunc invasit eum diabolus; Joannes vero dicit, *Post buccellam intravit in eum Satanas?* Quia illum in principio inspirans tantum et tentans, postremo sic intravit, ita ut utrumque verum videatur. Tantum erat impœnitens Judas, ut vel post communionis participationem remanserit obduratus; inde Joannes id innuens dicit, *Post buccellam intravit in eum Satanas.* Cur si Pascha comederunt, contra legem comederunt? Nam recubantes non licebat comedere. Sed non comedendo Pascha recubabant, postquam vero comedissent, illud reliquum manducando.

Vers. 26. Cur in Pascha panem frangit? Ut discamus illum vel veteris legis esse auctorem, et quæ sunt legis gratiæ per veterem legem adumbrata esse.

Vers. 27. Postquam legale Pascha comedissent, id est, agnum, illis tradit gratiæ Pascha per panem.

Vers. 28. Sanguinem Novi Testamenti dicit, quia sanguinem Vetus non habuit nisi brutorum. Dicit autem causam effusionis sanguinis, quia *pro multis peccatoribus effunditur*. Cur dicit: *Hoc facite in meam commemorationem?* Ut istud, inquit, fit in memoriam Ægypti et egressionis, ita nunc in meam mortem, et vestram per me ex errore egressionem.

Vers. 29. Quomodo intelligitur, *Amodo non bibam de hoc genimine vitis, donec illud bibam novum in regno Patris mei?* Ostendit per regnum Patris suam resurrectionem; per genimen autem vitis, vinum; Donec, ait, e mortuis resurgam, non bibam: bibit autem post resurrectionem, ne phantasma illum putarent: unde in Actibus scribitur: *Quicunque cum illo manducavimus et bibimus.* Regnum Patris ibi resurrectionem suam Dominus vocat; novum autem bibere calicem, id est nove et admirabiliter: non enim ut primum corpore ejus esca egente secundum naturam et potu, sed supernaturaliter jam incorruptibili facto et nullius admodum egente.

Vers. 30. Cur dicitur: *Hymno dicto exierunt?* Id est, cum gratiarum actione et laudum hymno receperunt communionem. Cur in montem exiit? Ne videretur abscondere se. Curabat enim in locum ire Judæ cognitum.

Vers. 31. Cur dicit: *Omnes scandalizabimini in me?* Simul quidem præscientiam ostendens, simul autem scandalizandos innuens.

Vers. 32. Cur dicit: *Videbo vos in Galilæam?*

A παρὰ προφητῶν ποιῆσαι; Ἐπειδὴ οὐ ταύτῃ τῇ γνώμῃ τοῦτο πεποίηκεν, ἀλλὰ πονηρᾷ προαιρέσει· χρὴ γὰρ τὸν σκοπὸν ἐξετάζειν πανταχοῦ. Διὰ τί οὐκ ἐρωτᾷ ἐξ ἀρχῆς ὁ Ἰούδας, *Μή τι ἐγώ εἰμι;* ἀλλ' ὡς ἔσχατος; Ἐδόκει τέως λανθάνειν· τὸ δὲ εἰπεῖν, *Ὦ διδάσκαλε*, διασύροντος τοῦτό ἐστι καὶ ἰταμοῦ. Πῶς ὁ Ματθαῖός φησιν καὶ οἱ ἄλλοι τῶν εὐαγγελιστῶν, ὅτι ὅτε συνετάξατο περὶ τῆς προδοσίας ὁ Ἰούδας, τότε αὐτὸν ὁ διάβολος εἷλεν, ὁ δὲ Ἰωάννης λέγει ὅτι, *Μετὰ τὸ ψωμίον εἰσῆλθεν εἰς αὐτὸν ὁ Σατανᾶς;* Ὅτι διακωδωνίσας αὐτὸν ἐν τῇ ἀρχῇ καὶ πεῖραν ποιησάμενος, οὕτω τελείως εἰσῆλθεν· ὥστε τὰ ἀμφότερα ἀληθῆ ἐστιν. Τοσοῦτον ἦν ἀμεταμέλητος ὁ Ἰούδας, ὅτι καὶ τῆς κοινωνίας μεταλαχὼν ἔμεινεν ἀσυνείδητος. Ὅθεν τοῦτο δηλῶν ὁ Ἰωάννης ἔλεγεν, B ὅτι *Μετὰ τὸ ψωμὸν εἰσῆλθεν εἰς αὐτὸν ὁ Σατανᾶς.* Διὰ τί εἰ τὸ Πάσχα ἤσθιον, παρανόμως ἤσθιον; Οὐ γὰρ ἀνακειμένους ἔδει φαγεῖν· ἀλλ' οὐκ ἐν τῷ ἐσθίειν τὸ Πάσχα ἀνέκειντο, ἀλλὰ μετὰ τὸ φαγεῖν αὐτὸ, λοιπὸν ἑστιώμενοι.

Διὰ τί ἐν τῷ Πάσχα κλᾷ τὸν ἄρτον; Ἵνα μάθωμεν καὶ τῆς Παλαιᾶς αὐτὸν ὄντα νομοθέτην, καὶ τὰ ἐν τῇ χάριτι διὰ νόμου σκιαγραφηθέντα.

Μετὰ τὸ φαγεῖν τὸ νομικὸν Πάσχα, εἴτουν τὸν ἀμνὸν, οὕτω παραδίδωσι τὸ τῆς χάριτος Πάσχα διὰ τοῦ ἄρτου.

Αἷμα δὲ Καινῆς Διαθήκης λέγει, ὡς τῆς Παλαιᾶς αἷμα μὲν ἐχούσης, ἀλλ' ἐξ ἀλόγων· λέγει δὲ καὶ τὴν C αἰτίαν τῆς κενώσεως τοῦ αἵματος· *Ὑπὲρ πολλῶν*, φησὶν, *ἁμαρτωλῶν ἐκχυνόμενον*. Διὰ τί λέγει, *Τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν;* Ὡς ἐκεῖνο, φησὶν, εἰς τὴν τῆς Αἰγύπτου μνήμην καὶ ἔξοδον, οὕτω νῦν εἰς τὸν ἐμὸν θάνατον, καὶ τὴν ὑμῶν δι' ἐμοῦ ἐκ πλάνης ἔξοδον.

Πῶς νοεῖται τὸ, *Ἀπάρτι οὐ μὴ πίω ἐκ τοῦ γεννήματος τῆς ἀμπέλου ταύτης, ἕως αὐτὸ πίνω καινὸν ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Πατρός μου·* δηλοῖ δὲ τὴν βασιλείαν τοῦ Πατρὸς τὴν ἑαυτοῦ ἀνάστασιν· γέννημα δὲ τῆς ἀμπέλου, τὸν οἶνον· *Ἕως οὗ*, φησὶν, *ἐκ νεκρῶν ἀναστῶ, οὐ μὴ πίω·* ἔπιεν δὲ μετὰ τὴν ἀνάστασιν. Ἵνα μὴ φάντασμα αὐτὸν νομίσωσιν. Ὅθεν καὶ ἐν Πράξεσι γράφει· *Οἵτινες συνεφάγομεν καὶ συνεπίομεν αὐτῷ.* Βασιλείαν Πα- D τρὸς ἐνταῦθα τὴν ἀνάστασιν αὐτοῦ ὁ Δεσπότης καλεῖ· καινὸν δὲ πιεῖν τὸ ποτήριον, τοῦτ' ἔστι καινῶς καὶ παραδόξως· οὐ γὰρ, ὡς πρότερον, τοῦ σώματος βρώσεως δεομένου κατὰ φύσιν καὶ πόσεως, ἀλλ' ὑπερφυῶς ἀφθαρτισθέντος ἤδη καὶ μηδενὸς δεομένου τὸ σύνολον.

Διὰ τί τὸ, *Ὑμνήσαντες δὲ ἐξῆλθον*, κεῖται; Ἀντὶ τοῦ, Μετ' εὐχαριστίας καὶ δοξολογίας ἔλαβον τὴν κοινωνίαν. Διὰ τί εἰς τὸ ὄρος ἐξῆλθεν; Ἵνα μὴ δόξῃ κρύπτεσθαι· ἔσπευδεν γὰρ ἐπὶ τὸν τόπον ἐλθεῖν τὸν καὶ Ἰούδᾳ γνώριμον.

Διὰ τί λέγει τὸ, *Πάντες σκανδαλισθήσεσθε ἐν ἐμοί;* Ὁμοῦ μὲν καὶ τὴν πρόγνωσιν δηλῶν, ὁμοῦ δὲ καὶ τοὺς σκανδαλισθησομένους ἐννοῶν.

Διὰ τί λέγει, ὅτι *Ὄψομαι ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλι-*

Digitized by Google

*λαίαν*; Ἵνα τοῦ φόβου ἀπαλλάξῃ· μακρὰν γὰρ τῶν Ἰουδαίων ἦν ἡ Γαλιλαία.

Διὰ τί ἀφίησιν τὸν Πέτρον πεσεῖν; Ἵνα μὴ αὐθάδης εἴη, μηδὲ αὐτῷ θαῤῥῶν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν καὶ οἱ ἄλλοι ἰδόντες, παύσονται θαῤῥεῖν ἑαυτοῖς· καὶ ἵνα συγχωρηθεὶς ὡς ἀπόστολος τοῖς πταίσασι συγχωρήσῃ. Διὰ τοῦτο οὖν τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς ἐγυμνώθη, τὴν φύσιν αὐτοῦ ἐλέγχοντος τοῦ Θεοῦ.

Διὰ τί εὔχεται χωρὶς τῶν μαθητῶν; Κατ' ἰδίαν εὔχεσθαι ἡμᾶς διδάσκων.

Διὰ τί τοὺς τρεῖς μόνους παραλαμβάνει τότε; Ὡς τῆς δόξης αὐτοῦ θεωρούς· καὶ ἵνα οἱ ἄλλοι ὡς ἀτελέστεροι μὴ καταπέσωσιν.

Ἕνεκεν τίνος εὔχεται; Ἵνα μὴ ὑπόκρισις εἶναι δοκῇ τὸ πρᾶγμα· ἐπιῤῥέουσι δ' ἱδρῶτες δι' αὐτὴν ταύτην τὴν αἰτίαν.

Διὰ τί λέγει, *Προσεύχεσθε ἵνα μὴ εἰσέλθητε εἰς πειρασμόν*; Παιδεύων μὴ ἀπαυθαδιάζεσθαι, ἀλλὰ συντετρῖφθαι τὴν διάνοιαν.

Τρίτη εὐχὴ τὸ, *Γενηθήτω τὸ θέλημά σου*· δεικνὺς ὅτι σφόδρα συνᾴδει τῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ, καὶ ὅτι πανταχοῦ τούτῳ ἕπεσθαι δεῖ καὶ ἐπιζητεῖν. Προσηύξατο τρίτον, δεικνὺς ὅτι ἄνθρωπός ἐστιν· τὸ γὰρ δεύτερον καὶ τρίτον ἐν τῇ Γραφῇ βεβαιώσεώς ἐστι δεικτικόν.

Διὰ τί ἦλθεν ἐκ δευτέρου πρὸς αὐτούς; Καὶ ἀγωνιῶν ὡς ἄνθρωπος περὶ τοῦ θανάτου, καὶ ἐλέγξαι αὐτοὺς βουλόμενος· ὅτι οὕτως κατεβαπτίσθησαν, ὡς μηδὲ τῆς παρουσίας αὐτοῦ αἰσθέσθαι. Διὰ τί δὲ οὐ διυπνίζει αὐτούς; Ὡς μὴ πλῆξαι πεπληγότας.

Διὰ τί λέγει, ὅτι *Καθεύδετε λοιπὸν καὶ ἀναπαύεσθε*; καὶ μὴν τότε γρηγορῆσαι ἔδει· ἀλλὰ δεικνὺς ὅτι οὐκ οἴσουσιν οὐδὲ τὴν ὄψιν· καὶ ὅτι δεῖ πάντως ἤδη αὐτὸν παραδοθῆναι, τοῦτό φησιν.

Διὰ τί λέγει, *Ἐγείρεσθε, ἄγωμεν ἐντεῦθεν, ἰδοὺ ἤγγικεν ὁ παραδιδούς με*; Ἵνα δείξῃ ὡς οὐκ ἔφευγεν, ἀλλὰ μᾶλλον προσέτρεχεν αὐτῷ· ἵνα μάθωσιν ὡς οὐκ ἀσθένεια, ἀλλ' οἰκονομίας ἦν τὸ ὅλον· ἢ ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν λέγων καὶ τοὺς τότε καὶ τοὺς νῦν ἐγείρεσθαι.

Τὸ μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων εἶπεν ἐλθεῖν ἀπὸ τῶν ἱερέων, διδάσκων ὡς τοιαῦτα ἦν τὰ ἱερατικὰ αὐτῶν σκεύη καὶ κωμῳδῶν αὐτούς.

Διὰ τί σημεῖον δέδωκεν ὁ προδότης; Διότι πολλάκις κατασχεθεὶς, διῆλθεν διὰ μέσου αὐτῶν.

Διὰ τί εἶπεν, *Ἑταῖρε ἐφ' ᾧ πάρει*; Τὸ μὲν, *ἑταῖρε*, εἶπεν, ὥστε ἐντρέψαι αὐτόν· τὸ δὲ, *ἐφ' ᾧ πάρει*; ὅτι Οὐχὶ ἀγάπης σκοπῷ τοῦτο δρᾷς, ἀλλὰ πονηρᾷ γνώμῃ.

Πόθεν εἶχεν μάχαιραν Πέτρος; Ἀπὸ τοῦ δείπνου τοῦ νομικοῦ· ἀρνίον γὰρ ἔφαγε.

Τίνος χάριν εἶπεν, ὅτι *Πάντες οἱ λαβόντες μάχαιραν, ἐν μαχαίρᾳ ἀποθανοῦνται*; Τοὺς μαθητὰς παραμυθούμενος τῇ τιμωρίᾳ τῶν ἐπιβουλευόντων· ἐγὼ δὲ λέγω ὅτι καὶ πολλοὶ τοῦτο πάσχουσιν οἱ δρῶντες· εἰ δὲ τὸ, *πάντες*, πρόσκειται, ἀντὶ τοῦ, οἱ

Ut a metu eos liberet; longe enim a Judæis erat Galilæa.

VERS. 34. Cur sinit Petrum cadere? Ne nimium de se confidens sit, neque animosus, sed ut propter humanam infirmitatem cadere alii cernentes de se confidere cessent; et ut veniam cum acceperit apostolus, cadentibus veniam concedat. Ideo igitur superno auxilio destitutus est, Deo naturam ejus confundente.

VERS. 36. Cur orat absque discipulis? Ut nos seorsim orare doceat.

VERS. 37. Cur tres solos tunc assumit? Tanquam gloriæ suæ testes, et ut alii imperfectiores non concidant.

VERS. 39. Quam ob causam orat? Ne hypocrisis res esse videatur; manant autem sudores propter eamdem rationem.

VERS. 41. Cur dicit: *Orate ne intretis in tentationem?* Ut moneat confidentiores non esse, sed mente conteri.

VERS. 42. Tertia oratio est, *Fiat voluntas tua:* ostendit se admodum consentire voluntati Dei, et eam semper sequendam et quærendam esse. Oravit tertio, ut ostenderet se hominem esse. Nam secundo et tertio in Scriptura confirmationis est argumentum.

VERS. 43. Cur secundo venit ad eos? Et ut homo luctans contra mortem, et arguere eos volens, quia adeo erant gravati, ut præsentiam ejus non senserint. Cur autem non eos excitat? ne jam afflictos affligat.

VERS. 45. Cur dicit: *Dormite jam et requiescite?* Attamen tunc vigilare oportebat: sed ut ostendat eos ipsius aspectum non laturos, et illum jam tradi omnino necessarium esse, hoc dicit.

VERS. 46. Cur dicit: *Surgite, eamus hinc, ecce appropinquavit qui me tradet?* Ut ostendat se non fugere, sed potius proditori obviam ire; ut discant illud non esse debilitatem, sed omnino excogitatum propositum; aut dicit a terra ad cœlum hos qui tunc erant et hos qui nunc sunt surgere.

VERS. 47. Cum gladiis et fustibus dicuntur venire qui missi sunt a sacerdotibus, ad ostendendum talem esse sacerdotalem eorum apparatum et irridendum eos.

VERS. 48. Cur signum dedit proditor? Quia sæpe comprehensus, transivit per medium eorum.

VERS. 50. Cur dicit: *Amice, ad quid venisti?* Dicit, *amice*, ut illum convertat; et, *ad quid venisti?* quasi diceret: Non charitatis causa illud agis, sed maligna intentione.

VERS. 51. Unde habebat gladium Petrus? E cœna legali; agnum enim comederat.

VERS. 52. Cujus causa dicit: *Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt?* discipulos ut moneat punitione violenta patrantium. Ego vero dico multos id pati quod faciunt; si autem *omnes* dicitur, pro multis intelligendum est. Et exteri quoque,

*uvibus omnibus*, dicendo, pro *multis*, *omnibus* intelligunt.

Vers. 57. Ad Caipham illum duxerunt, eo quod erat sacerdos. Sic autem pernoctabant et vigilabant interea, ut non comederent tunc Pascha, sed in altera die : ideo et in hoc legem solverant ob cupiditatem homicidii. Dicit enim Joannes, quod erat mane, et adjicit : *Non introierunt in prætorium, ut non contaminarentur, sed ut manducarent Pascha.* Non enim violavisset Christus legem manducando Pascha in vespera, priusquam opus foret.

Vers. 60. Quomodo sunt falsi testes in Christum? Ab eo quod dicunt illi : *Possum destruere templum Dei.* Non enim talia dixerat, sed, *Destruite templum istud.* Non autem de templo dixit, sed de corpore suo; testis vero scire debet significationem verbi quod dictum est.

Vers. 63. Cur tacebat interrogatus a pontifice? Quia insanum erat tale judicium, nullo alio audiente judice aut assessore; etenim tribunalis ratio non erat alia ac latronum mos.

Vers. 65. Scidit vestimenta sua, acriorem accusationem faciens, et magnum ostendere malum volens quod dictum erat. Fiunt ergo accusatores iidem, iidem judices, iidem sententiam ferentes, omnia iidem fiunt.

Vers. 66. Cur clam non abstulerant? Quia volebant et de eo opinionem destruere; quod autem potestatem habuerint vel ipsi soli eum auferendi, audi Pilatum quid dicat : *Accipite eum vos et secundum legem vestram judicate eum.*

Vers. 67. Cur illum mactare debentes, expuebant in faciem ejus? Ob suos insolentes mores et magnum odium

Vers. 68. Cædentes dicebant : *Prophetiza nobis, quis est qui te percussit.* Hoc autem faciebant eo quod propheta diceretur. Alius vero evangelista dixit eos faciem ejus velamento operuisse ut percuterent.

Vers. 74. Quomodo Matthæus memorat Christum Petro dixisse : Antequam gallus cantet, ter me negabis; Marcus autem dicit ubi semel tantum negaverat, tunc primum gallum cantasse, et ubi tertio negaverit, secundo gallum cantasse? quomodo igitur vera invenientur utraque? Quia secundum unamquamque narrationem, et tertio et quarto vocem dare solebat gallus, ostendit Marcus quod vox avis non Petrum detinuit, neque in memoriam revocavit; adeo enim erat pavore perculsus, ut nihil recordatus sit eorum quæ dicta erant. Idem ostendens Lucas dicit, *Dominus respexit in eum.*

Vers. 75. Cur dicitur : quod *Egressus foras flevit amare?* Quia aperte flere non audebat, ne accusaretur ut discipulus.

## CAPUT XXVII.

Vers. 3. Cur retulit argenteos? Quia non sustinebat conscientiam ipsum flagellantem.

Vers. 4. Cum dicunt principes sacerdotum et

πολλοί, χρὴ νοεῖν· καὶ οἱ ἔξω γὰρ, *οἰωνοῖσί* τε πᾶσι, λέγοντες, ἀντὶ τοῦ, *πολλοῖς*, νοοῦσιν αὐτό.

Πρὸς Καϊάφαν αὐτὸν ἀπήγαγον, ἐπειδὴ ἐκεῖνος ἦν ἱερεύς· οὕτω δὲ ἐνυκτέρευον καὶ ἠγρύπνουν ἐπὶ τούτῳ, ὡς μὴ φαγεῖν τότε τὸ Πάσχα, ἀλλ' ἐν ἑτέρᾳ ἡμέρᾳ· διὸ καὶ ἐν τούτῳ τὸν νόμον ἔλυσαν δι' ἐπιθυμίαν σφαγῆς· εἶπεν γὰρ ὁ Ἰωάννης ὅτι πρωΐα ἦν, καὶ ἐπήγαγεν, *Οὐκ εἰσῆλθον εἰς τὸ πραιτώριον, ἵνα μὴ μιανθῶσιν, ἀλλ' ἵνα φάγωσιν τὸ Πάσχα·* οὐ γὰρ ἂν ὁ Χριστὸς παρέβη τὸν νόμον φαγὼν αὐτὸ τῇ ἑσπέρᾳ πρὸ τοῦ δέοντος.

Πῶς εἰσι ψευδομάρτυρες οἱ κατὰ Χριστοῦ; Ἀπὸ τοῦ λέγειν αὐτούς· *Δύναμαι καταλῦσαι τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ·* Οὐ γὰρ εἶπεν οὕτως, ἀλλὰ, *Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον·* οὔτε δὲ πάλιν περὶ τοῦ ναοῦ εἶπεν, ἀλλὰ περὶ τοῦ σώματος αὐτοῦ· ὁ δὲ μαρτυρῶν, τὸν νοῦν τοῦ λεγομένου ῥητοῦ εἰδέναι θέλει.

Διὰ τί ἐσιώπα ὑπὸ τοῦ ἀρχιερέως ἐρωτώμενος; Ὅτι ἀνόητα ἦν τὰ τῆς κρίσεως, οὐδενὸς ἀκούοντος ἄλλου κριτοῦ ἢ συγκριτοῦ· καὶ γὰρ τὸ μὲν σχῆμα δικαστηρίου ἦν μόνον, ὁ δὲ τρόπος λῃστῶν.

Διέῤῥηξεν τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, σφοδροτέραν τὴν κατηγορίαν ποιῶν, καὶ μέγα κακὸν δεῖξαι βουλόμενος τὸ εἰρημένον. Γίνονται οὖν αὐτοὶ καταδικάζοντες, αὐτοὶ κρίνοντες, αὐτοὶ ψηφιζόμενοι, πάντα αὐτοὶ γινόμενοι.

Διὰ τί λάθρα οὐκ ἀνεῖλον αὐτόν; Ἐπειδὴ ἐβούλοντο καὶ τὴν δόξαν αὐτοῦ διαβαλεῖν· ὅτι δὲ ἐξουσίαν εἶχον καὶ αὐτοὶ μόνοι αὐτὸν ἀνελεῖν, ἄκουσον τί Πιλᾶτος λέγει· *Λάβετε αὐτὸν καὶ κατὰ τὸν νόμον ὑμῶν κρίνατε αὐτόν.*

Διὰ τί ἀναιρεῖν μέλλοντες αὐτὸν, ἐνέπτυον εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ; Διὰ τὴν ἀκόλαστον τρόπον αὐτῶν καὶ τὸν πολὺν φθόνον.

Παίοντες ἔλεγον· *Προφήτευσον ἡμῖν τίς ἐστιν ὁ παίσας σε·* τοῦτο δὲ ἐποίουν διὰ τὸ λέγεσθαι αὐτὸν προφήτην· ἕτερος δὲ τῶν εὐαγγελιστῶν φησιν ὅτι περιβάλλοντες τὸ πρόσωπον αὐτοῦ τῷ ἱματίῳ, ταῦτα ἐποίουν.

Πῶς ὁ μὲν Ματθαῖος φησιν, ὅτι εἶπεν ὁ Χριστὸς τῷ Πέτρῳ· *Πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι τρὶς ἀπαρνήσῃ με;* ὁ δὲ Μάρκος λέγει ὅτι ὅτε ἅπαξ ἠρνήσατο, τότε πρῶτον ἐφώνησεν ὁ ἀλεκτρυών· ὅτε δὲ τρίτον, τὸ δεύτερον; πῶς οὖν εὑρεθήσονται ἀληθῆ ἀμφότερα; Ἐπειδὴ καθ' ἑκάστην ἀγωγὴν καὶ τρίτον καὶ τέταρτον φωνεῖν εἴωθεν ὁ ἀλεκτρυὼν, δηλῶν ὁ Μάρκος ὅτι οὐδὲ ἡ φωνὴ αὐτὸν ἐπέσχεν, καὶ εἰς μνήμην ἤγαγε, τοῦτό φησιν· τοσοῦτον δὲ ἦν ἀποτεθνηκὼς τῷ δέει, ὅτι οὐδὲ ἐμνήσθη τοῦ λεχθέντος· καὶ τοῦτο ὁ Λουκᾶς δηλῶν, ὅτι *Ἐνέβλεψεν εἰς αὐτὸν ὁ Χριστὸς*, εἶπεν.

Διὰ τί λέγει, ὅτι *Ἐξελθὼν ἔξω ἔκλαυσεν πικρῶς;* Ἐπειδὴ φανερῶς οὐκ ἐτόλμα κλαῦσαι, ἵνα μὴ κατηγορηθῇ ὡς μαθητής.

## ΚΕΦΑΛ. ΚΖ'.

Διὰ τί ἀπέστρεψεν τὰ ἀργύρια; Ἐπειδὴ οὐκ ἔφερεν τὸ συνειδὸς μαστίζον αὐτόν.

Τὸ εἰπεῖν τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ τοὺς πρεσβυτέρους

Digitized by Google
Распознавание текста ABK/FR

*Σὺ ὄψει*, μέγιστον αὐτοῖς ἔγκλημα καὶ τοῦτο· A φαίνονται γὰρ μαρτυροῦντες τῇ τόλμῃ· καὶ κατακρίνουσι μὲν τὸν Ἰούδαν, ὑπὸ δὲ τοῦ πάθους οὐκ ἀναχαιτίζονται· κατακρίνονται δὲ καὶ ἐκ τοῦ μὴ βαλεῖν αὐτὰ εἰς τὸν κορβωνᾶν, ἀλλ' ἀγοράσαι τόπον εἰς ταφὴν τῶν ξένων, ἀπὸ φόνου εὐποιίαν ποιοῦντες· ὃς ἀγρὸς κηρύττει ἀεὶ τὸ πρᾶγμα ἐλέγχων αὐτούς.

Διὰ τί οὖν ἀγξάμενος ὡς μὴ μετανοήσας νομίζεται; Ὅτι προεξήγαγεν αὐτὸν τῆς μετανοίας, ἵνα μηδὲν ἐντεῦθεν καρπώσηται.

Διὰ τί οὐ λέγουσιν τῷ Πιλάτῳ ὅσα οἱ μάρτυρες εἶπον, ἀλλ' εἰς δημόσια ἐγκλήματα τὴν κατηγορίαν ποιοῦσιν; Ἐπειδὴ ἐγίνωσκον ὡς ὁ Πιλάτος οὐδὲν ἔχει τὰ νόμιμα αὐτῶν. Ὁ Χριστὸς ἐρωτηθεὶς, *Εἶ σὺ ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων*; εἶπεν· *Σὺ εἶπας*; B Διὰ τοῦ εἰπεῖν, *Σὺ εἶπας*, ὡμολόγησεν εἶναι βασιλεὺς, ἀλλ' ἐπουράνιος· ὃ καὶ ἀλλαχοῦ σαφέστερον ἔλεγεν πρὸς αὐτοὺς, ὅτι *Ἡ ἐμὴ βασιλεία οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου.*

Βραχέα ἀποκρίνεται, καὶ πάλιν σιγᾷ· ἀπὸ γὰρ τῆς παντελοῦς σιγῆς δόξαν αὐθαδείας δέξασθαι εἶχεν· ἐκ δὲ τοῦ πολλὰ λέγειν, οὐ πεῖσαι αὐτοὺς ἔμελλεν· ἐτύφλωττον γὰρ ἑκόντες.

Διὰ τί οὐκ εἶπεν, ὅτι Φόρους δέδωκα, καὶ ἑτέρους καταβαλέσθαι ἐκέλευσα, καὶ ἡνίκα ἤθελόν με ποιῆσαι βασιλέα, ἔφυγον; Ὅτι διεφθαρμένον ἦν αὐτῶν τὸ δικαστήριον.

Ὁ Πιλάτος ἐθαύμασεν τὴν ἐπιείκειαν ἐκ τῆς σιγῆς· ἐπειδὴ δὲ ἐβούλετο αὐτὸν ἀπολογούμενον ἀπαλ- C λαγῆναι, διὰ τοῦτο εἶπεν· *Οὐκ ἀκούεις πόσα σου καταμαρτυροῦσιν*; Ἐπειδὴ δὲ πάλιν οὐδὲν ἀπεκρίθη, ἕτερον μηχανᾶται, ἵνα ὡς κατάδικον χαρίσωνται αὐτὸν τῇ ἑορτῇ κατὰ τὸ ἔθος αὐτῶν· οὕτως τὸν κριτὴν μᾶλλον παρακαλοῦντα οὐχ ὑπήκουον οἱ ὑπὸ χεῖρα, ἀπὸ πολλῆς παρανομίας καὶ φθόνου.

Διὰ τί λῃστὴν εἰπὼν, προσέθηκεν εἰπεῖν καὶ, *ἐπίσημον*; Ὥστε μηδὲ σκιᾶς ἀπολογίαν καταλιπεῖν, ὅτι τοιοῦτον ὑπὲρ τοιούτου ἀντηλλάξαντο.

Διὰ τί οὐχ ὁ Πιλάτος ὁρᾷ τὸ ὄναρ, ἀλλ' ἡ γυνή; Ἢ ὅτι ἀξία ἦν μᾶλλον· ἢ ὅτι αὐτὸς εἰ εἶδεν, οὐκ ἂν ἐπιστεύθη ὡς βουλόμενος ἀπολῦσαι αὐτόν· ἢ οὐδ' ἂν ἐξεῖπεν· κριτὴς γὰρ ἦν· καὶ ἵνα ὁ ἀνὴρ πάθῃ τὴν ψυχὴν διὰ τὴν γυναῖκα· καὶ ἵνα, ὡς γυνὴ, κατάδηλον D ποιήσῃ πᾶσι καὶ γνωσθῇ.

Οὐ σταυρῶσαι μόνον θέλοντες, ἀλλὰ καὶ πονηρὰν αὐτῷ βουλόμενοι περιθεῖναι δόξαν· ἐνόμιζον γὰρ κατασκευάζειν ἐκ τούτου ὅτι τοῦ λῃστοῦ χείρων ἦν καὶ οὕτω παράνομος, ὡς μήτε ἑορτῆς ἀξιώματι σώζεσθαι· πάντα γὰρ τούτου ἕνεκεν ἐποίουν ὥστε αὐτοῦ τὴν ὑπόληψιν διαβάλλειν· διὰ τοῦτο καὶ τοὺς δύο λῃστὰς αὐτῷ συνεσταύρωσαν· ἀλλ' ἡ ἀλήθεια οὐ μόνον οὐ συνεσκιάζετο, ἀλλὰ καὶ μειζόνως διέλαμπεν.

Καὶ διὰ τοῦ, *Τί οὖν ποιήσω αὐτόν*; ἐντρέπει αὐτοὺς, καὶ κυρίους ἐκείνους μᾶλλον ἢ αὐτὸν ποιεῖται τῆς ψήφου.

Εἰ καὶ τὰς χεῖρας ἔνιψεν ὁ Πιλάτος ἀθῷον ἑαυτὸν ἀποκαλῶν, ἀλλ' ὅμως ὑπὸ μαλακίας καὶ ἀνανδρείας

seniores: *Tu videris*, maximum sibi peccatum et illud faciunt. Nam videntur facinus attestantes; et condemnant quidem Judam, sed per ejus miserandam sortem non detinentur. Condemnantur autem ex hoc quod non miserint argenteos in corbonam, sed emerint locum in sepulturam peregrinorum, ex homicidio beneficentiam exercentes: qui ager rem proclamat semper illos incusans.

Vers. 5. Cur igitur laqueo suspensus est, ita ut non pœnituisse videatur? Quia se a pœnitentia primo avertit, ut nullum inde fructum retulerit.

Vers. 11. Cur non dicunt Pilato quod testes dixerant, sed de publicis criminibus accusationem faciunt? Quia cognoscebant Pilatum pro nihilo habere quæ de eorum lege erant. Christus interrogatus: *Tu es rex Judæorum?* dicit: *Tu dicis*. Respondendo, *Tu dicis*, confessus est se regem esse, sed cœlestem. Et alias clarius illis dixit: *Regnum meum non est ex hoc mundo.*

Vers. 12. Breviter respondet et iterum tacet: nam ex absoluto silentio arrogantiæ opinionem sibi conciliabat; sed multa dicendo, illos persuadere non debebat; nam cæci erant voluntarii.

Vers. 13. Cur non dicit: Tributa solvi, et aliis jussi ut conferrent, et quando me regem facere voluerunt, fugi? Quia corruptum erat eorum tribunal.

Vers. 14. Pilatus miratus est ejus in silendo moderationem; quoniam autem volebat illum, postquam se defendisset, dimittere, ideo dicit: *Non audis quanta adversum te dicunt testimonia?* Quia vero iterum nihil respondit, aliud intentat, scilicet ut illum quasi condemnatum in die festo secundum suam consuetudinem gratia donent. Sic judicem vel potius supplicantem non audierunt ejus subditi, ob magnam injustitiam et invidiam.

Vers. 16. Cur de latrone loquendo, additur *insignem?* Ita ut ne umbra quidem apologiæ relinquatur, quod talem pro tali dimiserint.

Vers. 19. Cur non Pilatus habet somnium, sed uxor? Vel quia digna magis erat; vel quia ipse, si vidisset, non crederetur, quasi volens illum dimittere; vel non manifestavisset, judex enim erat; et ut vir patiatur in anima sua per suam uxorem, et ut illa, prout mulier, manifestum omnibus faciat et divulget.

Vers. 20. Non solum crucifigere volunt, sed malam illi volunt famam imponere. Putabant enim præstare ex eo quod latrone pejor erat et adeo nocens, ut die festi privilegio non salvatus fuisset. Omnia enim hujus rei causa faciebant ita ut ejus existimationem perverterent; ideo etiam duos latrones cum eo crucifixerunt. Sed veritas non solum non latuit, sed etiam magis emicuit.

Vers. 22. Et per illud: *Quid igitur faciam de eo?* illos confundere tentat, et dominos illos facit magis quam seipsum suffragii.

Vers. 24. Et si manus laverit Pilatus, innocentem se proclamans, sed tamen per debilitatem e

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

socordiam id commisit scelus. Oportebat enim non illum tradere, sed eripere, ut centurio Paulum posterius. Idcirco et culpam attribuit illi Christus dicendo : *Qui me tradidit tibi majus peccatum habet ;* ergo ipse a peccato non erat innocens.

VERS. 26. Quare flagellavit cum traderet eum ad crucifigendum? Apparentiam condemnati illi dare sententia volens.

VERS. 38. Cur medium illum inter latrones crucifigunt? Ut illorum infamiam participet, et videatur contumelia affici.

VERS. 44. Quomodo Lucas dicit quod unus latro increpabat alterum blasphemantem, Matthæus autem quod uterque ei improperabant et convitiabantur? Utrumque factum est; primo enim ambo conviciabantur, postea vero minime.

VERS. 45. Non fuit eclipsis modus quod tunc in sole contigit; non enim tam multas horas eclipsis durat.

VERS. 46. Cur dicit. *Eli, Eli,* id est *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?* Ut ostendat quod usque ad finem honorabat Patrem, neque impius erat.

VERS. 51. Veli scissio vastationem templi significat. Et aliter : Velum templi scissum est in duas partes a summo usque deorsum; rumpentibus sane ipsis qui antea templum habitabant, angelis, rumpentibus conspicuam hanc telam; ut nudatus et vacuatus eorum custodia relictus hic impenetrabilis et inaccessus locus, inimicis et hostibus apertus præstetur.

VERS. 54. Centurio ob id credidit, quod cum potestate moriebatur. Ferunt autem martyrium subiisse hunc centurionem confirmatum in fide et illum confitentem.

VERS. 56. Domini Mater; nam Mariam Jacobi illam vocat.

VERS. 65. Sigillate sicut vultis, inquit, omnes suspiciones adimens. Poterant enim dicere, si non sigillatum esset, milites corpus tradidisse discipulis.

## CAPUT XXVIII.

VERS. 2. Terræ motus factus est propter milites. Angelus venit ob lapidem et mulieres.

VERS. 5. *Nolite timere vos*, dicit, magnum honorem illis hoc verbo præstans; timere enim, ait, solos oportet Judæos.

VERS. 6. Cur non tarde nec cito resurrexit? Quia citior illius resurrectio non accusationem habuisset, tardior autem contradictionem invenisset.

VERS. 7. Ultimam apparitionem reor esse eam quæ facta est in Galilæa, quando illos misit ad baptizandum ; deinde ascensio.

VERS. 19. *Euntes docete omnes gentes*, dogmatum et virtutum doctrinam indicat.

τοῦτο διεπράττετο· ἔδει γὰρ μὴ παραδοῦναι αὐτὸν, ἀλλ' ἐξαρπάσαι, καθὰ καὶ ὁ ἑκατοντάρχης τὸν Παῦλον ὕστερον· διὰ τοῦτο καὶ ἔγκλημα προσάπτει αὐτῷ ὁ Χριστὸς λέγων, ὅτι *Μείζονα ἁμαρτίαν ἔχει ὁ παραδιδούς με σοί*· ὥστε οὐδὲ ἐκεῖνος ἔξω ἦν ἁμαρτίας.

Τίνος ἕνεκεν ἐφραγέλλωσεν παραδιδοὺς ἵνα σταυρωθῇ; Σχῆμα περιτιθέναι καταδίκου τῇ κρίσει βουλόμενος.

Διὰ τί μέσον αὐτὸν τῶν λῃστῶν σταυροῦσιν; Ἵνα τῇ δόξῃ τῇ ἐκείνων κοινωνήσῃ, καὶ τῷ δοκεῖν ὕβρις αὐτῷ γένηται.

Πῶς ὁ μὲν Λουκᾶς φησιν, ὅτι ὁ εἷς λῃστὴς ἐπετίμα τῷ ἄλλῳ βλασφημοῦντι, ὁ δὲ Ματθαῖος ὅτι ἀμφότεροι ὕβριζον αὐτὸν καὶ ὠνείδιζον; Ἀμφότερα γέγονεν· πρότερον γὰρ ὠνείδιζον ἀμφότεροι, ὕστερον δὲ οὐκέτι.

Οὐκ ἦν ἐκλείψεως τρόπος ὃ ἐπὶ τὸν ἥλιον τότε γέγονεν· οὐ γὰρ τοσαύτας ὥρας ἔκλειψις κρατεῖ.

